prima tonſura recedit / abijciēs vitā τ habitū cleri
calē: non ꝓprie apoſtata dr̄. quia nō eſt apoſtata:
quia nō retrocedit a ſtatu firmiter mācipante diui
nis: ſed quaſi ambulatorio / ex indulgētia canonū.
Et ſi ex rōnabili cauſa id facit (puta q: cogitur du
cere viduā in vxorem / vel aliquid repugnās clerica
tui perficere) nō peccat: quia nullus errat dū rectā
rationem ſequitur. Si vero ex humana fragilitate
id facit: veniale peccatum incurrit propter ſuā in
conſtantiam. Nec hmōi peccatum efficitur morta
le / ex eo q deſeritur eccleſiaſticum beneficiū ſimul
cū minoribus ordinibus: quia nec ex canonici iu
ris / nec ex voti alicuius vinculo nec ex natura ope
ris habet hmōi retroceſſio vn̄ ſit ꝑniciola. Iura
ſiquidem hoc permittunt ſm̄ indulgentiā votum
nullum eſt. Et ſi ex natura operis actus eſſet cōtra
charitatem / nunquā poſſet quis licite a clericatu

Biblioteca



⁊ beneficio recedere. ſicut nunq̄ licet mentiri. imo plus ſequitur/quod non poſſet hoc abſq̄ offenſa dei mortali fieri: vt de ſe patet.

ARrogantia/qua ſibi quis quod ſupra ſe eſt tribuit (ſiue illud pertineat ad ſciētiā ſiue ad potētiā/ſiue ad bonam voluntatem ſiue ad authoritatem) peccatum eſt: quia contra rectā rōnē eſt: ſed mortale nō eſt niſi vel id quod ſibi vſurpat: ſit contra diuinā reuerētiam: vt rex tyri: deus ego ſum. aut cōtra proximū: vt tyrannis vel finis vltimus in hmōi elatione ponatur: quod ex eo apparet: q̄ paratus eſt ob illam non curare de diuinis aut eccleſie preceptis. Vel in deſpectione cōſiſtat aliorū: ſicut phariſeus non ſum ſicut ceteri hoīm veluti etiā hic publicanus. Licet hoc ad ſcdm modū poſſit reduci: q2 ex affectu arrogāt q̄uis nō ex pte rei/vſurpat ſupioritas deſpectiua ꝓximi. Eſt ḡ arrogātia mortalis: vel ex parte arrogate rei contra deū aut ꝓximum: vel ex parte finis in hmōi elatione cōſtituti: vel ex parte affect⁹ torquentis arrogantiā contra alios. Eſt autem frequēter venialis arrogantia: dū abſq̄ ꝓiudicio proximi eſtimat quis ſe plus ſcientie aut bonitatis aut authoritatis habere q̄ habeat ⁊c. Nec inter leuia pctā cōputandū eſt: quum quis ſe eſtimat meliorem q̄ ſit: qm̄ ⁊ ſpecies eſt ſuperbie (de qua ſcriptū ē. emūdabor a delicto maximo) et obicem ponit ſtudio ad gradiendū iuxta menſurā ſuam in via dei: ſicut quū quis eſtimat ſe doctum/ non curat diſcere.



ASſaſſinus nomē eſt equiuocum: eſt enī nomē ꝓpriū quorūdā infideliū q̄ facile inducebant ad occidēdos xp̄ianos. Et cōtra nō ipſos vtpote infideles/ſed cōtra mādantes ꝑ ipſos aliquē chriſtianū occidi. inno. iiij. in cōci. lugdu. excōem ꝓmulgauit: vt habes in vi. de homicidio. p humani. ¶ Eſt etiā nomen vitij pro quāto apud quoſdā iuriſtas ſeu vulgariter dicuntur aſſaſſini qui pro pecunia occidunt hoīem ad alicuius inſtantiam. Et hi non comprehēdunt ſub cenſura dicta: quāuis digni ſint morte ⁊ tēporali ⁊ eterna: quia conditor canonis de primis tantum loquitur vt facile deduci poteſt/ ⁊ ex eo quod ſine additione aliqua illos nominat (vtpote tunc temporis notos) ⁊ meminit eorum domini: ⁊ ex eo q̄ meminit opprobrij chriſtiane dignitatis/et nullius precij ſeu mercedis.

ASTrorum obſeruatio ad natiuitates hominum et occurrentia humana/tripliciter peccato ſubijci poteſt. Primo ſi ea que fidei chriſtiane myſteria ſunt/tanq̄ ſubſint celeſtibus cauſis habeantur. Secundo ſi futura contingentia querantur ſeu habeantur vt certa ex celeſtibus cauſis. Tertio ſi electiones ſuas quis ſubijciat celeſtibus cauſis vel legi illarum. ita quod vitam ſuam actioneſq̄ ſuas reguler ſecundum celos. Et quodlibet horum trium eſt ex ſuo genere peccatum mortale: q2 primū eſt cōtra ſpūalitatē chriſtiane religionis. q̄ ſupra celos eſt/imutare potēs ēt ipſos celorū curſ⁹ iuxta

Biblioteca



id quod ſcriptum eſt: confeſſio eius ſuper celũ τ ter
ram. τ experientia teſtata eſt. Scõm vero eſt cõtra
veritatem doctrine chriſtiane τ liberi arbitrij/quo
dñi ſumus noſtrorum operum. Tertium eſt contra
dignitatem gratie diuine legis ac humane mẽtis:
qua ſuper omnia corporalia ſumus conſtituti. Et
ſicut erraremus ſubijciendo nos paſſionibus ire/
odij/ſpei/timoris/ita ꝙ haberemus impetus paſ
ſionum pro lege: ita viliſicamus nos ſi inclinatio-
nes celoꝝ habemus pro lege: corpora enim ſunt τ
per modũ paſſionum inclinant nos. Si quis autẽ
celeſtiũ influxuũ cauſas: vt inclinatiuas ad ea que
ex corporibus pendent humana/ſuſcipiat: nec er-
rat nec peccat. ita ꝙ ex conſideratione aſtroꝝ time
re/cauere/audere τc. aliquid quatenus ex corpo-
ribus pendet: nullũ peccatum eſt: ſeruato mode-
ramine coniecture: vt ſcilicet homo non pro certo
ſed coniectura habeat quicquid ex celo dicitur cir
ca humanas actiones: non ea ratione quia carem᷑
ſcientia aſtrorum: ſed quia non ſubijciuntur actio-
nes humane celo/niſi per indirectã inclinationẽ
hoc eſt niſi pro quanto pendent a corporibus. Se-
cundum hec igitur iudicare potes eos qui aſtrolo
goꝝ iudicia ſequuntur circa humana.

¶ De aſtrorum autem iudicijs circa corporales
effectus (puta ſanitatis vel infirmitatis/fertilita-
tis/pluuie/vel ſiccitatis) nulla eſt queſtio: quia hec
abſq; peccato fiunt: qm̃ effectus queruntur τ redu
cuntur in ſuas cauſas naturales.

**ASTVTIA** (Hoc eſt progreſſus ꝑ ſimu-
latas/doloſas ac fraudulẽtas
vias



vias ad effectum ſeu finem aliquem) eſt manifeſte
peccatum. Et iuxta ſubiectam materiã inuenitur
vt mortale vel veniale peccatum. ſi enim nociua
eſt proximo /inter mortalia computatur: ſicut τ
mendacium pernicioſum. ſi autem contra chari-
tatem non militat/ſed officioſa tantum eſt: inter
venalia computatur.

**AVaricia** dupliciter ſumitur. Vel vt opponi-
tur iuſtitie. Et ſic ſignificat iniuſtam volunta
tem accipiendi ſeu retinendi alienum. Et eſt mani
feſte peccatum mortale. Et iuxta hunc ſenſum/
vſurarios/fures/latrones/negociatores/fraudu
lentos τc. auaros dicimus. ¶ Vel vt contrariatur
liberalitati. Et ſic ſignificat inordinatum appeti-
tum pecunie. Et ſic cõiter eſt peccatum veniale.
Iuxta hunc ſiquidem ſenſum auari vocãtur tena-
ces/τ parci in dando: de quibus dicitur/ ꝙ auaro
deeſt tam quod habet ꝙ̃ quod non habet. Et ſimi
liter qui tota die ac nocte in anguſtijs aut labori-
bus ſunt/vt acquirant quibus non egent. Dico
autem cõiter: quia tantus poſſet eſſe affectus ad
acquirendũ aut retinendum ꝙ eſſet peccatũ mor-
tale: puta ſi actualiter preponeret acquiſitionem
aut retentionẽ ſaluti anime ſue/nõ curando pro-
pterea trãſgredi dei aut eccleſie ꝑcepta. Simpli-
aũt τ abſolute nõ eſt peccatũ mortale ex ſuo gñe: q2
non eſt contra ſed preter charitatem.

**AVdacia** nomen eſt paſſionis aĩalis/ſi
cut et ira τ timor. Et iuxta hũc
ſenſum dicitur ꝙ fortitudo eſt circa timores τ au-

Biblioteca



dacias. Sed tranſlatum eſt audacie nomē ad vitiū
oppoſitum fortitudinis virtuti per exceſſum. Ju
xta quem ſenſum audaces reprehendimus: qui
ſcʒ immoderate audent. Et ſi pura eſt/cōiter eſt
peccatum veniale: ſicut immoderata iracundia et
immoderatus timor: quia non cōtrariātur chari-
tati. ſed a recta exorbitant rationis regula.

# ARuſpicium.

Augurium.
Auſpicium.

¶ Tria hec pro diuinationibus ſuperſticioſis ſū
pta/chriſtiane religioni aduerſantur: vtpote ad ſa
crilegas artes diuinatorias quibus idolatre vte-
bantur ſpectantia: ꝛ ppterea cōſtat eſſe nō ſolū cō
tra charitatē/ſed quodāmodo contra fidē. ⁋ Pſia
tū inter hec eſt/ꝙ aruſpiciū iniquitatē ſuā ſonat: p
quāto a ſacrificio ſeu ara nō recedit. Auguriū aūt
ꝛ auſpiciū ſi ſine dānatis artibꝰ fiant/capiēdo con
iecturā futuri euētus ab audito garritu/aut inſpe
cto motu auiū ꝛc. quāq3 tolerari pñt: vl' vt nō mala/
ſi debite adſint circūſtantie: puta ꝙ ex his non ſu-
matur niſi ſuſpitio ſeu cōiectura: vide his tm̄ ad q̄
celeſtia corpora pñt ſe extendere: ꝛ ꝙ ſicut in cete-
ris ſuſpitionibus prudenter ſe habet homo ita et
in iſtis. Vel vt venialia/ſi aliqua circūſtantia deſit:
puta quia nimis credit aut timet ppter huiuſmo-
di ſigna. Qui autem his ſignis adeo deditus eſt/
vt pro lege ſuorum operum habeant hmōi ſigna:
ſine cauſa chriſtianus eſt.



BEllum Iniuſtum ex pro-
pria ratione cōſtat
eſſe pctm̄ mortale. Circa qꝺ pri
mo vidende ſunt conditiōes ex
quibus bellum eſt iniuſtum. Et
qr ad iuſtum bellum tria exigū
tur (ſcilicet primo iuſta cauſa bel-
landi: ſecundo authoritas indicēdi bellum: tertio
recta intentio) ideo bellum tripliciter contingit in
ueniri iniuſtum. Vel ex defectu iuſtitie in cauſa/vl'
ex defectu authoritatis in capite: vel ex defectu re-
ctitudinis in intentione: quicūq3 ſiquidē horū de-
fectuum acciderit/bellum redditur iniquum. ⁋ Et
quidē de iuſta cā aug. dicit. xxiij. q. ij. dñs nr̄. Ju-
ſta bella ſolēt diffiniri/qbꝰ vlciſcunt̄ iiurias: ſi gēs
vel ciuitas plectēda eſt/q̄ vel vindicare neglexerit
qꝺ a ſuis improbe factū eſt/vel reddere qꝺ p iniu-
riā ablatū eſt. De authoritate vo pncipū. xxiij. q.
j. q̄d culpat̄: idē dicit. Ordo naturalis mortaliū pa-
ci accōmodatꝰ/hoc poſcit vt ſuſcipiēdi belli autho
ritas atq3 ꝯſilium penes principes ſit. De rectitu
dine aūt intētionis idē dicit ibidē. Nocēdi cupidi-
tas/vlciſcēdi crudelitas/implacabilis animꝰ/feri-
tas bellādi/libido dñandi/ꝛ ſi q̄ ſunt ſilia: hec ſūt
q̄ in bellis iure culpant̄. ⁋ Tu aūt ꝯfeſſor/q̄ iuſtam
cām belli certa rōne inuenire neqs: fide dignis cre-
dere potes. ⁋ Pricipis aūt noīe in ppoſito intelli
ge rēpublicā pfectā: hoc eſt papā impatorē/regē/
dñiū liberū: hoc eſt qꝺ ſupiorē nō h3/ſed eſt velut
pricepo: ⁋ Intētionē quoq3 malā/vitioſū reddere
belllū ſm alias ꝯditiōes iuſtū itellige: ſicut latrōis

quoꝗ iuſta punitio vitioſa redditur/ ſi ex odio iu-
ſtitia exerceatur: peccatur enim ex praua intentiōe
in opere iuſto. Et ideo ſola penitētia abolet̄ur/ nec
eſt opus reſtitutione: qm̄ leſus latro vel debellat'/
eſt iuſte leſus: in nulloꝗ iniuſte damnificatus: quā
uis ex parte animi iuſtitiā exercētis malicia affue-
rit in ſue anime damnationem nolēs iuſtum iuſte
efficere. ¶ Cauſa vero iuſta aut authoritas ſi deſue
rit in bello: non bellum ſed inuaſio de facto/ cedes
rapinaꝗ eſt.

**Secundo** De militantibus in bello du-
bio conſiderandum eſt: dicēdo
ꝙ bello iuſto opem ferre/ nullum pctm̄ eſſe cōſtat
ſi certum eſt eſſe iuſtum. Si vero certum nō eſt: ſub
diti principis indicentis bellum excuſant/ obediē
tes domino ſuo. dicente aug. xxiij. queſtio. j. quid
culpatur. Uir iuſtus ſi forte etiam ſub rege ⁊ ho-
mine ſacrilego militet: recte pōt illo iubente bella
re: ſi quod ſibi iubetur: vel non eſſe cōtra dei prece
ptum certum eſt: vel vtrū ſit certū nō eſt: ita vt for-
taſſe regem faciat iniquitas imperandi: innocen-
tem autem militē oſtendat ordo ſeruiendi. Excuſa
tur ergo ſubditus in bello de quo neſcit an ſit iu-
ſtum/ ratione obedientie: ſicut etiam excuſatur mi
niſter iudicis occidens damnatum per ſententiā/
ſi non continet errorē manifeſtum. Et vniuerſalis
ratio quare obedientia in dubijs excuſat/ eſt quia
non eſt ſubditorum diſcutere conſilia definitiones
ꝗ dn̄orum ſuorum: ſed preſumenda ſunt iuſta/ niſi
manifeſtam contineant iniquitatem. ¶ Non ſubdi-
ti autem non excuſantur. Nec excludo a ſubditis/



milites illos mercenarios: qui ſub cōtinuis ſtipen
dijs regis alicuius degunt/ tā pacis ꝗ̄ belli tēpo
re: hi ſiquidem tanꝗ̄ ſubditi habendi sunt. Sicut
miniſtri conducti ad executionē iuſtitie: non opor
tet eſſe ſubditos/ ſic ꝙ ſint inde oriundi: ſed ſat eſt
ꝙ inueniantur cōducti ad officium iuſtitie/ ad hoc
vt excuſentur: ſi contingat ignoranter exequi iniu
ſtam ſententiam. ¶ Fac ergo cōfeſſor differentiam
inter extraneos qui tempore dubij belli inueniun
tur prius ſtipēdiati ad bellica exercitia talis regis
abſolute/ ⁊ illos qui tunc conducūtur. Nam primi
reputantur tanꝗ̄ conducti ad iuſti belli miniſte-
rium: ⁊ ordo ſeruiendi quo ſubeſſe regi noſcūtur/
facit vt non ſit eorum diſcutere adamuſſim iuſtitiā
belli. Secūdi aūt ſimiles ſūt illis qui ſub dubio iu-
dice cōduci vellent: quos conſtat nō tute expone-
re ſe periculo iniuſtitie exercende: Qui autem ſiue
ſubditi ſiue nō ſubditi/ audito belli nomine/ nō cu
rantes de belli iuſtitia/ ad pecunie ſonitū currunt:
extra conſcientie ſcrupulos ſunt: manifeſte enim
ſunt in ſtatu damnationis eterne donec reſipiſcāt: ſi
cut qui currunt ad clades ⁊ predas/ nō ſoliciti de
iuſto vel iniuſto.

**Tertio** De reuocatione belli ſoluenda eſt
q̄ſtio illa: an poſt inchoatū bellum/
hoſte iniquo offerente ſatiſfacere. teneatur habēs
iuſtum bellum deſiſtere a bello. Dicimus ſiquidē
diſtinguendo tres ſtatus belli (.ſ. principium/ me-
dium/ ⁊ quaſi finem) ꝙ in principio belli (hoc eſt
poſtꝗ̄ bellum eſt indictum/ cōgregatum ⁊c. ante
tamen conflictū) ex quo vindicte negociū adhuc

Biblioteca



eſt integrū: tenet̄ p̄ceps admittere ſatiſfactionē
⁊ reuocare bellū. Et rō eſt: q: bellare nō eſt volun-
tatis / ſed neceſſitatis: vt augu. dicit. xxiij. q. j. noli.
In ppoſito aūt ceſſat neceſſitas belli: ex eo ꝙ of-
fert ſatiſfactio / re adhuc exiſtēte integra. Sed eſto
ſanus lector: ⁊ intellige hec de ſatiſfactione plena:
hoc eſt nō ſolū iniurie ſeu rerū / ſ; ſumptuū ⁊ dam-
norum ⁊c. ¶ Poſtꝙ aūt ſemi p̄eliatū eſt / ⁊ mortes
hoīm hinc inde interceſſerunt: non tenetur habēs
iuſtū bellum reuocare bellum / propterea quia ho-
ſtis nūc offert ſatiſfacere. Et ratio eſt: quia habēs
iuſtū bellū / gerit perſonā iudicis criminaliter pce-
dentis. Et ꝙ gerat perſonam iudicis / patet ex eo
quod prelium iuſtū eſt actus vindicatiue iuſtitie /
que proprie eſt virtus principis ſeu iudicis. nō eīm
eſt priuate perſone opus vindicare: ſcriptū eſt eīm
mihi vindicta. Quod vero criminaliter proceden-
tis / patet ex eo ꝙ procedit ad cedes ad ſeruitutē ꝗ
perſonarū ⁊ dānum rerū: hec eīm omnia iuſtū bel
lum infert: ꝗuis hodie a ſeruitute iter chriſtianos
abſtineatur: Manifeſtatur quoqꝫ idem / ꝙ habens
iuſtum bellū / nō eſt pars / ſed ex ipſa rōne neceſſitā
te ad bellum efficitur iudex hoſtium ſuoꝝ: ex eo ꝙ
eadem ratione poteſt princeps in perturbatores
ſue reipublice intraneos ⁊ extraneos vti gladio p-
pria authoritate: ſcilicet ex ratione perfecte reipu-
blice. non eīm eſt perfecta reſpublica / cui deeſt po-
teſtas vindicatiua iuſtitia mediāte / ſiue cōtra per
turbatores reipublice intrinſecos ſiue cōtra per-
turbatores extrīſecos. Et niſi ſic ſit / quū par in pa
rē non habeat imperiū: bella oīa iniuſta eſſent niſi



defenſiua. Quia igitur habēs iuſtū bellū gerit per
ſonā iudicis pcedētis ſm̄ vindicatiuā iuſtitiā ad-
uerſus extraneos perturbatores reipu. ⁊ in medio
belli iam effectus eſt dn̄s cauſe non exiſtente am-
plius integro negocio vindicte: pōt (niſi mīa vti
velit) pſequi bellū ⁊ vindicatiuā exercere iuſtitiā
gladio bellico. Sibi aūt hoſtis imputet / ꝙ reduxit
ſe ad eū ſtatum in quo iuſtitia vindicatiua pōt ab
alienis contra ſe exerceri: fuit eni; in poteſtate ſua
offerre prius ſatiſfactionē. ¶ Et ſi cōtra hoc inſtet̄ /
ꝙ cōtinuatio belli in hoc caſu nō eſſet neceſſitatis
ſed voluntatis: qm̄ interrupta eſt neceſſitas bellan-
di ex noua oblatione ſatiſfactionis. reſpōdetur ꝙ
hm̄oi noua oblatio ſatiſfactionis non habet vim
interrūpendi neceſſitatē belli iam ſemiacti: q: non
amplius ſpectat ad habentes iniuſtum bellum / ſa
tiſfacere: ſed ſpectat ad eos ſatiſpati ſecundum iu-
dicium habentis iuſtum cōtra eos bellum. Ex eo
tamqꝫ quod ipſimet habentes iniuſti belli cauſa; /
noluerūt quum poſſent ⁊ deberent ſatiſfacere ſed
bellū committere. tranſlati ſunt a iure rationis re
cte de ordine ſatiſfaciendi in ordinem ſatiſpacien-
di a iuſto bello. ⁊ propterea ex recte rationis dicta
mine / non ex parte reorum / ſed ex parte iuſtitiam
vindicatiuam exercentium pendet an vindicta cō
tinuanda ſit gladio bellico / ſubijciendo ſibi ho-
ſtes ⁊ terram eorum (quod eſt facere hoſtes ſa-
tiſpati) an via reſtitutionis ſeu ſatiſfactionis.
Eadem ergo neceſſitate qua ceptum eſt bellum
continuari poteſt / ſi principi videtur expedire:

Biblioteca



quia neceſſitas illa non eſt interrupta reſpectu ce-
pti belli ↄtra nolētes ſatiſfacere in ſtatu ſatiſfacto
rio. Licet enim mutata ſit voluntas reoꝝ ⁊ velint
poſtea ſatiſfacere: q: tamen non ſunt amplius in
ſtatu ſatiſfactorio/ſed voluntate ſubiecerunt ſe ſta
tui ſatiſpaſſorio (vt ſic loqui liceat) ideo perſeue-
rat prima neceſſitas ⁊ authoritas debellandi: ſicut
apud dñm perſeuerat poſt habitum ſeruū pro de-
bita pecunia authoritas retinendi ſeruū quantū-
cūqꝫ ille vellet ſoluere quod debebat. Et hinc pa-
tet/ ꝙ multomagis ex arbitrio principis iuſte bel
lantis pendet continuatio belli quum bellum eſt
quaſi in fine: licet offerant hoſtes ſatiſfacere.

**Quarto** De dānis ex bello illatis ſcito qua
tuor. Primo, ꝙ dana oīa ex iu-
ſto bello illata non ſolum pugnātibus ſed cuilibet
mēbro reipublice cōtra quā eſt iuſtum bellū abſqꝫ
peccato ſunt: nec ad reſtitutionem tenētur qui in-
tulerunt: etiam ſi innocētes cōtingat per accidēs
damnificari: verbi gratia ſi ciuitas aliqua ex iu-
ſto bello in predā daretur: liceret cuiuſqꝫ ciuis bo-
na diripere: licet aliquis eoꝝ forte eſſet innocens:
quia ſententia iuſtitie bellice nō tenetur diſcutere
an aliqua pars reipublice ſibi iniuſte hoſtis/ſit in
nocens: quia preſumitur tota hoſtis/⁊ totā habet
pro hoſte ⁊c.: ac propterea totam damnat ac diri
pit. Et ꝑ ſic loquēdo/ille iuſte accipit: ꝗuis aliqͣ
innocens per accidens iniuſte patiatur: que enim
ſunt per accidens/extra regulas ſunt. ſecus autē
eſſet ſi ex intentione ageretur cōtra innocentem.
Notanter autem nominaui membra illius reipu-



blice: quoniā perſone eccleſiaſtice q̄ non ſunt par-
tes populi: non iuſte diriperentur. ¶ Ubi ſecundū
pretereūdū nō eſt/quaſdā perſonas eſſe a iure ca
nonico exēptas a damnis bellicis. quas habes ex
tra de pace ⁊ treuga ca. innouamus. vbi dicit. In
nouamus vt pbr̄i/monachi/conuerſi/peregrini/
mercatores/ruſtici euntes vel redeuntes ⁊ aīalia
quibus arant ⁊ ſemina portant ad agrū: ſecuritate
cōgrua letentur. Et .xxiiij. q. iij. ca. paternarū/ex-
plicant̄ etiam oratores. Quos canones rōnabiles
ac ſanctos/ꝗtum ad id quod poſitiui iuris conti-
nent/an abuſus deleuerit neſcio. Uerum per mer
catores, intelligo non negociatores qui ibi, reſi-
dent: ſed illos qui hoſpitantur aut trāſeunt/quo-
niam mercatores incolas non video melioris eſſe
conditionis ꝙ̄ artifices. ¶ Tertiū eſt. ꝙ bello exiſtē
te iniuſto tenentur oēs de damnis illatis: niſi ex
ignorantia legitima excuſentur: que tamen nō ex-
cuſat a reſtitutione ablatarum rerum apud ſe ma-
nentium/poſtꝙ̄ cōpertum eſt fuiſſe bellū iniuſtuꝫ.
¶ Quartū eſt. ꝙ ſiue iuſtū ſiue iniuſtum ſit bellum:
debēt ſeruare bellatores regulā ioannis baptiſte
illis datā. ſ. neminem cōcutiatis/neqꝫ calumniā fa
ciatis/⁊ eſtote cōtenti ſtipēdijs veſtris. peccant ſi
quidem mortaliter/opprimēdo ruſticos/⁊ hoſpi
tantes ad diſcretionem/immo ad deſtructionem
⁊ alia huiuſmodi latrocinia committendo. Nec ex
cuſant̄ quia non datur eis ſtipendium: q̄m ex hoc
ruſticorum ⁊ ciuium res non obligantur illis. Nec
diſſimulatio aut authoritas capitanei aut princi-
pis excuſat: niſi in penam ruſticis aut ciuibꝰ inſte

inflictam hoc fieret. quoniam pꝛinceps debet ex pꝛouentibus quos totus ſtatus pꝛopoꝛtionaliter tribuit/militibus ſtipendia ſufficienter tribuere: ⁊ non debent iſti particulares vexari. lex enim iniuſta eſt ex foꝛma/ que non ſecundum pꝛopoꝛtionem grauat populum. Si tamen pꝛobata conſuetudo obtinuit/vt ligna ⁊ paleas militibus hoſpites gratis tribuant: non damno: quaſi enim foꝛte quadam contingit ob hoc quaſdam terras ſeu villas pꝛe alijs grauari.

**Bellum** exercere in diebus feſtis abſq3 neceſſitate / peccatum eſt / pꝛopter inquietudinem diuertentem a ſanctificatione feſtorum. Non tamen eſt moꝛtale peccatum / ſi diuina non omittantur: puta miſſa: quia non eſt opus ſeruile. Et ſimile eſt iudicium de alijs diebus quibus pꝛohibitum eſt a ſacris canonibus pꝛeliari: ſcilicet in aduentu ⁊ quadrageſima ⁊c. vt in cap. treugas. extra de treuga ⁊ pace. Si tamen iura hec ſubſiſterent; nam abrogata per non vſum dicuntur.

BEneficium eccleſiaſticum conſiderandu3 eſt pꝛimo quo ad ingreſſum / tam de appetitu quam de pꝛocuratione. Appetere ſiquidem eccleſiaſticum beneficium / ſiue curatum / ſiue abſq3 cura: nullum ex ſuo genere peccatum eſt: quoniã huiuſmodi obiectum eſt infra oꝛdinem appetibiliu3 recta ratione. et pꝛopterea apoſtolus abſolute dixit. qui epiſcopatum deſiderat/ bonum opus deſiderat. Peccatum autem contingit ex defectu alicuius circunſtantie requiſite: puta quis / cur / quo-



modo ⁊c. Et quoniam frequentiſſime ſecundũ pꝛimam circunſtantiam in huiuſmodi appetitu peccatur: ideo apoſtolus ſtatim ſubdit de circunſtantia quis/apponendo conditiones requiſitas ex parte perſone ad rectum appetitum epiſcopatus/dicens. opoꝛtet autem epiſcopum eſſe irrepꝛehenſibilem ⁊c. Et quoniam peccata ex parte circunſtantiarum facile patere poſſunt applicanti ad ſubiectam materiam: nos ad ſpecialia deſcendendo dicimus quod beneficium plene curatum( quale eſt epiſcopatus )tunc tantum ex parte perſone licite appetitur/quando appetens nouit ſe habere conditiones requiſitas ad epiſcopum. ⁊ ſimiliter beneficium non plene curatum(quale parochia eſt) quum quis habet conditiones requiſitas ad pꝛeſbyterum parochialem. ⁊ ſic de alijs. Et hoc cõcurrentibus etiam ex parte perſone alijs circunſtantijs cõparatiuis debitis. Ubi ſcito/quod perſona appetens debet ſeipſam menſurare per reſpectu3 ad tria: ſcilicet ad regimen animarum/ne pꝛeſumptuoſe ad artem artium relatum ſe inueniat: ⁊ ad oues quibus paſcendis vacaturus eſt: vt tantum diſtet vita ſua ab illis quantum vita paſtoꝛis a grege: ⁊ ad alios quibus tribui poteſt aut debet tale beneficium: ne ſe dignioꝛibus aut eque dignis anteponat. Et hic tertius reſpectus habet locũ etiã in appetitu beneficioꝛum ſine cura: debet enim ſecundum rectam rationẽ appetitum ſic moderari/ vt abſq3 vitio acceptiõis pſonarũ appetat ſibi puideri de bñficio in cõi vel hoc. ¶ De circũſtãtia quo-

ſinis/aduertendū eſt ne bñficiū appetat ꝓpter ſi-
nem malum puta delicatā/opulentā aut ſplendi
dam vitā ex chriſti patrimonio ⁊c. ⁊ ſic de alijs cir-
cūſtātijs. ¶ Diſcernere autem inter pctm̄ mortale
⁊ veniale in deordinato appetitu beneficij/non eſt
difficile:preſertim ſi beneficium eſt curatum/⁊ ma
xime ſi eſt perfecte curatū:nā ſi appetens paruiſa
cit cōmenſurare ſeipſum ad artem artium (hoc eſt
curam animarum) ⁊ alias cōmenſurationes poſt-
ponit ob appetitum beneficij:proculdubio morta
le peccatū incurritur:quia contra charitatē ouiū
chriſti appetitur ſi beneficium eſt curatum: et cō-
tra iuſtitiā diſtributiuam ſaltē appetitur ſi benefi-
ciū non eſt curatum. Intellige lector que dico:naꝫ
ſi quis appetit ſimplici intentione beneficiuꝫ cōi-
ter aut ſine cura/non cogitans de dignioribus ſe:
non peccat:q꞉ ſubintelligitur ꝙ appetat habere li
cite:in hoc autem qđ eſt habere licite/ includitur
quod detur ſibi ſine dei offēſa. Et ſimiliter ſi quis
cogitat de dignioribus ſe/ ⁊ nō intēdit illos impe
dire/ſed pro ſeipſo procurare vt habeat licite:non
peccat eadem ratione. poteſt enim cōtingere vt ſu
perior ſancte det illi qui minus dignus videtur et
eſt abſolute ꝓpter aliquas circunſtantias ſingu-
lares tunc occurrentes efficientes vt dignior pro
nunc poſtponendus ſit.

¶ Beneficium autē quodcunqꝫ pro ſe petere aut
procurare/eiuſdem moris eſt cuius eſt appetere
illud. ⁊ propterea quādo appetere eſt damnabile/
petere quoqꝫ damnabile eſt. Eget tamē aliqua cir
cūſtantia petere qua non eget appetere: quia eſt



actus exterior/qui poteſt ſcandalizare:⁊ ꝓpterea
eget maiori rectitudine. ¶ Et ſcias ꝙ a doctoribus
petere regimen animarum ideo damnatur/ q꞉ vix
poſſibile eſt vt homo integri ſenſus ⁊ recte mētis
reputet ſeipſum habere ſupradictos tres reſpect⁹
perſonales:ſine quibus petere ſimpl'r ⁊ abſolute
eſt p̄ſumptuoſū:ac per hoc indignū reddit petētē.
Dico autem ſimpl'r ⁊ abſolute:quia taꝫ appetere
ꝙ petere ſm̄ quid (hoc eſt ſi ſuperiori videtur ex-
pediens/cognoſcendo ſe indignum/cum tremore
cōmittendo negocium deo/ pro honore dei ⁊ ſalu
te eccleſie) non eſt pernicioſum:quamuis ſit venia
le:niſi charitas moueat:quoniā hoc nō eſt petere/
ſed offerre ſe ſi opus eſt. Et ſi charitas vere mouet
meritorium eſt:ſicut eſaias. Ecce ego mitto me. ⁊
martinus. domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſ-
ſarius/nō recuſo laborem. ¶ Memēto quoqꝫ non
verſari in magno periculo/qui indigens ⁊ idone⁹
cum tremore ⁊c. ſe offert petendo ſecundum quid
beneficium vacans cum cura animarum imperfe-
cte:puta parochiam:quia cura animarum ꝓprie ⁊
plene/ſolius epiſcopi eſt. In cuius ſignum ⁊ ſo-
lus ſponſus eſt eccleſie:⁊ non poteſt eccleſiam de-
ſerere eundo ad religionem:reliqui enim ſunt ad-
iutores epiſcopi ad curam animarum. Contingit
autem (⁊ vtinam non ſepe) appetentibus ⁊ pete-
tibus beneficia/procuratio ſimoniaca per mun⁹
a lingua vel ab obſequio: de quibus inferius pa-
tebit/quum de ſimonia dicetur.

**Beneficium** Eccleſiaſticum ſecundo cō
ſiderandū quo ad progreſ

ſum eſt/⁊ quantũ ad ſeruitiũ perſonale/⁊ quantũ ad prouentus. In beneficio ſiquidem de iure req̄rente reſidentiã/peccatum eſt ſine rationabili cã non reſidere. Et ſi beneficium eſt curatum: nõ reſidere abſq; rationabili cauſa/peccatũ cõiter mortale eſt pro quanto damnum infert animarum/niſi propter imperfectionem actus excuſetur a mortali: infert enim contrarium naturali iuſtitie/qua tenetur ipſemet ex ſuſcepto officio gerere ouium chriſti curã: q̄ regulariter ſine reſidẽtia nõ põt haberi vt debet: quum etiã pñtes ⁊ ſollicite ſtudẽtes circa animas vix regant/vt tenentur. iniuſtitia eñ ex ſuo genere mortale pctm̃ eſt q̄uis propter impfectionẽ actus ſit q̄nq; venialis. Eſt etiã cõtra debitam charitatem chriſto: nã amor eius nõ eſt apõ eum/qui paruipendit que maxima ſunt chriſti: ſalutem ſcilicet animarũ ſibi cõmiſſarum. Etenĩ experientia teſtatur/q̄ male ſe habeant in ſpũalib⁹ ⁊ in tpalib⁹ eccleſie chriſtiane ꝓpter abſentiã paſtorꝝ. antiquũ ꝓuerbiũ eſt tã q̄ oculus dñi impinguat equũ/q̄ ꝙ optimũ fimũ veſtigia dñi. Excuſare tñ põt abſentiam ſine rationabili cauſa a mortali imperfectio actus/vel propter paruitatem temporis/ vel propter paruitatem damni/⁊ ſiquid eſt eiuſmodi. ¶ Peccatum quoq; eſt beneficij eccleſiaſtici prouentus male expendere: vt patet. Mortale autem eſt/ſi eo quod ſuperfluit neceſſitati nature ⁊ perſone/mala diſpenſatoris fide abutitur: vt ſi inde ditat propinquos/aut in pompis ⁊ luxib⁹ exponit/⁊ alia huiuſmodi exorbitantia ⁊ enormia facit: quia non dominus ſed diſpẽſator eſt eccleſia-

[illegible] eccleſiaſticos veluti in pompis et luxibus et ditando propinquos [illegible] curam gerere debet sui, deinde ecclesie [illegible] et propinquorum non ut divites fiant sed ne indigeant



ſticorum prouentuum. Et debet primo ſui/deinde eccleſie/⁊ propinquorum ⁊ aliorum indigentium/ curam gerere: non vt diuites alij fiant/ſed ne indigeant.

**Beneficium** Eccleſiaſticum tertio quo ad multiplicationem conſiderandum eſt: quando eſt peccatum ⁊ quantum. Ad quod diſcernendum noſſe oportet/quod multiplicare in vno beneficia/nõ eſt ex ſuo genere peccatum: quia ſi eſſet ex ſe peccatum/nulla vnquã ratiõe liceret habere plura beneficia. Neq; eſt ex ſuo genere bonum aut indifferens moraliter: quia ſonat quandam diſſonantiam: ſcilicet plura ſtipẽdia dare vni: regulare quippe eſt vt vnum vni detur. Sed eſt de genere nociuorum que ex adiuncta ratione poſſunt honeſtari. ſicut percutere hominẽ/ quod nec ex ſe peccatum nec bonum nec indifferens moraliter eſt: ſed ſonat malũ hominis quod põt ex adiuncta iuſtitia ꝓpter bonũ publicum ⁊c. hõeſtari. Accipere ſiquidẽ plura beneficia/ ſonat quid nociuum eccleſie/⁊ diminuendo miniſtros cultus diuini/⁊ occupando quod multorum deberet eſſe/⁊ animarum quandoq; curam debitã impediendo hec enim nocumenta conſtat ex pluralitate beneficiorum inferri ſancte eccleſie. Poſſet tamen talis neceſſitas aut ratio ſuperuenire/ que aut tolleret huiuſmodi nocumenta/aut efficeret non eſſe inconuenientia: ⁊ ſic redderet pluralitatem beneficiorum licitam. Et hec ratio maxime ex parte eccleſiarũ pẽſanda eſt: nõ eñ ꝓpter bonũ perſone/ſed propter bonũ eccl'iarũ tolluntur

huiuſmodi inconuenientia. ¶ Mortale em̄ pecca-
tum in huiuſmodi pluralitate interuenit/qm̄ non
propter rationabilem cauſam obtinet quis multa
beneficia incōpatibilia:ꝛ vnus quidē occupat lo-
ca multoꝝ/alij autem eſuriunt ꝛc. quia hmōi plu-
ralitas: eſt iniuſta contra equalitatez iuſtitie diſtri
butiue. Nec excuſatur peccatum mortale ꝓpter
diſpenſationem pape ſine rationabili cauſa/qm̄
diſpenſatio pape cadit ſuper ius poſitiuum/ꝛ nō
ſuper ius diuinum aut morale: pluralitas autē be
neficiorū ſine rationabili cauſa eſt contra ius diui
num ꝛ morale: quo cōia eccleſie bona diſtribui iu
ſte debēt partibus eccleſie. Nec obſtat ꝙ beneficio
la plura dicuntur licite dari vni: qm̄ in omni gene
re: propter imperfectionē actus minima excuſan-
tur. Beneficiū ſiquidem adeo tenue ꝙ nō ſufficit
ad ſuſtentandū miniſtrū/nō eſt beneficium niſi im
perfecte: qm̄ nō pōt ſana ratione inſtitui: vt vnum
ſit in vnius ſtipendiū. Et ꝓpterea de his minimis
fit vt melius fieri poteſt qnouſ miniſter habeat
ſufficienter vnde viuat: quoniā propter miniſtros
ſunt beneficia/ꝛ non econtra.

¶ Siſte tamen hic ꝯfeſſor pedē/circa iudiciū illi⁹
qui iam cū diſpenſatione ſine rationabili tamē cā
habuit ꝛ poſſedit plura incōpatibilia: nec preceps
neges abſolutionē: oportet eniz diſcernere an iſte
teneatur de neceſſitate ſalutis renuntiare reliqua
reſeruato ſibi vno: quod non facile eſt/quādoq̄ be-
neficijs bene prouidetur ꝑ vicarios. ¶ Ubi ſcito/
duo eſſe in hoc potiſſimum penſanda. Primū eſt
damnum eccleſiarum. Scōm eſt inequalitas diſtri
butorum



butoꝝ beneficiorum. Et quidem damnū eccleſiaꝝ
quantum ad tēporalia/ꝛ reparationē oportunam
ſiue tēpli ſiue paramentorum ꝛc. ꝛ numerum mini
ſtrorum diuini cultus/ꝛ ipſum diuinum cultū/et
miniſtrationē ſacramētoꝝ: facile cognoſci pōt: qm̄
hec ſubiacent ſenſibus. Sed quantū ad curā aia-
rum/ſi beneficia ſunt curata oportet hominem nō
ſeipſum fallere: quia quum iſte det operam rei illi-
cite (ſcilicet conſeruationi plurīū incōpatibilium
abſ rationabili cauſa) non excuſatur ex illa cauſa
illicita a reſidendo/ad vacandum cure animarum
ac per hoc ſibi imputatur coram deo etiā leuis cul
pa in damno animarum. Et ꝓpterea etſi poſſibile
eſt/difficile tm̄ ac rarus videtur ꝙ abſ notabili dā
no eccleſiarum hmōi pluralitas cōtinuetur. Et qm̄
ſic accidit/negāda eēt abſolutio: qm̄ notabilis dā
ni eccleſie cōſeruatio voluntaria abſ rationabili
cauſa/nō eſt abſ peccato mortali. ¶ Ex parte aūt
inique diſtributionis aduertendum eſt/qḋ nō eſt
idem iudicium de diſtributione quando fit/ꝛ poſt
factum. nam quando fit claruz eſt iniuriam fieri di-
gnioribus qui poſtponuntur/ꝛ peccatū iniuſtitie
diſtributiue cōmitti: poſtq̄ autez diſtributio licet
mala facta eſt/ꝛ epiſcopatus datus eſt minus di-
gno: non periclitatur amplius diſtributio: ſed res
diſtributa puta epiſcopatus. In cuius ſignum/cō
ſtat non teneri iſtum minus dignū ad renunciādu
epiſcopatuz. ſed ad bene regendū ꝛc. ¶ Ex hoc aūt
ꝙ nō ad diſtributionem ſed ad beneficia diſtribu-
ta ſpectandū eſt poſt factum/pēſanda veniūt tria.
Primo damnum eccleſiarum quas habet: de quo

Biblioteca



damno iã diximus. Scdo dãnum clericoꝝ beneme
ritoꝝ in illis partib' vbi ſunt hec beneficia: qui de
berent ex his beneficijs ⁊ honorari ⁊ paſci. Tertio
ſcandalum bonoꝝ viroꝝ/qui vident huiuſmodi ex
orbitantes diſtributiones ꝯſeruari ab his qui in
formam gregis chriſtiani dati ſunt: inde enim alij
ſimilia audent: ⁊ ſic in preceps ruit eccleſia chriſti.
Et propterea qui hec paruipendit/quia ſic com
muniter a tot fit/⁊ quia forte papa diſſipando diſ-
penſauit. non eſſet abſoluendus: vt abſq alia pro-
batione clare patet. Qui vero hec eſtimat: proui-
deat opere ⁊ veritate vt hec mala non ſint: alioqn
tepidus eſt ⁊ euomendus.

**Beneficium** Demũ eccleſiaſticũ nõ ſo-
lum idoneo ⁊ digno/ſ3 et-
ita vt dignior non poſtponatur conferri debet ſecũ
dum deum ⁊ cõſciẽtiã: Quis ſecundũ iura ſufficiat
eligere dignũ. Et ratio eſt: quia vitiũ acceptionis
eſt perſonarum poſtponere digniorem/nunc/hic
⁊ ſecundum ceteras circũſtantias. Et hoc intellii-
ge quando collator libere habet in ſua poteſtate ꝓ
uiſionem. Nam vbi ſola cõfirmatio electi aut pſen-
tati a patrono/ſpectat ad eum: ſufficit ꝙ detur di-
gno: qm ex hoc ipſo ꝙ electus aut preſentatus eſt/
tanq̃ dignior habetur. Et ſimiliter quum renũcia-
tur beneficium in fauorem alicuius/ſufficit colla-
tori ꝙ ille ſit dignus: quoniã equitas prefert alijs
illum tunc pro ſic vacante beneficio. In cuius ſi-
gnum nullus cõqueritur/quando per viã renun-
ciationis digno confertur beneficium. quantũcũq
digniori conferendum fuiſſet/ſi alia via vacaſſet.



¶ Et hec oĩa intellige de bñficio formaliter: hoc eſt
quatenus eſt beneficiũ honoris ⁊ ꝓuentus bonoꝝ
tẽporaliũ. nã ſic ad regulas diſtributionis cõium
bonoꝝ reducit. Dico autem hoc: q: ſi ad principa
le ſm veritatẽ i beneficio inuẽtum (hoc eſt officiũ
paſcẽdi/miniſtrãdi diuia/ꝑſoluendi ⁊c.) ſpectetur
nõ eẽt diſtributio bonoꝝ ſ3 maloꝝ/hoc eſt onerũ.
Et ſufficeret eligere dignũ: qm ceſſat ibi ratio acce
ptiõis ꝑſonaꝝ: qua in bonis dignior poſtponitur.
¶ Cõferre autẽ pueris eccleſiaſtica beneficia/exi
ſtentib' alijs adultis idoneis: nõ ſolum inexcuſabi
le ſed intolerabile videtur. tum q: pueri ſunt ſolũ
idonei in ſpe: adulti autẽ in re: tum q: officiũ diui-
num deuote ⁊ ſtudioſe ꝑſoluere nequeũt: quũ nec
humana officia valeant exercere niſi vt pueri: ⁊ ta-
men beneficiatoꝝ nullus excuſatur ab officio diui-
no. Hoc eſt verũ/ꝙ ſm iura canonica concedãtur
beneficia pueris: immo expſſe hoc reprehendit. ex
tra de preben. cap. ſuper inordinata. ¶ Et ſi alicubi
ſunt ordinate alique prebende pro pueris: vide il-
lorũ ſtatuta: ⁊ vt puto inuenies ꝙ non ſunt benefi-
cia eccleſiaſtica: ſed quedã prouiſiones ad ſuſten-
tandos ⁊ alendos pueros in ſeruitio eccleſiaſtico.
Unde non tenentur tales ad officium diuinum: ſed
ad id ad quod ſunt quaſi conducti.

**Beſtialitas** In moralibus/eſt ge-
nus vitij pluſquã huma-
ni. Et multis materijs cõmunis eſt/in quibus effi-
citur homo ſicut beſtia: vel in conuerſando/vel in
comederdo/vel in coitu/vel in perſequendo ſeu

occidendo. Et cõſtat ꝓpterea ſemper eſſe peccatũ ſi tamen mentis compos ſit. Et cõiter eſt mortaliſſimum: niſi propter imperfectionẽ actus: vt ſi qs ambulet manibus ⁊ pedib⁹. beſtialitas em̃ hec venialis eſt: turpiſſima tñ niſi ioci gratia fiat.

BLaſphemia Peccatũ mortale grauiſſimum eſt: quia eſt contra deum. Et conſiſtit in dicẽdo aliquid quod deo non conuenit: puta deum eſſe iniuſtum. Vel negando aliquid quod deo conuenit: puta deum nõ curare de noſtris. Vel attribuendo quod deo ſoli cõuenit creature: puta ꝙ diabolus eſt omnipotẽs/ aut quod fatum regit omnia. vel deo aut ſanctis iniuriam irrogãdo: puta maledict⁹ ſit ⁊c. Et ad hũc modum reducitur blaſphemia irrogantiũ iniuriã deo aut ſanctis: dum indignati reſonant membra eorum pudenda/ ſiue que habent ſiue q̃ nõ habẽt.

¶ Et ſcias ꝙ licet blaſphemia multos hẽat grad⁹ (dũ grauior eſt contra deum ꝗ̃ contra beatã virginem: ⁊ hec grauior ꝗ̃ contra ſanctos. rurſus grauior eſt que ex affectu deteſtatiuo dei aut ſanctorũ/ ꝗ̃ que ex paſſione extranea aut mala cõſuetudine: quaſi nõ ſit virilis animi qui loquitur ſine blaſphemia: vt videtur apud multos inoleuiſſe) omnes tamẽ ſunt eiuſdem ſpeciei. Nec vnꝗ̃ excuſatur quis a mortali/ ſi ſit mentis compos/ niſi inaduertentia eſſet in cauſa: hoc eſt ſi ex lapſu lingue ꝓtulit verbum blaſphemum/ nõ aduertendo ſenſũ verborũ: ita ꝙ ſi aduertiſſet/ certus eſt ꝙ non dixiſſet: tunc enim fuit blaſphemia nõ formaliter/ ſed materialiter tm̃. ¶ Scito quoqꝫ/ ꝙ dicere ad ſanguinem dei/



vel ad corpus dei/ ſiue inuocando per modum iurantis/ ſiue reſonando in rixa aut turbatione contra aliquem: nõ eſt blaſphemia: quoniã poſtꝗ̃ verbum caro factũ eſt/ deus habet ⁊ corpus ⁊ ſanguinem: ⁊ nõ dr̃ per modum iniuriantis/ quamuis irreuerenter/ quum ſecundo modo dicitur. Et propterea peccatum eſt graue: non tamen mortale: qꝛ non contra ſed preter deum eſt: ⁊ tanto grauius quãto frequentius.

CAlumnia (hoc eſt falſa ⁊ malicioſa impoſitio criminis) peccatum eſt in proximum: qd non ſola penitentia abluit: ſed oportet ſatiſfacere offenſo proximo. Si autem ex errore imponit quis falſo alicui crimen calũnie qd̃ vitiũ formaliter non incurrit/ ſed materialiter: ⁊ tenetur tam ad penitentiam peccati/ ꝗ̃ ad ſatiſfaciendũ offenſo ⁊ leſo: quoniam in culpa fuit errando. Non enim debebat aſſertiue proferre id in quo erraſſe ſe poſtea comperit: ⁊ incautus precepſqꝫ fuit: aſſerẽdo illud qd̃ non cõſtat eſſe verum in preiudicium preſertim proximi.

¶ Cambiorum genera ſunt quatuor. Quedam vera ⁊ realia: quibus moneta in vno loco ac tempore recipit/ ⁊ alio loco ac tempore redditur/ prout in loco redditionis tempore reſtitutionis marca auri valet. Et in his nullum eſt peccatum/ ceſſante omni dolo ⁊ fraude. Verũtamen quum hec ad prolixius tempus fiunt aut protrahuntur/ vt ex diſtantiori tempore plus lucri habeatur: ad vſuram declinant: qꝛ



Biblioteca

Biblioteca



dum tẽporis quo pecunia occupata tenetur ratio
habetur: ad eum viſure modũ digreditur quo tem-
pus vendi dicit. ¶ Quedã vero ſunt non vera/ ſed
palliata/ ⁊ ſolo nomine cãbia: quib' indigẽs rome
pecunia/ accipit pecuniã reſtituendã nõ lugduni/
ſed rome iuxta valorẽ cambiorũ lugduni in ſequẽ-
ti feria: ſeu quouis alio modo fictio cambij fiat. Et
hec ſunt manifeſte iniqua: quum vere ſit ibi cõtra-
ctus mutui cum tali intereſſe. ¶ Quedam vero ſũt
quib' pecunia rome data/ per lr̃as cambij ſoluit
alibi. Et hec ſunt licita/ ſi ſeruato ſolito moderato
tamẽ lucro ↄnũmulariorum fiunt. ¶ Quedã demũ
ſunt cambia ad minutum: puta quum pro ducato
dentur decem argentei aut econtra. Et in his mo-
deratum quoqꝫ lucruꝫ non damnatur/ iuxta diuer-
ſarum patriarum cõſuetudinem.

CAſus reſeruati ſedi apoſtolice clari ſunt.
nam ſunt ſoli illi quos eccleſiaſtica
cẽſura (hoc eſt excõicatio) reſeruat apoſtolice ſedi
quos infra habes in verbo excõmunicatio.

¶ Caſus vero reſeruati ep̃o/ ambigui ſunt. Et p̲-
pterea ſequendo regulam/ dimitte incertum ⁊ te-
ne certum. Et niſi priuilegiatus in hoc ſis/ confor-
ma te in qualibet dioceſi conſuetudini ſeu ſtatuto
illius eccleſie: quoniam cõſuetudo dat ⁊ tollit iu-
riſdictionem in huiuſmodi. ¶ Et ſcito ꝙ ſi excõmu-
nicatus ob ſimoniam verbi gratia obtinuit a papa
abſolutionem ab excõicatione: poterit ↄfeſſor ſim-
plex ipſum abſoluere a peccato ſimonie: q: ex quo
ratio reſeruationis ceſſat: conſequens eſt vt ipſa
reſeruatio annexi peccati ceſſet. Et ſimiliter ſi q̃s



ſemel abſolut' eſt a reſeruatis/ q̃uis inefficaciter
quoad ſalutẽ aĩe ſue (puta q: incontrite) poteſt
poſtea iterum confitendo a ſimplici confeſſore ab-
ſolui etiaꝫ ab illis reſeruatis: quia ex quo ſemel be-
neficium abſolutionis conceſſum ⁊ executioni mã-
datũ eſt legitime in foro eccleſie: rationabile eſt vt
non habeatur amplius p̲ reſeruato: vt pote ſemel
cognitũ ⁊ iudicatũ añ tribunal cui erat reſeruatũ.

CHorearum Peccatũ caute ↄſideran-
dũ eſt: q̃m choreas du-
cere/ ex ſuo gñe non eſt peccatũ. Nã ſi ex ſuo gñe eſſet
peccatũ: ſemper formaliter loquendo eſſet peccatũ: qð
cõſtat eſſe falſum: nã in nuptijs ⁊ publicis letitijs
licite ſũt choree. ¶ Quia igit choreis peccatũ nõ ineſt
per ſe/ ſed per accidẽs: nõ ſunt dãnãde choree/ ſed
accidentia mala q̃ a malis abutẽtibus bono immiſ-
ſcent. Et q̃m infinita p̃nt vni accidere: extra ratio-
nem ſcientifice doctrine eſt de accidentib' docere.

¶ Propter inſtructionem tñ puſillorum ſcito/ ꝙ
ex tp̃e (puta die feſto) chorea non ſit mortalis q:
non eſt opus ſeruile. Immo imprudẽter arcẽtur a
choreis ruſtici feſtis diebꝰ chorizare aſſueti: qui ni-
ſi occuparentur choreis vacarẽt ocio ⁊ malis ma-
chinatiõibus p̲turbatiuis reipublice. Et ſil'e eſt
de ſilib' iudiciũ. ¶ Ex frequẽtia quoqꝫ chorea non
fit mortalis: vt patet: ſicut nec frequentia conuiuij
facit illud mortale. ¶ Ex periculo vero p̲uocatiõis
ad libidinẽ: vnuſquiſqꝫ ſeipm mẽſuret/ ⁊ videat
ſi exponit ſe periculo. Ego ex gñe act' periculũ nõ
cognoſco: q̃m act' choree nõ eſt libidis ſed letitie.
Et p̲ptea ſi ex q̃litate p̲ſone p̲iculũ alicui imminet

Biblioteca



prouideat ſibi: ſicut debet cauere ſibi ab aſpectu
mulieris / ſi ex aſpectu ſibi cognoſcit imminere pe
riculum. ¶ Ex actibus denicq; leuitatis qui quãdo-
q; ibi immiſcentur (dum aliquis intorquet digitos
mulieris cum qua choream ducit) non plus ꝙ ve-
niale peccatum incurrit. Et ſimile eſt iudicium de
multis vane letitie actibus ⁊ verbis ſi contingit cho
reis immiſceri. ¶ Ex praua autem intentione (pu-
ta ad inceſtum aut adulteriũ ꝓuocãdi) ⁊ ſimiliter
ex impudicitijs / nõ ſolũ choreas ſed eleemoſynas
⁊ eccleſiaſtica officia conſtat eſſe peccata mortalia.
Conclude ergo choreas non eſſe ex ſe malas: licet
ſepe afferant peccata venialia vanitatis.

CLericorum Peccata ſpecialia ex transgreſſiõe iuris po
ſitiui / ſunt tot vt vix numerari queãt. Tenentur ſi
quidem quo ad habitum / deferre raſuram: hoc eſt
clericam: ⁊ tonſuram: hoc eſt non nutrire comam /
⁊ non nutrire barbam: ⁊ deferre habitum clerica-
lem / clauſum deſuper / non nimia breuitate aut lõ-
gitudine notabilem abſq; pallio diffibulato: abſti-
nere a viridis ⁊ rubri coloris veſtibus ⁊ caligis. Ca
lige quoq; ſcaccate ⁊ veſtis virgata ſeu partita / ma
nice ſotulariaq; conſuticia / epitogium / infula linea
fibule corrigie auree vel argẽtee / anuli niſi quibus
ex dignitate conuenit: frena / ſelle / pectoralia / cal-
cariaue aurata eis inhibentur.

¶ Quo ad artes / artes macellariorum ſeu carnifi-
cum / tabernariorum / ioculatorum ſeu hiſtrionum
goliardorum ⁊ buffonũ / ⁊ cirurgicorum ab eis tollunt.

¶ Quo ad officia / officia ſecularia / ⁊ ſpecialiter iu-



dicis in cauſa ſanguinis / prepoſiti baliſtarijs / pre
poſiti officialis ſeu miniſtri ſub domino tempora-
li / tabellionis ſeu notarij / ⁊ aduocati ſeu ꝓcurato
ris in placitis ſecularibus niſi in quibuſdã caſib⁹.

¶ Quo ad actiones / arma portare / ad tabernas ire
niſi in itinere: aues caneſq; ſequi ad venandum / ac
cipitres caneſq; pro venatione habere: conducere
a ſecularibus agros / ad aleas vel taxillos ludere
ludis huiuſmodi intereſſe / negociationes hoc eſt
mercantias cõmerciaq; ſecularia exercere: habita
re demum cum mulieribus (niſi matre / ſorore et
amita) clericis eſt prohibitum. Mandatur quoq;
eiſdem / vt benedictionem menſe preponãt / ⁊ gra
tiarum deo actionibus terminent lectione ſemper
interiecta conuiuio: ⁊ vt vinum ſibi temperent.

VErum Horum ⁊ huiuſmodi transgreſſio / ſi temeritas / ſi contumacia ſi contẽ
ptus deſit: non eſt peccatum mortale iudicio meo /
quantum ex precepto poſitiui iuris pẽdet. Quod
ideo adiunxi: quia non loquor de peccato quo res ec-
cleſiaſtice male cõſumuntur: nec de peccato ſcãda
li ⁊ mali exempli: nec de auaricia / inani gloria / aut
luxuria ⁊ ſimilibus immixtis: nec de peccatis qui-
bus ſe irregulares reddunt conſtituti in ſacris ex
actu prohibito / aut excõicationem quicũq; clerici
incurrerent. ¶ Reddo rationẽ eorum que dixi: ⁊ pri
mo de ſpectãtib⁹ ad habitũ clericalem / nã clerici nõ
plus arcẽtur a iure ad habitũ clericalẽ ꝙ religioſi
ad habitũ ſue religionis: ſed religioſus non arcet
niſi temere dimittat ſuũ habitum / vt patet. ergo
clericus niſi temere ea q̃ ſunt ſui habitus transgre

¶Aduerte hūc paſſū fuiſſe dum trāſcriberetur corruptum/ ꝛ ſic legēdū. Et ꝑpter hāc rōnē ſq.ꝛ.ſ. pene ḡues grauiores ac grauiſſīe in iure appoſite/ exceptis excōicatōib' late ſnīe/ aut ſunt tales vt ſine petō mortali incurri poſſint/ aut ſi ſine petō mortali incurri non pñt/ exigere vidētur mōitionē ꝛc.

diatur: non eſt pene mortis anime ſubiect'. Et ſcito ꝙ ī habitu clericali tanꝗ̄ ſubſtātiale eſt clerica: reliqua ſunt cōcomitantia. ¶Nec obſtat dictis: ꝙ excōicandus ſit ſi quis ex clericis comā relaxauerit: quā nō incurrit penā excōicatiōis nō dico late ſed ferēde ſnīe/ niſi monit' contumax fuerit. quā quicquid ſit de rigore iuris/ equitatis tñ ratio habet vt nō ſit excōicandus niſi premonitus a iudice ſuo. Tum ne quaſi ex improuiſo tāta taliſq; pena inferatur pro his q̄ nō ſunt ex ſuo genere criminoſa. tum propter tātā multitudinem impune ſolitam hec trāſgredi: ita vt nō ꝑ magno peccato tranſgreſſor reputetur/ que ex ſuo genere mala non eſt/ ſed ex poſitiuo iure: excōicatio eſt nō niſi ꝑ magno crimine inferenda eſt. Et propterea nō incurrit iudicio meo mortale peccatū ante contemptum ſeu contumaciam. ¶Et propter hanc rationem (quia ſcilicet pene graues/ grauiores ac grauiſſime in iure appoſite/ aut ſunt tales vt ſine peccato mortali incurri nō poſſint: aut ſi ſine petō mortali incurri poſſunt: exigunt monitionem vt non niſi in cōtumacē ferantur) extendi iudicium meum ad oīa clericis ꝓhibita: ꝛ dixi ꝙ ſi deſit temeritas/ contēpt' et contumacia/ non video ex vi precepti peccatū mortale. Non dubito tñ multa



interuenire grauia peccata venialia in hmōi tranſgreſſionibus ex leuibus cauſis aut paſſiōibus humanis: non curantibus prelatis obuiare ꝛ opponere ſe murum pro iure ſeruando. Nō putes tamē inter grauia computandum: ſi clericus beneficiatus aut in ſacris comam paululum infra aures attingentē portat/ quia aliter quaſi derideret/ aut quia ſic conſuetū eſt ibi/ aut quia habet collū longum ꝛ minus ꝙ̄ decet appareret/ aut propter aliquam aliam a ratione non alienam quāuis inſufficientem cauſam: nullum enim aut leue in huiuſmodi peccatum eſt/ vbi monſtrat ille facto et ſi non ad vnguem reuereri tamen ac ſeruare iura.

¶Qui autē putat omnia ꝑcepta obligare ad mortale: eget lumine/ quo videat nec naturalis nec diuini nec humani iuris precepta omnia ad mortale obligare: ſed ea ſola quoꝝ trāſgreſſio cōtra charitatem eſt. Et hec ſint ꝓ timoratis cōſciētiis dicta.

Cogitationis peccata quinq; modis inueniunt. Primo dum mēs vana aliqua cogitatione occupatur. Et eſt peccatum veniale: vt patet.

¶Secundo quum conſentitur abſolute in peccatū aliquod perpetrandū aut placet perpetratū. Et tunc conſtat eſſe mortale/ ſi peccatum patratū aut patrādū eſt mortale: ꝛ ſimiliter eſſe veniale. ſi peccatum faciendum aut factum eſt veniale.

¶Tertio/ quando conditionaliter conſentit in peccatum: puta ſi abſq; infamia periculo ꝛc. poſſem: furarer aut raperem mille aureos. aut ſi poſſem volare/ occiderē talē ꝛc. ꝛ ſic de aliis conditionalib'.

Et interuenit peccatum in iſtis conſenſibus cõdi
tionatis tam mortale q̄ veniale ſicut in cõſenſu ab
ſolute:hoc eſt ꝙ ſi operatio in conſequente ſignifi
cata in quã cõditionaliter conſentitur eſt peccatuꝫ
mortale:conſenſus ille cõditionalis eſt quoqꝫ pec-
catum mortale:⁊ ſi eſt peccatum veniale/cõſenſus
quoqꝫ erit venialis. Et ratio eſt: q: licet cõditiona
lis nihil ponat in eſſe: ponit tñ in appetitu rõna-
li(qualis eſt voluntas) affectum volendi peccatũ
illud. Nec impedimentum peccato affert volũtas
nõ peccandi: ſed conditio non exiſtens. Nec refert
an conditio interpoſita ſit poſſibilis vel impoſſibi
lis.non minus eñ peccat mortaliter qui vellet de-
ſtruere paradiſum ſi poſſet/quam qui abſolute cu
pit paradiſi deſtructionẽ. Excuſarent̃ autẽ a mor
tali hmõi ꝯditiõales ꝯſenſus / ſi ꝯditio interpoſita
tolleret ab actione volita rationem peccati:puta ſi
quis diceret.ego ſi non eſſet pctm̃/occiderẽ/rape-
rem ⁊c.vel ſi deus preciperet/occiderẽ ⁊c. q: tunc
voluntatis ꝯſenſus freno rõnis a pctõ retrahit̃.
¶ Quarto/quando conſentitur conditionaliter in
opus non malum/ſed ſibi illicitum propter ſuum
ſtatum aut votum:puta ſi religioſus appetat du-
cere vxorem ſi eſſet liber:⁊ ſimiliter quũ quis poſt
votũ ieiunij vellet non ieiunare ſi eſſet liber: et ſic
de alijs. In huiuſmodi enim peccatum veniale cõ
muniter interuenit propter remiſſam voluntatem
ab inchoato bono. Et ad hunc peccandi modum
ſpectat:quum quis cõſentit ꝙ ſi ingreſſurus eſſet
religionem nõ ingrederetur/ex quo tamẽ pfeſſus
eſt intendit ſeruare eam:manifeſte ſiquidem appa



ret remiſſio voluntatis feruore prius habito:quia
tamen ꝯſenſus infra limites liberi tẽporis ꝯſiſtit/
mortale peccatum non interuenit. ¶ Et ſcito oẽs
cõditionales ſecundum hunc modum/⁊ multo ma
gis ſecundũ precedentem modum/eſſe opera ⁊ tẽ
tatiões fatuas ⁊ diaboli:nam diabolicuꝫ eſt queꝙ
in tentationem ſe aut alium precipitare: ſi eſſet/ſi
fuiſſet/facerem/dicerem ⁊c.ad nihil enim hec du-
cunt niſi ad peccatum. ¶ Quinto/quando in cogi-
tando interuenit delectatio moroſa. De qua vide
infra in verbo delectatio.

**COlluſio** (hoc eſt inter actorem ⁊ reum
latẽs ⁊ fraudulenta cõuẽtio)
eſt manifeſte peccatum in vtroqꝫ:quia vterqꝫ collu
dens fraudi ꝯſentit. Et eſt pctm̃ mortale:pro quã-
to inique ꝯtra debitam tendit iuſtitiam.

**COlumbariuꝫ** habere/ vel contra
municipalia ſtatuta
diſponentia certam terre menſuram oportere ibi
habere eum qui columbariuꝫ tenet/vel vbi ſtatu-
tum nullum eſt ꝯtra eorum qui damnificãtur que-
relas:peccatum eſt/niſi ex conſuetudine aut pre-
ſcriptione legitima ius hoc habeat. Et a mortali
peccato non excuſatur/ſi notabile infert damnum
alteri.quod prudentie que circa ſingularia verſa-
tur/relinquitur iudicandum:attento loco/paſtu/
multitudine ⁊c.

**COmmunio** Qua ſacramentũ eucha
riſtie ſumitur: ex parte
ſumentis exigit quatuor/ ſine quibus peccat com
municans. Primum eſt vt ſit mundus a peccato

mortali:hoc eſt vt ſecundum ſuam cõſcientiã/pre⸗
miſſa diligenti ꝯtritiõe ⁊ ꝯfeſſione/credat ſe mun⸗
dũ a pctõ mortali. Et ſine cõtritione quidẽ morta
lis peccati cogniti cõicans/peccat mortalr:qꝫ indi
gne ſumit:ac per hoc reus eſt corporis dñi. inquit
enim apoſtolus. probet ſeipſum homo:⁊ ſic de pa⸗
ne illo edat:qui enim manducat indigne/reus erit
corporis dñi. ¶ Sine confeſſione autẽ/ſi rõnabilis
ſubeſt cã nõ ꝯfitendi. excuſaẗ ꝯmunicans/qꝫ prece
ptum de ꝯfeſſione premittẽda cõioni nõ eſt de iu⸗
re diuio: nec de iure poſitiuo:quũ nullibi inuenia
tur/niſi ſemel in anno. Si autem cõmoditas adeſt
ꝯfitẽdi/⁊ habens ꝯſciẽtiam peccati mortalis dif⸗
ferre vult ꝯfeſſionẽ ⁊ nihilominꝰ cõicare/qꝛ opor⸗
tet ipſum cum alijs cõicare/aut oportet ipm cele⸗
brare:peccare videtur valde grauiter:quia minus
digne voluntarius accedit:vtpote ad eccleſiaſtice
vnionis ſacramentuꝫ ſine eccleſiaſtica recõciliatio
ne abſqꝫ rationabili excuſatione accedẽs. Nõ dãno
tamẽ ipſum peti mortalis ꝓpter rationẽ dictam.
¶ Secundũ eſt/vt ſit ieiunus ieiunio nature: hoc ẽ
ꝙ a media nocte nihil ſumpſerit ꝑ modum cibi vel
potus. ita ꝙ nõ ſolũ debet eſſe ieiunus a cibo ⁊ po
tu cõi:ſed ab oĩbus etiã medicinalibꝰ q̃ per os ſu⸗
muntur. Si autẽ ſciens ⁊ aduertẽs aliquis nõ ieiu
nus ꝯmunicauerit/mortis articulo dũtaxat exce⸗
pto mortalr peccat:vt cõiter teneẗ. Dixi autẽ ſciẽs
tale peccatum: qꝛ proprie loquendo non inuocat
iſte demonem tacite/niſi materialiter ꝛ inuolũta
rie: quod non fecit hominem ſociũ demoniorum.
Et iuxta has regulas iudica etiam ſortes.

**Doctorem** Fieri aut facere inſufficientem
notabiliter/peccatuꝫ eſt: quia
actus volũtarius caret debita ſibi materia: ꝛ quia
iniuria per hoc fit omnibus quibus ille propter
doctoratum preponitur et quo ad honoreꝫ ꝛ quo
ad locum



ad locũ. Ex his tñ qꝛ non notabiliter alij inde ledũ
tur (non multũ eñ vident homines eſtimare hoc)
nõ video pctm̃ mortale. Sed gratia materie videt
pctm̃ mortale/ſi de medicine vel theologie docto
ratu ſit ſermo: qꝛ eſt factũ pernicioſum quãtuꝫ eſt
ex ſe: qm̃ eo ipſo ꝙ aliquis cõſtituit aliquẽ docto
rem in medicina: approbat ſi proponit illum vni
uerſo mundo in medicũ: doctoris eñ eſt approba
re publice ſciam in illa facultate. Et ꝓpterea quã
tum eſt in ſe: publicat/teſtat ꝛ approbat corã om
nibus ꝙ ad illũ vt medicũ omnes pro ſanitate con
fugere poſſunt: ac ꝓ hoc mendaciũ ꝑnicioſum fac
to cõmittit: exponẽdo periculo vite corporalis ꝛc.
omnes recurrẽtes ad illũ ignorantẽ. Et ſimile eſt
de doctore in theologia/qui eſt velut medicꝰ ani
marum: approbat nãqȝ ꝙ omnes ad illũ vt ad doc
torẽ theologie recurrere poſſunt. Et ſic non ſolũ
populares/ſed preſbiteri habentes curã animaꝝ
ꝯfidunt de ſciẽtia illius magiſtri (ꝛ inde decidunt
erronee caſus conſcie/inde docent falſa/ꝛc.) ꝛ di
cũt ꝑ authoritate/magiſter in theologia dixit: ꝛc.
¶ Quia ergo quantũ in ſe eſt/in periculũ corporuꝫ
vel animarũ agitur/ꝛ dat opera rei illicite conſti
tuendo inſufficientem doctorẽ: ideo pernicioſum
factum hic inuenit. ſicut eſſet pernicioſum menda
cium/teſtificari populo ꝙ hic eſt ſufficiens ad me
dendum/ꝛ ille ad inſtruendum animam.
¶ De doctoratu vero in alijs materijs non appa
ret ſimile periculum: Nam de doctoratu in artibꝰ/
nulli videt imminere periculuꝫ. De doctoratu ve
ro in iure/raro videt periculum: qꝛ niſi aliter ſciat

eſſe; doctꝰ/nō fa ile credit quis illi ſuā cām. medi-
cum aūt quum infirmus audit/propter ingētem
ſanitatis ſpem ⁊ miſeriam infirmitatis/ſtatim ro-
gat. Et Rurſus in cauſis ciuilibꝰ poteſt adhiberi
remedium ſi aduocatus errauit: ſed in cauſa egri-
tudinis agitur de vita aut ſanitate irreparabili ⁊c.
Graue tamen peccatum incurritur in iuris docto
ratu huiuſmodi. Et quāuis mortale nō definiā: nō
tamen omnino excuſo a mortali: quia q̄tū in ſe eſt:
periculo exponit clientulos.

**Dolus** (hoc eſt aſtutie exequutio/ſiue per
facta/ad decipienduȝ ordinata) pec
catum eſt/vere prudentie contrariuȝ. Et iuxta ſub
iectum materiam poteſt eſſe mortale vel veniale:
ſicut deceptio ad quam aſtutia machinatur. Si
enim intenditur deceptio perniciosa/eſt pecca-
tum mortale: ſi vero officioſa aut iocoſa/eſt pecca
tum veniale.

**Duellum** (Hoc eſt ſingulare bellum ex cō
dicto) indicere/peccatum morta
le eſt: quia eligitur ꝑcuſſio ꝓximi/⁊ expoſitio pro
prie ⁊ aliene vite periculo mortis/abſq; ſufficiēte
talis belli cauſa.

¶ Suſcipere autem ſeu acceptare duellū. vel pro
manifeſtatione veritatis/peccatum mortale eſt:
quia contra rationem rectam eligitur percuſſio
proximi/periculum vite/et diuini fit vſurpatio
iudicij cum tentatione dei/⁊ inducitur in teſtimo
nium quod non eſt teſtimonium/⁊ diabolica ad-
inuentio impletur. Vel ad oſtētationem virium:
peccatum quoq; mortale eſt: quia contra rectam



ratonē eligit̃ percuſſio proximi cū periculo vite:
vt patet. Et per eandem rationem peccant mor-
taliter bellātes decem hinc ⁊ decem inde: vt quan
doq; ſpectaculi gratia tēpore belli fit. Non eniȝ ex
cuſantur propter tempus belli quaſi ſit partialis
cōflictus cū hoſtibus: quia non habet locum finis
belli in huiuſmodi partiali certamine. Non enim
ordinatur conflictus iſte ad debellandū vel minuē
dū hoſtis virtutē. ſȝ ad oſtentationem hominuȝ.
Vel ad euitationē ignominie (quaſi vilis ⁊ dege-
neris animi reputetur niſi acceptet duellū) pctm̄
quoq; mortale eſt eadem ratione: quia cōtra rectā
rationē non vulgarium ſed ſapientum/eligit̃ per-
cuſſio periculū ⁊c. Vel ad terminādam litem ciui-
lem vel criminalem/peccatum quoq; mortale eſt;
quia non eſt proportionatum medium ad termi-
nandum litem armata pugna percuſſiua ⁊c. Lici-
tum tamen eſt ſuſcipere duellum authoritate prin
cipis/quando accuſator materiali gladio iudicis
iniuſte me petit/multilando vel occidēdo: quoniā
inuaſus gladio poſſum me gladio tueri. Et ſimili
ter licitum eſt reſoluere bellum iuſtum in duellū/
quando pars habens iuſtum bellum videt ſe ali-
ter ſuccumbere: vtitur eniȝ viribus ſuis vt melius
poteſt. Et ſi hec ſic breuiter dicta non penetras:
vide diffuſe a nobis ſcripta i cōmētarijs ſcḋe ſecūde
diui thome in fine. xcv. queſtiōis. Unde principes
cōcedētes duellū (vt cōmuniter accidere videt̃)
patet peccare mortaliter. Secus autem eſſet ſi ex
rationabili cauſa permitterent/ſicut permittunt
meretrices: quoniam non peccarent.

**Ebrietas** Precognita ⁊ volita ꝓpter de-
lectationē in potu vini immode
rato/pctm̄ mortale videtur:q꜡ contra rectam ra-
tionem violente imponit quis ſibiipſi neceſſitatē
vinculi tollentis vſum rationis. Ebrius enim nō
ſolum eſt abſqꜫ actuali vſu rationis/vt ocioſus:⁊
abſqꜫ ſoluta ratione vt dormiens:ſed neceſſitatē
habet permanendi in vinculo rationis:ꝓpter quā
differt a dormiēte.a quo etiā differt quia ſomnus
eſt priuatio naturalis:ebrietas vero violēta:vtpo
te egritudinalis pturbatio extrīſ. ¶ Notāter aūt
dicit̄ ꝑcognita ⁊ volita:q꜡ ebrietas niſi intēta ſit/
nō eſt ebrietas formal'r/ſed material'r tm̄. Dicit̄
quoqꜫ ꝓpter delectabilē potū vini:q꜡ ſi quis ex in
tentione inebriaret̄ ex diſpōne artis medicine ꝓ-
pter ſanitatē:nō eſſet ebrietas pctm̄/etiā veniale:
q꜡ nō eſſet ebrietas formal'r.nec eſſet ibi immode
ratus potꝯ:q꜡ huiuſmodi ſic diſpoſitꝰ potus ine-
brians eſſet moderatꝯ. Et rurſus recta ratio habet/
vt homo imponat ſibi neceſſitatē permanendi ad
breue tempꝯ (puta diem ⁊c.) ſub vinculo violēto
rōnis vſus:vt poſtea poſſit rōne in corpore ſano
diutius vti ꝙ̄ hꝫ corpus infirmum:ſicut liceret vti
oppio/⁊ aliis ſtupefaciētibꝯ īpediētibꝯ rōis vſū.

**Ebrietas** Inculpabilis excuſat a pctīs ex
ebrietate ꝯmiſſis:q꜡ tunc inuolū
taria ſunt. Si aūt eſt culpabilis; alleuiat quidem
pctā ex ipſa ſequētia/q꜡ ſunt minus voluntaria:ſꝫ
diuerſimode.nā pctā preuiſa/q꜡ ſolitꝯ eſt ebriꝯ ta-
lia pctā ꝯmittere:excuſant̄ a tāto/ſꝫ nō a ſuis ſpe
ciebꝯ:q꜡ voluntaria ſunt in ſua cā ſcꝫ ebrietate. Nō



preuiſa autem/excuſant̄ a ſuis ſpeciebꝯ:ſꝫ aggra-
uant ebrietatis peccatum:vtpote illiꝯ mali effectꝯ.

**Ebrietas** Nō plena (quando aliquis potu
vini reddit̄ nimis letꝯ:aut turbat̄
in phantaſia/vñ videt̄ ei ꝙ domus giret̄ aut hu-
iuſmodi aliquid incurrit/non tm̄ perdit vſum rō-
nis) pctm̄ proculdubio graue eſt:niſi cā medicine
fiat:q꜡ immoderatus eſt potus ſcdm̄ quantitatem
vel qualitatē.⁊ hoc ſi aduertenter aut negligenter
accidit. Peius tamen ſi ex intentione:eſt eñ tunc
prope mortale/non tamē eſt mortale:q꜡ nec attin-
git ad completam ebrietatis rationem/nec nota-
bile damnum rationis eligitur.

**Electio** Eccleſiaſtici paſtoris ꝺebet in foro
conſcientie fieri de homine habēte
duas conditiones. Prima eſt ꝙ ſit bonus:hoc eſt
ſine pctō mortali.ꝓpter hoc enim dñs ter petrū
interrogauit ſi haberet charitatem. Secunda eſt
ꝙ ſit melior ceteris cognitis qui poſſent eligi ⁊ ha
beri. Melior aūt non quantū ad bonitatem vite:
ſed quantū ad regimē illud/nunc ⁊ hic reſpectu ta
lium ouiū/⁊ reliquis particularibus occurrentiis
penſatis. ¶ Exigunt̄ autē intm̄ ambe conditiōes:
vt neutra earū poſſit ſcienter omitti ſine pctō mor
tali. Scienter aūt dico/hoc eſt ſcdm̄ ꝯſcientiam eli
gentis:tenet̄ enim eligens ſi abſqꜫ peccati morta-
lis incurſu vult eligere/tenere ſecundū ſuam con-
ſcientiam ꝙ ille quem eligit ſit in gratia dei:⁊ ꝙ ſit
ad tale officium in hoc loco/hoc tempore ⁊c. me-
lior omnibus quos nouit poſſe haberi pro tali cu-
ra. Et ratio primi eſt:q꜡ exiſtens in peccato morta-

li eſt indign⁹ p̄latione eccleſiaſtica:vtpote non diligens chriſtum ſuper omnia:ac per hoc impotens paſcere chriſti oues ex ſua vita: quod p̄cipue exigitur in paſtore. Ratio ſecūdi eſt:q: poſtponere meliorē minus bono in hmōi/non eſt ſine crimine acceptionis perſonarum:dū perſona p̄ponitur cauſe.

¶ Et ſcito hic idem eſſe iudiciū de prouiſore:hoc eſt de illo qui per viā prouiſionis abſq̧ electione facit paſtorē. Secus autē eſt de confirmatore:q̄m ꝯfirmator non eligit paſtorē/ſed electionē ſupponit. Et ſi dignus elect⁹ eſt/ſufficit ei. Et melior ceteris ille haberi pōt/ex hoc ipſo ꝙ electorib⁹ ſol⁹ iſte p̄ ceteris grat⁹ nunc eſt:eſt ſiquidē conditio iſta multū faciens ad cauſam. P̄lat⁹ enim min⁹ idoneus gratus tñ ouibus/melior eſt illis p̄lato magis idoneo ⁊ min⁹ illis accepto:q̄m ibi charitas coaleſcit/hic periculū operandi ex metu ⁊c. Si vero plures ſunt nominati/⁊ liberum eſt confirmatori eligere inter illos in quē cōſentiat:tenetur inter illos meliorē ad hoc p̄ferre:vt de electore dictum eſt eadem ratione.

¶ Et hec quo ad ſcd̄am ꝯditionem intellige cōſiderato affectu ⁊ reſpectu ad bona tēporalia (gradum.ſ.celſitudinē/honorē/diuitias ⁊c.) quaten⁹ ſunt cōia eccleſie bona diſtribuenda inter eccleſie membra:ſic eñ habet in hmōi electionib⁹ locum acceptio perſonaꝝ.qua iniuria irrogatur digniori ſi poſthabeť. Et hec dico ꝓpterea.q: ſi ī electionibus ſpectareť ad ſpūale/tm̄ officiū ad qd̄ eligiť: quum eligať ad onus/ceſſat ratio iniurie reſpectu



dignioris.⁊ ſufficeret eligere dignū:ſicut ī ceteris oneroſis officijs credim⁹ ſufficiēter ꝓuidiſſe ſi eligim⁹ dignū. Et nō q̄re poſtponeret digniorē cēt/ q: nō teneť eligere digniorē:q̄uis meli⁹ faceret ſi digniorē ad hoc eligeret. Vñ paul⁹ apl's q̄les debeāt paſtores eligi deſcribēs ad titū ⁊ thimo.nūq̄ meminit conditiōis cōparatiue/ſcȝ ꝙ ſit ceteris magis dignus:ſȝ tm̄ cōdōnū poſitiuaꝝ q̄ req̄runť de hoc ꝙ ſit idoneus epus:q: tūc epi nō bñficiū ſȝ offm̄ habebāt:⁊ q: ad id qd̄ ē ꝑ ſe reſpiciebat apl's. Ex q̄bus pȝ nō eſſe ex ſuo gñe pctm̄ mortale/poſtpoſito digniore eligere vere dignū ī eccleſiaſticuȝ paſtorē:q: ex his q̄ ſunt ꝑ ſe iudicādo/ſufficit eligere ſufficiētē ad onus tale ſpūale ⁊ ad diſpēſanduȝ tp̄alia:q̄m ſȝ veritatē ēt ad oneroſuȝ offm̄ reſpectu tp̄aliū eligiť cōſequēter.

Electio Secularis offīalis (vt p̄toris ⁊c) dȝ ē pſona ad offm̄ illō idonea fieri.ita ꝙ oppoſitū ſcienter aut negligēter faciēs/peccat mortaliter:propter nocumentum reipub.quod ex inepto rectore incurrere oportet.

Ad eligēdū aūt meliorē ad hoc q̄uis forte teneať q̄ pōt non tñ video vinculū pcti mortalis ſi placet ſibi ſufficere:idoneū q̄m nō video hic acceptionē pſonaꝝ:q: nec video habere hic locū iuſtitiā diſtributiuā:quū officiū hoc nō detur ciui vt parti cōmunitatis. Et ſimiliter nō exigitur ꝙ credať abſq̧ peccato mortali:quū nō fiat paſtor ouium chriſti:ſed cuſtos pacis humane in republica.

Electiōes Que ī cōitatib⁹ ſecularib⁹ fiūt ō ſuȝ officiȝ diſtribuēdȝ ſuȝ ciuib⁹



Biblioteca

Biblioteca



(ſiue ſit pretura/ſiue quodcunq; aliud notabile)
regulari debēt ſecūdū regulas iuſtitie diſtributi-
ue.¶Et ſi nonvult errare qui neſcit hmōi regulas
det votū ſuū illi qui magis idoneus eſt ad hoc in
ter eos qui digni ſunt ⁊ pñt ꝑponi.Qd̄ ideo dico:
quia ſi is qui vere eſt dignior nō poteſt ꝑponi q:
alijs non placet.eligendus eſt dignior inter illos
dignos qui poſſunt hri.Qui autem cōtra iuſtitiā
diſtributiuam votum dat/peccat mortaliter.niſi
propter imperfectionem actus excuſetur:ſicut in
alijs vitijs contingit.

**Elemoſinam** Non facere/eſt peccatuꝫ
mortale in duobus tantū
modo caſibus.Primus eſt ſiquis habet de ſuper
fluo nature ⁊ pſone.Et tunc q: preceptū hoc(ſci-
lꝫ qd̄ ſupeſt in elemoſinā dare)eſt affirmatiuū/et
obligat ꝓ loco ⁊ tpe ⁊c.ꝑpterea fidei ac prudētie
illius qui ſupfluum hēt/cōmiſſum intelligit qñ ⁊
quibus actualiter diſpēſet illud ſupfluū ſimul vel
ſucceſſiue vt melius ſibi videbit.¶Secūdus eſt
quum apparet pauper in extrema neceſſitate con
ſtitutus:iuxta illud ambroſij:paſce famemorietē:
ſi non pauiſti occidiſti.

¶Et in primo caſu intellige duo.Primo ſuper-
fluum non conſiſtere in puncto:qm̄ ſicut multis
ablatis ab aliquo/nō ceſet q̄s indigēs:ita multis
adiunctis nō ꝑpterea ſupfluit.Scd̄o q ſupfluū i
tali latitudine cōſiſtēs/iudicandū eſt cōſideratis
ſumptibus honorabilibus etiā filioꝝ/familie/ſta
tus munificētia/magnificētia/cōmunibus eueñ
bus/heredib⁹/⁊ alijs eiuſmodi:ita,vt raro videat



contingere:vt homo ſm ſtatū glorioſe viuens/ſup
fluū habeat.

¶In ſcd̄o quoq; caſu itellige extremā neceſſitatē
nō qñ emiſſurus eſt ſpm̄:ſꝫ qñ ob defectū neceſſa-
rioꝝ apparet q ille moriꝫ/niſi ei ſuccurrat de ne-
ceſſarijs mō quādo poſſunt ipi ꝓdeſſe ſubuētiōes
anteq̄ deſperetur de vita illius.

**Emere** Rem minoris iuſto ꝑcio ex intentio
ne emēdi ſeu ſoluēdi minus iuſto pre
cio tūc hic ⁊c.pctm̄ mortale eſt q: cōtra iuſtitiā le-
ditur primus/minus būdo q̄ hre debeat.¶Circa
iuſtū aūt ꝑcium quid ſit/oportet nō falli:qm̄ iuſtū
ꝑcium non ſolū eſt illud quod cōiter in illa patria
currit:ſed illud quod nunc/hic/ſub hoc vendendi
ſeu emēdi mō pōt cōiter inueniri.Ita q licet res
aliqua rome a mercatoribus vendatur centū.ſi ea
dem res rome vltro expoſita venditori/ſiue ſubha
ſtando ſiue per proxonetas/non inuenit emptorē
niſi pro ſeptuaginta(tuꝫ quia vltronee merces vi
leſcunt:tū q: emptores pauci inueniunt pro tunc
aut quia nō indigēt re illa/aut q: nō hñt pecuniā
promptā pro re illa/aut quia non curant habere il
lam)iuſtum tunc ibi huius rei precium cōſtituitur
ſeptuaginta:ita q non peccant illi qui ex eo q vi-
dent q res illa venalitati expoſita pōt haberi tali
ꝑcio/puta ſeptuaginta/inducunt ad emēdū.Nec
reddit iiuſtū ꝑciū ex cā.puta q: neceſſitate ductus
ac ꝓ hoc nō volūtarie vēdit:quia inopia qua cogit
quis ad vendēdū/nō reddit vēditionē iuolūtariā
alioqn ēt ſi rigido ꝑcio vēderet/iuolūtaria redde
ret vēditio;qd̄ cōſtat eſſe ſalſuꝫ.Eadē ſiqdē rōne

Biblioteca



iuſtũ preciũ eſt.quod nunc/hic/ſub hoc modo vẽ
dendi vel emẽdi inuenitur cõmuniter.Qua rõne
iuſtũ quoq; eſt p̃ciũ quũ poſt bella aut peſtes/do
mus agri/horti ꝛc.emuntur viliſſime:q: non inue
niunꝉ emptores.Et eadẽ ratiõe gẽme que empte
fuerant mille modo emunꝉ centum:q: non inue
niunꝉ emptores.Et ſimiliter tranſeunte naui ali
qua videmus emi res vilius q̃ ibi valeãt:q: nõ in
ueniunꝉ emptores tunc pro alio precio.Et ſic de
ſimilibus.

¶Et ſi hec lati⁹ diſcuſſa cupis videre cũ ſuis fun
damentis:vide commentaria noſtra in primo ar
ticulo.q.lxxvij.ſecunde ſecunde.

¶Et pro nunc vide differentiã precij inter rẽ ex
pectantẽ emptorẽ ꝛ ſeipſam non expectantẽ em
ptorem:ꝛ clarificabiꝉ intellectus tu⁹.Domus eñ
expectans emptorẽ vendiꝉ quantũ valet abſolute.
Domus aũt non expectans/vendiꝉ quãtũ inueniꝉ.
Et tunc vere vendiꝉ quãtũ valet nunc hic expoſi
ta:q̃uis nõ vendaꝉ quantũ valeret expectans em
ptorem.Juſtũ aũt preciũ eſt non q̃tũ valeret ſi ex
pectaret:ſed quãtũ valet nunc/hic/ꝛ reliquis ſin
gularib⁹ que tũc occurrũt penſatis:vt patet in pi
gnorib⁹ que authoritate curie a pauperib⁹ ꝓpter
debita ablata/exponunꝉ ſub haſta plus offerenti.

¶Et ſcito q̃ emẽs minoris iuſto precio/citra tñ me
dietatẽ:lȝ excuſeꝉ a iure ciuili/non tñ excuſaꝉ a iu
re diuino.Permiſſiue ſiquidẽ iure humano diciꝉ
licitũ decipere citra dimidiũ iuſti precij:ſed lex do
mini immaculata ẽ ſecundũ quã peccatũ mortale
le eſt ledere proximũ in quacũq; re notabili.



Emere Jura aliena temporaliũ bonorũ lȝ
i ſe nullũ pctm̃ ſit:ſi tñ litigioſa ſint
aut ſutura credanꝰ/turpe vr̃:quũ non deceat ho
minẽ lites q̃rere.Et ſi minoris iuſto precio emat/
peccat:ꝛ nõ teneꝉ ei ſcdm ciuilia iura debitor plus
dare q̃ emerit.Et ſicut alia ſiura::ita iura dcq; credi
torꝫ(quib⁹/ſcȝ debenꝉ pecunie mutuate aut cẽſua
les/ꝛ breuiter ex quocũq; ꝯtractu licito:ſiue de
beanꝉ i pñti ſiue i furturo certo tpe)pñt licite emi
dũmodo iuſto precio emanꝉ.Juſtũ autẽ taliũ iu
rium preciũ eſt quod cõmuniter inueniꝉ abſq; do
lo/fraude ꝛc.ſicut in ceteris venalib⁹ tm̃ valet res
quanti vendi poteſt.Contingit, autem huiuſmo
di iura paruo vendi/ꝛ tamen iuſto precio/q: pau
cos inueniunt emptores:vileſcunt enim res que
a paucis emuntur:ꝛ propter penuriam pecunie:ſi
cut cetere res vileſcũt qñ ꝛ vbi rara currit pecunia.

Emptio Eſt illicita multipliciter.Primo
ex fraude iuſti precij:vt ſiquis co
gnoſcens precioſam gemmã/de manu ruſtici non
cognoſcentis quid hȝ/emat vno carlino.nam vo
luntaria cõmutatio ex notitia prouenit:ſimile eſt
enim ac ſi aurum pro auricalco ab ignorãter ven
dente qs emeret.Et teneꝉ huiuſmodi emptor ad
reſtõnẽ dãni vltra pctm̃.Secus aũt eſſet:ſi tã emẽ
te q̃ vendẽte ignorãtib⁹/cõmittunt ſe fortune va
leat quãtũ valeat.tũc enim bona fides vtriuſq;/ꝛ
võlũtas ꝯmutandi cum incuria diſcuſſiõis:trans
fert dominiũ licite.¶Si q̃s quoq; emptor cogno
ſcit preciũ gẽme/ꝛ monet ruſticũ q̃ ipſe vult cũ bo
na ꝯſcia habere abſq; ſcrupulo etiã ſi valeret mille

Biblioteca



aureos:ꝛ clare explicat ꝙ ꝑ donato habeaẗ quic-
quid amplius eſt:non videẗ iniuſte emere:ex quo
dominus rei monitus cum proteſtatione non cu-
rat diſcutere rem ſuam:propterea quia nõ emit ſꝫ
inuenit eam. Et emptor non tenetur ei explicite af
firmare quantum valet:quum habeat alios vnde
poſſit hoc inquirere ꝛ ſcire.
¶ Secũdo ex fraude in ſubſtantia/quantitate aut
qualitate:vt ſiquis ab ignorante emeret quaſi au
ricalcum aurum/aut in magno pondere pro par-
uo/aut quaſi vitioſam rem quuꝫ eſſet abſq; vitio.
¶ Tertio ex anticipata ſolutione:vt ſiquis mino-
ris emit quia prius ſoluit.vt faciunt hi qui emen-
do fruges aſſignãdas primo tempore/perſoluũt
minus. Aduerte tamen ꝙ in huiuſmodi emptiõe
ſpectaẗ ad eſtimatũ p̄ciũ tp̄e aſſignatiõis frumẽti
Et ꝓpterea ſi veriſimiliter crediẗ frumẽtũ valituꝝ
menſe iunij deceꝫ vel circa/licet nũc valeat quinde
cim:licite ego ex nunc emo pro menſe iunij decem.
vt patet ex ca.nauigãti.de vſu. Nec obſtat ꝙ in au-
guſto creditur valiturũ duodecim aut quindeciꝫ:
quoniam emptor non emit pro auguſto/ſed ꝑ iu-
nio. Sed ſi emeret pro auguſto decem:ꝛ crediẗ va
liturũ quindecim:iniqua eſt emptio ex anticipata
ſolutione iuſtitiam violans. ¶ Nota tñ ꝙ quia p̄cia
rerũ non cõſiſtũt in puncto/ſed diſtinguuntur in
p̄ium/moderatũ ꝛ rigoroſuꝫ:ſi ex hoc ꝙ hõ prius
aut,tunc ſoluit/ad preciũ,p̄ium deducit emptio
nẽ/nullũ pctm̃ eſt. Et hinc fit vt abſq; pctõ eãdem
rem vnus emat deceꝫ modo ſoluẽs/ꝛ alius poſtea
ſoluturus emat duodeci:q: ille p̄cio miti/iſte rigo



roſo emit.
¶ Quarto ex pacto de retrouẽdẽdo/ꝛ qñq; ẽt cum
pacto de locãdo venditori ſub annuo cenſu mode
rato. ſi p̄cium quo emitur minus eſt q̃ res valeat.
Habet em̃ tñ̃ ſpeciem mutui palliati ſub nomine
emptiõis/ꝛ vſure palliate ſub noĩe cẽſus. Vñ ſi p̄-
ciũ ẽ iuſtũ/ꝯtractus licit' reputaẗ:ꝛ frequẽter fit.

**Emulatio** (hoc eſt triſtitia de alieno bono
nõ q: ille alius bñ hꝫ/ſꝫ q: ipſe
nõ hꝫ) pctm̃ qñq; eſt. Vel ex modo:qñ ſcꝫ immode
ratus ẽ dolor ex nimio amore ſui tẽporalis boni:
ꝛ communiter eſt veniale. Vel ex bono affectato:
qñ ſcilicet improportionatũ ſibi bonũ cõcupiſcit:
vt ſi plebeius altero facto principe triſtatur quia
ipſe non eſt princeps. Et cõmuniter aut ſtulti ſunt
tales aut ambitioſi:ꝛ tunc iuxta qualitatem am-
bitionis iudicabis hanc emulationem. Et ſi in ec-
cleſiaſticis dignitatibus aut beneficijs emulatio
inueniatur iudica illam ſecundum appetitũ emu-
lantis:ita ꝙ ſi appetitus illius ad beneficium aut
dignitateꝫ eſt bonus/emulatio eſt bona:ꝛ ſi appe
titus eſt malus venialiter/emulatio eſt venialis:ꝛ
ſi appetitus eſt malus mortaliter/emulatio eſt
mortalis. Ceterum in ſpiritualibus emulatio tan
to eſt laudabilior quanto appetitus eſt melioris
boni:iuxta illud emulamini chariſmata meliora.

**Epiſcopi** Peccata peculiaria ſunt/confer
re ordines indignis/conſecrare
nõ virgines vt virgines/conferre beneficia eccle-
ſiaſtica indignis non reſidere in eccleſia et cathe-
dra ſua abſq; rationabili cauſa/non intereſſe diui

Biblioteca



nis officiȷs diebus dominicis ſaltem/non viſita-
re ſingulis annis ſuam dioceſim/⁊ in viſitatione
non ſeruare iura tam de inquirēdis ⁊ prouidēdis
q̄ de predicando q̄ de procurationibus ꝛc. nō in-
ſtituere predicatores ſeu potentes in opere ⁊ ſer-
mone in eccleſia cathedrali ⁊ conuentualibus/nō
celebrare ſynodū ſingulis annis: non prouidere
de idoneis miniſtris vicario aſſeſſore/notario/eco-
nomo non propinquo: nec fauore coniuncto ſʒ cle-
rico de gremio eccleſie idoneo ꝛc. negligere exe-
quutionem legatorum propter negligētiā aliorū
ad ſe deuolutorum quoad exequutionem/nō cor-
rigere verbo ⁊ facto vt opus eſt ſubditos/non cō-
ficere chriſma annis ſingulis/nō diſpēſare reddi-
tus ſuos pauperib⁹, ⁊ eccleſie vt debet/negligere
vt magiſtri inſtituantur ad docendum oportuna
⁊ artes liberales ſubditos/⁊ vniuerſaliter negli-
gere ea que ad paſcendum chriſti oues ſibi credi-
tas oportuna ſunt.

¶ Inter hec aūt ⁊ ſimilia differētia cōſiderāda ē
duplex. Prima eſt ꝙ quedaʒ ſunt ſcd̄m ſe mala: vt
cōſecrare non virgines vt virgines/cōferre ordi-
nes ſeu bn̄ficia indignis: q: actus cadit ſup mate-
ria repugnāte. negligere curā animaꝝ: q: ꝑnicioſe
infidelitatis ē manifeſte eccleſiaſticos ꝓuētus diſ-
ſipare: q: eiuſdē eſt vitiȷ. nō curare de idoneis mi-
niſtris: quia ad hoc tenetur omni iure/et tenetur
de damnis omnibus: ⁊ ſimilia. Quedaʒ vero ſunt
mala propter aliud: hoc eſt propter mala que in-
de nata ſunt ſequi. vt non reſidere nō viſitare/nō
celebrare ſynodos/⁊ huiuſmodi: hec enim omnia



mala pro tanto ſunt/pro quanto ex eis ouium pa-
ſtus aut tollitur aut minuitur aut impeditur ꝛc.
¶ Secunda eſt/ꝙ quedam ſtatuta ſunt perpetue
durationis: vt de reſidendo/viſitando/predican-
do ꝛc. Quedam vero cum preterito tempore ſiuꝑa
videntur: vt de inſtituendo economo/de predican-
do in viſitatione: ⁊ multa forte ſunt alia que aut ꝑ
non vſum aut alias abolita videntur in locis mul-
tis. Sicut etiam inſtitutio hominū potentum in
opere ⁊ ſermone pro predicationis officio/aut ne-
glecta aut nō recepta in multis locis videtur. vbi
nulla inuenitur prebenda pro huiuſmodi viris in-
ſtituta. ⁊ forte hoc accidit in eccleſiȷs vbi tenues
ſunt ꝑbende. Et propterea errantes in primis (q̄
ſcilicet ſunt ex ſe mala) peccant mortaliter: niſi ꝓ-
pter imperfectionem actus (puta quia paruulus
error circa fidelitatem aut diligentiaʒ interuenit)
excuſentur. Errantes autem in ſcd̄is/quantum
peccent: ex cauſa ⁊ ex malo quod ſequitur/⁊ ex bo-
no quo priuantur oues/penſandum eſt. Circa illa
vero q̄ nō eſt in memoria hominū ꝙ ſeruata fuerit
in aliqua ecceleſia (vt de economis ⁊ ſimilib⁹) nō
video peccatū aliquod/modo ad fineʒ aut fructū
propter quem ſtatuta illa erant/ſtudeat epiſco-
pus quantum in ſe eſt dirigere: puta ꝙ redditus
eccleſie bene ac fideliter tractentur/ꝙ promoue-
antur in canonicos meliores ſeu magis digni ꝛc.
hoc enim eſt ad idem tendere/ſed alia via hodie
conueniente.

**Erubeſcētia** Pro quāto verecūdiā de
bono īportat peccatuʒ eſt

Universidad de Deusto Biblioteca



quia actus timoris cadit ſuper materia repugnante non enim timendum eſt bonum:

¶ Et eſt quandoqꝫ veniale: vt quum quis erubeſcit volūtarie orationi vacare ꝓpter ſocietatem. Quandoqꝫ autem mortale: vt quum erubeſcit confiteri peccatum ſuum mortale/aut confiteri chriſtum ⁊c. iuxta illud: qui me erubuerit coram hominibus/hunc ⁊ filius hominis erubeſcet coram angelis dei. Diſcerne ergo erubeſcentiam mortalem a veniali ex materia. nam ſiquis erubeſcit de neceſſarijs ad ſalutem/peccat mortaliter. ſi autē de alijs venialis communiter eſt.

**Euagatio** Mentis ex ſuo nomine a recta ratione declinat. ⁊ ꝓpterea peccatum eſt. Sed ſi nuda eſt/venialis eſt. Si autem ad illicitas materias exeat. iuxta illarum naturas iudicanda eſt: ita ꝙ ſi ad venereas delectationes declinat/ex venereorum regulis iudicatur. ⁊ ſic de alijs. Et hec intellige de mentis euagatione ſecundum ſe: nam de ipſamet vt coniuncta miſſe/orationi/et alijs que attenta mēte tenetur homo perſoluere/aliud eſt iudicium propter iniuriam annexā: vt infra patebit.

**Excōicationis** Tā maioris ꝙ̄ minoris notitia neceſſario ac ſufficiens confeſſori/in quattuor conſiſtit. Primo in caſibus quibus eſt quis excōmunicatus: vt ſciat diſcernere an penitens ſit excommunicatus. Secūdo in caſibus quibus excommunicatus peccat propterea quia excommunicatus dicit/facit aut ſuſcipit aliqd. vt ſciat peccata qbus inuoluit̄ qs

poſtꝙ̄



poſtꝙ̄ eſt excōmunicatus. Tertio in caſibus quib⁹ alios peccare cōtingit occaſionaliter ex altero excōmunicato: hec enim peccata ꝯfeſſor diſcernere non pōt/niſi nouerit excōicationis efficaciā in eos qui excommunicati non ſunt. Quarto in qualitate vinculi an ſit affectum reſeruatione. vt hinc diſcernatur qui ab hoc ⁊ qui ab illo ſint abſoluendi.

¶ Et propterea de vtraqꝫ excōicatione hec quattuor dicentur: prius de maiore/deinde de minore ita tamen vt primum ⁊ quartum ſimul locentur/⁊ in ſingulis verba in ſententia poſita referant̄: appoſita vbi opus videbitur declaratione. Hec enim cum ſupradictis de abſolutione/⁊ infra dicendis de precepto: ſufficere credimus confeſſori.

**Ante omnia** Autem circa intellectum excommunicationum/ſiue a iure ſiue a iudice ſint/prenotanda ſunt duo. Primum: in excommunicatione qualibet duo inueniri: ſcilicet perſonam que excōmunicatur: ⁊ actionē pro qua excōmunicatur.

¶ Et perſonas quidem ad quas ſe extendit excommunicatio: facile eſt diſcernere: perſpiciendo an cōprehendat omnes: an aliquos vel aliquem.

¶ Diſcernere autem actiones non tam facile eſt. Oportet ſiquidem actionem conſiderare ⁊ ex parte termini ⁊ ex parte agētis: ⁊ ſcire ꝙ ex parte termini actio excommunicationi ſubiecta: intelligit̄ cōſummata. ita ꝙ regulariter loquendo niſi actio illa ſit conſummata: non eſt locus excommunicationi. Verbi gratia ſi excommunicatur quicunqꝫ occiderit chriſtianum: quantumcunqꝫ aliquis ani

K

mo occidendi mille vulnera letalia chriſtiano infli
xerit: niſi mors ſequaꝛ non erit excommunicatus:
quia non eſt chriſtiani occiſio conſummata. Unde
ꝙtūcūq; conetur aliquis percutere clericū lanceis
ſagittis/lapidibus: niſi lacee aut ſagitte aut lapi-
dis ictus pertingat ad clerici perſonam/nō incur
rit excommunicationem latam contra percutien-
tes clericos: quia manus violente iniectio nō eſt
conſummata: conſummatur enim tactione ipſius
clerici/ ⁊ non aliter. Et ſic de alijs. Ex pte aūt agē
tis a quo egreditur actio/exigitur ꝙ ſit agens ef-
ficiens ſeu exercens illam actionem: ita ꝙ ſi excō mu
nicatur occidens chriſtianum. excommunicatus
eſt qui occidit/non autem ille qui mandauit occi-
dere. Et ratio ē q: in iure nō dicūꝛ vere agere niſi
illi qui faciunt (hoc eſt exercent ſeu exequuntur)
actionem illam que excōicationi ſubijcitur: conſu
lens autem aut mandans/ſolum dicitur interpre-
tatiue facere. In cuius ſignum quando canonū
conditor vult comprehendere non ſolum faciētes
ſed cooperantes/extendit apponendo quādoq;/
⁊ quicunq; dederit conſilium auxilium vel fauorē
quandoq; ⁊ quicunq; mandauerit: quādoq; ⁊ qui
fuerit mediator. Ex his enim ⁊ ſimilibus appoſi-
tionibus ſignificatur ꝙ niſi appoſitiōes huiuſmo
di fierent/ſoli facientes eſſent excommunicati. et
propterea oportet lectorem ⁊ cōfeſſorem eſſe cau
tum. ne ſit preceps ad iudicandum cooperatores
excōmunicatos. Legat diligēter igitur verba tex
tus ſeu ſententie. ⁊ videat quas actiones excōmu
nicat: ⁊ ſolos facientes illas actiones iudicet ex-



cōmunicatos: niſi ſint etiā excommunicati dātes
conſilium/auxilium/fauorē ⁊c. ¶ Nec obſtat dictis
excōmunicatio iuris cōmunis contra participan
tes in crimine criminoſo eius excommunicatis: q:
illa loquitur de participio cum iam excommuni-
cato: ita ꝙ preſupponit iam excōmunicatū: vt in
fra in loco ſuo declarabitur.

¶ Secundū/ꝙ actiones cooperatorie dupliciter
excōicationi ſubijciuntur. Primo per modum ex
tenſionis ſeu cooperationis: vt quum excommu-
nicantur inijcientes manus violentas in clericū:
⁊ omnes qui ad hoc dederint mandatum/conſi-
liū/auxiliū/fauorē. ⁊c. Et ſic ꝙtūcūq; aliquis man
det/cōſulat/auxilieꝛ/faueat. ſi nō ſequiꝛ effectus
(ſcʒ violētemanus i clericū) nō icurriꝛ excōicatio
q: actōes iſte ſic nō excōicanꝛ/niſi q̄tenus coope
ratorie ſunt: nō ſunt aūt quatenus coopatorie cō
ſummate: niſi terminenꝛ ad opus pncipale excōi-
catū: ſcʒ iniectionem manus in clericū. Et ſic de ſi
milibus intellige. Alio mō ꝑ modū ppie actio-
nis: vt cū excōicatur religioſus dicens aliquid vt
retrahat audientes a ſolutione debitarum eccle
ſijs decimarum: non enim exigitur vt illud dicere
conſummetur ad effectum retractionis a ſolutio
ne decimarū: vt ſcʒ ex illo dicere audiēs retrahaꝛ
a ſolutiōe. Sʒ cōſummatū ē i hoc ipſo ꝙ dicere illō
ſit cū tali itētiōe: q: tale dicere excōicatiōi ſubijciꝛ
ꝑ modū cuiuſdā actiōis ſecūdum ſe. ⁊ nō ꝑ modū
extenſionis / ſeu cooperationis. Fuiſſet autem
per modum extenſionis/ſi canon excommunica
ret principaliter non ſoluētes decimas/⁊ acceſſo

Biblioteca



rie dicentes ad retrahendum. Et ſic de ſimilibus intellige.

¶ His igitur pmiſſis ſeruāda ſunt quatuoꝛ pꝛomiſſa: incipiendo ab excommunicationibus latis contra repugnantia fidei chriſti.

## Contra hereticos.

¶ In hereticos ⁊ fautoꝛes/ receptatoꝛes ac defenſoꝛes eorū. ca. j.

Excōicam⁹ oēs hereticos vtriuſqꝫ ſexus/ quocūqꝫ nomine cenſeatur. ⁊ fautores ⁊ receptatoꝛes. ⁊ defenſoꝛes eorum. Hono. iij. de ſenten. excom. nouerit.

Canonis Iſtius materia eſt hereſis. Et ē quo ad pſonas vniuerſalis. Quo ad actiones vero cōpꝛehēdit quatuoꝛ. vnam principalem: ⁊ tres acceſſoꝛias. vna principalis eſt ipſa hereſis: hoc eſt pertinax adheſio ad aliquid contrariū fidei. ſecunda eſt fauoꝛ: tertia receptio: quarta defenſio: ita ꝙ oēs ſunt ipſo facto excōmunicati. ¶ Ubi aduerte. ꝙ ad iſtum canonem cuius abſolutio nō reſeruaꝛ pape. ſuperuenit iugis canon in cena domini/ excommunicans omnes hereticos: et fautoꝛes ⁊ receptoꝛes ⁊ defenſoꝛes eorūdem. ⁊ reſeruaꝛ abſolutio pape. Et propterea hodie ſolus papa pꝛedictos abſoluere pōt. Sunt aūt verba canonis in cena domini/ hec. Excōicamus et anathematizam⁹ oēs hꝛticos/ gazaros/ patarenos/ pauperes de lugduno/ arnaldiſtas/ ſperoniſtas/ paſſagerios/ wicleſiſtas: ſeu vſſitas/ fraticellos d opinōe



nuncupatos: necnon martini luteri hereſim ſequētes/ ipſiqꝫ martino quo minus puniri poſſit quomolibet fauētes: et quoſlibet alios hereticos quocūqꝫ nomine cenſeantur. ac omnes fautoꝛes/ receptatoꝛes/ ⁊ defenſoꝛes eorūdē. ¶ Aduerte quoqꝫ inueniri aliū antiquū canonem gelaſij pape contra hereticos/ dicentē. Quicūqꝫ in hereſim ſemel damnatā labiꝛ: eius damnatione ſeipſū inuoluit. xxiiij. q. j. achatius el pmo. Et eſt canō iſte cū duobus capitulis ſequentibus/ directe ſignificans firmitatem ⁊ authoꝛitatem ſententie ſemel pꝛomulgate de aliqua hereſi: eſt enim tante efficacie/ vt inuoluat omnes imitatores in ſecula ſeculoꝛum. Siue igitur antiqua ſiue noua ſit hereſis. ſi quis vere hereticus eſt/ excommunicatus eſt cum fautoꝛibus ⁊c.

¶ Et ſcito/ ꝙ ꝓpꝛie loquēdo fautoꝛ hꝛtici ſol⁹ eſt q fauet hꝛtico vt hꝛtico. Et ſimiliter defenſoꝛ hꝛtici ſolus eſt/ q defendit hereticū quatenus hꝛticū. Et ſilr receptatoꝛ hꝛtici ſol⁹ ē/ q recipit hꝛticū quatenus hereticum: qm̄ ex intētiōe ⁊ ꝓpoſito maleficia diſtinguunꝛ apud iura: ⁊ foꝛmaliter ſunt termini intelligēdi apud ſapiētes in qualibet facultate.

¶ In dños ſeu rectoꝛes tpales ⁊ eoꝝ officiales circa negocium inquiſitionis cōtra hereticos deficientes: ⁊ oēs qui in hoc dederint cōſiliū/ auxilium vel fauoꝛem. Ca. ij.

Ut inquiſitionis Negocium contra hereticam prauitatē ad dei gloꝛiam ⁊ augmentum fidei/ noſtris tempoꝛibus pꝛoſperetur ⁊c.

Biblioteca



¶ In qua conſtitutione octo feruntur excommu-
nicationes.

¶ Primo enī omnes poteſtates/domini tpales ꝛ
rectores(quibuſcūqꝫ dignitatibus vel offi cijs et
nominibus cenſeantur)ꝛ eorum officiales ꝛ bal-
liui qui dioceſanis vel epiſcopis vel inquiſitorib'
heretice prauitatis nō obediunt in hereticoꝝ/vel
ipſoꝝ credentiū/vel defenſoꝝ/receptatorum/fau-
torum inueſtigatione/captione ꝛ cuſtodia diligē-
ti quū ab eis fuerint requiſiti: excōmunicantur.
¶ Secūdo. Omnes predicti rectores/ſi predictas
pſonas peſtiferas nō duxerint vel duci fecerint ſi-
ne mora poſtqꝫ fuerint requiſiti/in poteſtatem ſeu
carcerē epoꝝ ſeu inquiſitorum/vel ad aliquem
alium locum de quo ipſi vel aliqui ex ipſis manda-
uerint infra eorum dn̄orum vel rectorum diſtrictū
vbi per viros catholicos a prelatis epis vel inqui-
ſitoribus vel eorūdē aliquo deputatos/ſub arcta
ꝛ diligenti cuſtodia teneanť donec eorum negociū
p iudiciū eccľie terminetť: ſunt excōicati. ¶ Tertio.
Omnes ſupradicti rectores ꝛ eoꝝ officiales ꝛ nū-
cij: ſi de hereſi ab epis vel inquiſitoribus ꝯdem-
natos ꝛ eorū brachio derelictos/nō ſtatim cepe-
rint indilate animaduerſiōe debita puniēdos/nō
obſtātibus appellatiōibus pdictorū. ſunt excōi-
cati. ¶ Quarto. Omnes ſupradicti rectores ꝛ offi-
ciales ſi captos p crimine hereſis/abſqꝫ dictoruꝫ
epiſcoporum ſeu inquiſitorum aut ſaltē alterius
eorum licentia vel mandato/a captione vel carce-
re liberauerint: ſunt excommunicati. ¶ Quinto.
Omnes predicti rectores ipſorumqꝫ officiales/ſi



de crimine hereſis(quum mere ſit eccleſiaſticuꝫ)
cognouerint quoquo modo vel iudicauerint: ſunt
excommunicati. ¶ Sexto. Omnes ſupradicti ſi exe-
qutionem pro huiuſmodi crimine a dioceſanis
vel inquiſitore iniūctam/prompte(prout ad ſuuꝫ
ſpectat officium)facere detractent: vel dioceſani
ſeu inquiſitoris iudicium/ſententiam ſeu pceſſuꝫ
directe vel indirecte impedire preſumant: ſunt ex-
communicati. ¶ Septimo. Omnes ſupradicti qui
prefato fidei negocio/epiſcopo vel inquiſitori in-
cumbenti ſe opponere preſumpſerint vel ipſum
aliqualiter īpedire: ſunt excōicati. ¶ Octauo. Om-
nes qui ſcienter in predictis vel aliquo predicto-
rum dederint auxilium/conſiliuꝫ vel fauorē: ſunt
excommunicati. extra de here. vt inquiſitionis.

**Canones** Iſti vſqꝫ ad octauum nō cōtra
oēs ſꝫ officiales in materia here-
ſis/vt clari iudic'b' relinquūtur. Octauus aūt cō-
tra oēs ē. ¶ Et eſt abſolutio oīm horū epiſcopalis
ꝑtū eſt ex iſto canone. Quod ideo appono: qꝛ pro
quanto iſti in numerum fautorum aut defenſoruꝫ
hereticorum tranſirent/faciendo aliquid bonum
vt fauerēt aut defenderēt hereticos incurrerent
ſententiam latam in cena domini: et abſoluendi eſ-
ſent a ſolo papa

¶ In inquiſitores ꝛ alios officij inqſitiōis exequu-
tores: cōtra hereticos cōtra cōſciētiā ſuā pcedere
omittentes/vel falſo hereſim imponētes. Ca. iij.

**Inquiſitores** Et alij ad inquiſitiōis offi-
cij exequutionē ſubſtituti
ab epiſcopo vel inqſitore: ſi odij/graue vľ amoris

Biblioteca



lucri aut commodi temporalis obtentu/contra iu
ſtitiam et conſcientiam ſuam omiſerint cōtra quē
ꝙ procedere vbi fuerit ſuper prauitate heretica
procedendum. aut obtentu eodem prauitatē ipſaꝫ
aut impedimentum officij ſui alicui imponēdo/eū
ſuper hoc preſumpſerint quoquo modo vexare:
preter alias penas/excommunicationis ſententiā
eoipſo incurrant. A qua niſi per ro. pont. nequeāt
(preterꝙ in mortis articulo/⁊ tūc ſatiſfactiōe pre
miſſa) abſolui nullo in hac pte priuilegio ſuffragā
te. Cle. de here. ca. multorum. in cle.

**Canonis** Iſtius materia eſt iniuſtitia cum
mala conſcientia inquiſitorū he
retice prauitatis. Quo ad perſonas ligantur duo
genera perſonarum: ſcilicet inquiſitores/⁊ alij ad
dicti officij exequutionē deputati. Quo ad actio
nes/ponuntur due: ſcilicet omiſſio procedēdi vbi
fuerit procedendum. ⁊ vexatio innocentis/impo
nēdo illi vel hereſim vel ꝙ impediret inquiſitiōis
officiū. Et debet vtraqꝫ actio veſtiri obtētu odij/
gratie vel amoris/lucri aut commodi. Et preter
hoc prima actio debet eſſe contra iuſtitiam ⁊ con
ſciētiam. Ita ꝙ huiuſmodi omiſſio ad hoc vt huic
pene ſubiaceat: requirit vt ſit non ſolum contra iu
ſtitiam/ſed etiam contra conſcientiam. Noluit eīm
conditor canonis ligare omittentem contra iuſti
tiam ignoranter: ſed voluit vt eſſet omiſſio contra
conſcientiam ſuam: hoc eſt contra ſcientiam ſuam
applicatā ad talē omiſſionem: ita ꝙ etiam conſciē
tia ſua dictet non eſſe omittendum/qñuis amor
vel odium ⁊c. t. abat ad omittendum. ¶ Ceterum



in loco iſto videre facile potes/ſub eccleſiaſtico iu
dicio cadere actus interiores odij vel amoris non
abſolute vt occulti ſunt: ſꝫ vt ad extra pcedunt/vel
ſcilꝫ ſunt rationes exterioris cōmiſſiōis vel omiſ
ſionis. Excommunicantur ſiquidē hic inquiſito
res q ex odio vel amore omittūt pcedere ⁊c. Et eſt
papalis abſolutio: niſi cum ſatiſfactione pmiſſa in
mortis articulo.

¶ In inquiſitores ⁊ ipſorum vel epoꝝ ſeu capi
tuloꝝ ſede vacante commiſſarios/pecuniam illi
cite extorquentes: aut ſcienter eccleſiarum bona
ob clericoꝝ delictū fiſco etiam eccleſie applicare
attentantes. Ca. iij.

**Inquiſitoribus** Et tam ipſorū
ꝙ epoꝝ ꝙ capitulorū ſede vacante
ſup hoc deputatis commiſſarijs di
ſtrictius iniungimus/ne pretextu
officij inquiſitionis quibuſuis mo
dis illicitis ab aliquibus pecuniaꝫ extorqueant.
nec ſciēter attētent eccleſiarū bona ob clericorum
delictū/pdicti occaſione officij/fiſco etiaꝫ eccleſie
applicare. Quod ſi ſecus in his vel eoruꝫ altero fe
cerint: excōicatiōis ſententie eos ſub iacere decer
nimus ipſo facto. A qua non poſſint abſolui (pre
terꝙ in mortis articulo) donec illis a quibus ex
torſerint/plene ſatiſfecerint de pecunia ſic extortaꝫ
nullis priuilegijs/pactis aut remiſſionibus ſu
per hoc valituris. Clemens de here. ca. nolenter.
in cle.

Biblioteca



**Canonis** Iſtius materia partim quaſi ra
pina et ptim ſacrilegium eſt. Et
quoad pſonas duo gnã pſonarũ ligant. Primuz
eſt inquiſitorũ. Scòm commiſſarioꝝ quorũcũqꝫ:
ſiue ſint commiſſarij inquiſitoris/ſiue epiſcopi/ſi
ue capituli ſede vacante. Quo ad actiões explicant
due. Prima ẽ extorſio pecunie a quocũqꝫ modis
illicitis pretextu officij inquiſitionis. Secũda eſt
applicatio ſcienter bonorũ eccleſie ad fiſcum etiaz
eccleſie ob delictum clerici/ptextu ſimiliter dicti
officij. ¶ Ubi diſcernere potes/ꝙ prima actio tri
bus contenta eſt conditionibus. Secunda aũt exi
git quinqꝫ cõditiones: vt patet computãdo illas.
¶ Nota hic ꝙ appellatione: commiſſariorum in
propoſito veniunt etiam vicarij: quoniam vicarij
commiſſarios agunt. Appellatiõe quoqꝫ pecunie
venit omne quod pecunie vicem ſupplet: vt frumẽ
tum/vinum/⁊ huiuſmodi que pecunia menſuran
tur. Et eſt excõmunicatio iſta epiſcopalis poſt ple
naz ſatiſfactionẽ: ⁊ nõ aliter niſi i mortis articulo.
¶ In ſuſpectos de hereſi fraticellos/biſochos
ſiue beghinos ⁊c. Ca. v.

**FRaticellis** Seu fratribus de
paupere vita/aut
biſochis ſiue beghinis ⁊ alijs quibuſ
cunqꝫ ſub pena excõicatiõis (quã eos
ſi ſecus fecerint/incurrere volumus
ipſo facto) iniungimus expſſe: ne ſtatũ ſiue ſectaz
hmõi ab ipſis aſſumptũ ſectẽtur vlterius/vel ipſ
de nouo aſſumere quoquo mõ pſumãt.
¶ Epiſcopos quoqꝫ ⁊ eoꝝ ſupiores ⁊ ẽt alios pla-



tos quoſcũqꝫ qui predictis perſonis vel alijs ritũ
viuẽdi ⁊ habitũ ſupradictos preter ſpecialẽ apo-
ſtolice ſedis authoritatem deinceps concesserint:
pdicte excõicatiõis pene ipſo iure decernim⁹ ſub-
iacere. Io. xxij. in extra. ca. ſancta romana.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſuſpecta d̃ he
reſi ſecta fraticellorũ ⁊c. Quo ad
pſonas eſt vniuerſalis. Quo ad actiões tres expli
cant: pria ẽ pſeuerare in illa ſecta: ſecũda eſt aſſu-
mere dicte ſecte ritum: tertia eſt cõcedere rituz et
habitũ huiuſmodi. Et hec tertia actio limitatur
ad epiſcopos ⁊ eoꝝ ſupiores ⁊ alios platos quoſ
cũqꝫ. Ita ꝙ tam perſeuerãtes/ꝙ̃ de nouo aſſumẽ
tes/ꝙ̃ prelati concedentes. ſunt ipõ facto excõica
ti. Et ẽ epiſcopalis abſolutio. ¶ Et nota ꝙ ex hac
extrauagãti nõ habet q̃ dicitur excõicatio cõtra
inueniẽtes nouũ ordinẽ/habitũ ⁊c. qm (vt patet
intuenti) iſta excommunicatio nõ excedit ſectã/ri
tũ habitumqꝫ particularem: ſcilicet fraticellorũ.
¶ In mulieres ſtatũ beghinatus aſſumptum ſe-
ctantes vel ipſum de nouo aſſumentes ac religio
ſos quoquo mõ eas admittentes/dantes in hoc
auxilium conſilium vel fauorem. Ca. vj.

**Sacro** Approbãte cõcilio ſtatũ beghinarũ
ppetuo phibẽdũ ducim⁹ et a dei ec-
cleſia penit⁹ abolẽdũ: eiſdẽ ⁊ alijs mlierib⁹ qbuſcũqꝫ
ſub pena excõicatiõis (q̃ ɔtrariũ faciẽtes icurrere
volum⁹ ipõ facto) iniũgẽtes expſſe/ne ſtatũ hmõi
dudũ forte ab ipſis aſſumptũ ſectent vlteri⁹/vel ipſ
aliquaten⁹ d̃ nouo aſſumãt. Religioſis vo p q̃s ee
dẽ mulieres i hmõi ſtatu beghinali foueri ⁊ ad ipſ

ſuſcipiēdū duci dicunt̄: ſub ſimili excōicatiōis pe-
na (quā eo ipſo ſi sec⁹ egerint / ſe nouerint incurſu-
ros) diſtrictiꝰ inhibemꝰ / ne mulieres aliquas pre-
dictum ſtatū aſſumptū ſectantes vel de nouo aſſu-
mentes / quoquo mō admittāt / prebētes ſup hoc
auxiliū / ꝯſiliū vel fauorē. De relig. do. ca. primo.

**Canonis** Iſtiꝰ materia eſt ſuſpectꝰ ſtatus
beghinarū. Quantū ad pſonas /
duo genera ꝯprehendunt̄: ſcꝫ mulieres ꝛ religio-
ſi. Quantū ad actiones vero tria genera. Primus
eſt ſectari vlteriꝰ hmōi ſtatum aſſumptū: Scōm eſt
de nouo dictū ſtatum aſſumere. Et hec duo reſpi-
ciunt mulieres. Tertium aūt quod reſpicit religio-
ſos / eſt prebere vllo modo auxiliuꝫ / conſilium vel
fauorē ſuper dicto ſtatu ſectando vel aſſumendo.
¶ Aduerte deinde appellatione beghinarum non
venire mulieres deuotas que alicubi biſoche vo-
cantur: que in domibꝰ paternis demiſſe a nuptijs
abſtinent / nullamqꝫ regulam profitentur / nulliqꝫ
modo viuendi ſe aſtringunt: ſed deo famulari in
ſua puritate malunt prout ſpiritus ſanctus illas
inſpirauerit. Sed beghine que hic excōmunican-
tur: ſunt aut infideles de quibus loquitur / cle. ad
noſtrū debere. aut ſunt ſuſpecte de fide: vt in hac
decretali inſinuatur. Et eſt epiſcopalis.

## Contra ſciſmaticos.

¶ In pertinaciter ſe ab obedientia ro. pont. ſub-
trahentes / ſeu quomodolibet recedere preſumē-
tes ꝛc. Ca. vij.



**Excōmunicamus** Et anathe-
matizamꝰ
omnes illos qui in animarum ſuarū pe-
riculū ſe a noſtra ꝛ ro. pontificis pro tē-
pore obedientia pertinaciter ſubtrahere ſeu quo-
modolibet recedere preſumunt: ꝛ qui per ſe vel a-
lium ſeu alios directe vel īdirecte predicta exequi
vel procurare / aut in eiſdē ꝯſiliū / auxiliū vel fauo-
rē preſtare nō verentur. In proceſſu cene domini.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſciſma. Quo
ad pſonas vniuerſalis. Quo ad
actiones explicant̄ duo genera actionū. ſ. principa-
liū ꝛ acceſſoriarū. Et principales quidē ſunt due.
prima eſt ſubtrahere ſe ptinaciter ab obedientia
ro. pon. ſcd̄a eſt quomodolibet preſumere recede-
re ab eadē obedientia. Acceſſorie autē valde diſp-
guntur ꝛ dilatant̄: dum multiplicant̄ per tot mo-
dos / per ſe vel alium / directe vel indirecte ꝛc.
¶ Ubi nota / ꝙ aliud eſt recedere ab obedientia ro.
pōt. ꝛ aliud eſt trāſgredi pcepta eiuſdē etiā ex cō-
temptu: nā recedere ab obedientia eſt nolle reco-
gnoſcere ipſum vt ſuperiorē / vt patrem ſpiritua-
lem / vt chriſti vicariū ꝛc. tranſgredi autē precepta
ipſius etiā in deſpectū eius / ſtat cū recognitiōe ip-
ſius vt pontificis / ſupioris ꝛc. Et ꝓpterea in hūc
canonē nō incidūt ꝯtemptores preceptoꝝ: niſi ro.
pont. nolint recognoſcere vt caput totius eccleſie
vice chriſti. Et eſt canon iſte reſeruatus pape.
¶ In preſumptuoſe volentes ꝙ ordinationes ab
octauiano ꝛ guidone facte vel ab ordinatis ab eis
ſunt rate ꝛc. Ca. viij.

**O**rdinationes Ab octauiano ⁊ Guidone hereſiarchis factas ⁊ ab ordinatis ab eis irritas eſſe cenſemus. Adiicientes vt q̄ dignitates eccleſiaſticas ſeu beneficia ꝑ dictos ſciſmaticos acceperint / careāt impetratis. Alienationes quoqꝫ que per eoſdem ſciſmaticos ſeu per laicos facte ſunt de reb⁹ eccleſiaſticis omni careāt firmitate / ⁊ ad eccl'ias ſine omni onere reuertant̄. Si q̄s aūt ꝯtraire ꝑſumpſerit: ex cōicationi ſe nouerit ſubiacere. ex̄ de ſciſ. ca. p̄rio.

**Canonis** Iſtius materia ꝑtim eſt ſciſma / ꝑtim ſacrilegiū circa alienatiōes rez eccl'ie. Et quoad ꝑſonas vniuerſalis eſt. Quo ad actiones / ponit̄ vna: que tn̄ multiplicat̄ iuxta materias. Actio eſt preſumere ꝯtraire ꝯtra hoc. ſ. ꝙ ordinationes ſint irrite / ⁊ ꝙ beneficia accepta non retineant̄ / ⁊ ꝙ alienatio facta a ſciſmatico vel laico careat firmitate / ⁊ ꝙ ſine onere reuertat̄ ad eccl'iam: qui eñ voluerit ꝙ ordinationes ſint rate / aut ꝙ beneficia retineātur / aut ꝙ alienatio ſit firma / aut ꝙ redeat ad eccleſiam cū onere: ex cō municationē incurrit. Epiſcopalis tamē eſt reſeruatio ſciſmate. ꝑ Nota tamē hic ꝙ alienatio de qua hic eſt ſermo / iuxta litere ſonū intelligenda eſt vt expoſuim⁹: hoc eſt de ſacrilega alienatiōe: qm̄ alienatio facta a laico / ſacrilega eſt: ⁊ litera diſtinguit a ſciſmaticis laicos. Non damno tn̄ exponentes laicos non qualitercūqꝫ / ſed fultos authoritate ſciſmaticorū. Rationabilis videtur hec expoſitio: q̄ de ſciſmaticis eſt canon iſte: vt per ipſos ſciſmati



cos / eccleſiaſticos: per laicos vero innixos illorū authoritati laicos ſignificet.

¶ In eū q̄ de tertie ꝑtis cardinaliū nominatiōe ꝯſtitus pape ſibi nomen vſurpat / ⁊ eos qui ipſum recipiunt: item in eū quia paucioꝛib⁹ q̄ duab⁹ partibus cardinalium elect⁹ niſi maioꝛ ꝯcoꝛdia interceſſerit / gerit ſe pro papa. Ca. ix.

**Statuim⁹** Vt ſi, forte inimico homine ſuperſeminante zizaniā inter cardinales de ſubſtituendo ſummo pont. non poterit eſſe plena ꝯcoꝛdia / ⁊ duabus ꝑtibus ꝯcoꝛdantib⁹ tertia pars ꝯcoꝛdare noluerit aut ſibi aliū preſumpſerit noiare: ille abſqꝫ vlla exceptione ab vniuerſali eccleſia ro. pont. habeatur quia duabus partibus fuerit electus ⁊ receptus. Si quis autē de tertie partis nominatione ꝯſtitus / ſibi nomen epiſcopi vſurpauerit: tam ipſe q̄ qui eum receperint ex communicationi ſubiaceāt. Et infra. Si a paucioribus q̄ a duabus partibus aliquis fuerit electus ad apoſtolatus officium: niſi maioꝛ concoꝛdia interceſſerit / nullatenus aſſumatur: ⁊ predicte pene ſubiaceat ſi humiliter noluerit abſtinere. extra de elec. cap. licet.

**Canonum** Iſtoz materiae ſciſma aut ſciſmatis initiū. Quo ad ꝑſonas ſunt vniuerſales. Quo ad actiones nota duos caſus. Prim⁹ eſt ſi quis de tertie partis cardinaliū nominatione ꝯſtitus / pape ſibi nomen vſurpauerit: ⁊ tunc tam ipſe q̄ hi qui eum receperint / ſunt excōicati. Secund⁹ eſt vniuerſalioꝛ caſus: hoc eſt ſi a paucioꝛib⁹ q̄ a duab⁹ ꝑtib⁹ cardialiū elect⁹: niſi

Biblioteca



maio: concordia interceſſerit: gerat ſe pro papa: tunc enim predicte pene ſubiacet. Et eſt abſolutio ſecluſo ſciſmate epalis.

## Contra manus violentas.

¶ In eos qui ſuadente diabolo in clericũ vel monachum manus violentas iniiciunt. Ca. io.

SI quis ſuadente diabolo / huius ſacrilegij vitius vel crimen incurrerit / ꝙ in clericum vel monachũ manus violentas iniecerit: anathematis vinculo ſubiiciat. Et nullus epõꝝ pſumat illũ abſoluere (niſi mortis vrgẽte periculo) donec apoſtolico conſpectui pñtetur / et eius mandatũ ſuſcipiat. In decre. xvij. q. iiij. ca. ſi quis. et eſt inno. ij.

Canonis Iſtius materia ẽ ſacrilegiũ quo manus violẽta in clericũ iniicit. Et quoad pſonas eſt vniuerſalis. Quo ad actiões vero vna eſt principalis: ſcilicet manus violentas in clericum ſuadente diabolo iniicere. Et eſt papalis. Actiones vero acceſſorie (ſcilicet mandare / dare conſilium / auxilium vel fauorem ad hmõi manus violentam) ex alijs canonibus habent: quos breuitatis cauſa omitto.

Circa hanc excõmunicationẽ punientẽ ſacrilegiũ manus violente in clericũ vel monachus / nota ſeptem.

¶ Primo: ꝙ quia manus eſt organũ organorum: appellatione manus violente venit nõ ſolũ quecũꝗ percuſſio: ſed etiam pulueris aut aque iniectio: immo et conſputio: ac violẽta acceptio cuiuſcunꝗ rei de



rei de manu ſeu perſona clerici. inſup captio / detẽtio et carcer. Non aũt precipere exilium aut ↄfinia infra que ſe ↄtineat: q: in illis violenta manꝰ (hoc eſt exterior violentia) in iſtis ſola precepti vis interuenit. ¶ Per inferentẽ quoꝗ violentiã clerico intellige non ſolũ exequutorem: ſed mandantem et dantem ad hoc ↄſilium: auxilium / fauorem: ↄſenſum: immo etiã ratũ habentẽ poſt factũ ſi nomine ſuo factum eſt.

¶ Appellatur etiã auctor in pppoſito ↄſentiens ac faciens: qui quũ debeat et manifeſte poſſit: deſinit obuiare. Et pptrerea pari pena punitur: q: (iuxta apoſtoli ſententiã) digni ſunt morte non ſolũ qui faciunt: ſed et qui ↄſentiunt facientibus. Et q: duplex eſt genus debentium: ſcʒ vel ex officio. vt officiales. Et iſti pculdubio ligantur: ſi manifeſte poſſunt obuiare et nõ curant. Vel ex caſu neceſſitatis: quo tenemur ſuccũbẽtem oneri ſubleuare: quum non ſit aliter ſubleuãs. Et iſti ſi manifeſte poſſunt: ex interpretatione iuris ligantur: vt patet in cap. quante. de ſen. excom. Crediderim ego iſtos tunc tm̃ ligari quũ ex intẽtione noluit obuiare: cognoſcentes ſe abſꝗ periculo ac damno poſſe obſtare: tales enim inexcuſabiles ſunt a ↄſenſu: ex quo neceſſitatis articulus obligat eos ad obſtandum / ſicut officiales obligat debitum ſui officij.

¶ Nota ſecundo / ꝙ quia violẽtia diſtinguitur ab actibus ſubdolis / fraudulentis et huiuſmodi: et rapina diſtinguitur a furto: ideo lʒ manus violenta eſſet ſi quis vi acciperet aliquid quod tenet clericus in manu ſeu in perſona: non tamen eſſet ma

Biblioteca



nus violenta ſi quis furto tolleret numos ex locu
lo geſtato a clerico. Et ſimiliter ſiquis cingulum
quo actualiter cingeretur furtiue tolleret: etiam
ſi preciſio interueniat: quoniã preciſio illa nõ vio
lenta ſed furtiua eſt.

¶ Nota tertio ꝙ violentia hoc in loco plus deno
tat ꝙ̃ ſignificet. nam licet ſignificet quod ſit in in
uitũ (q: hoc proprie eſt violentum) intelligimus
tamẽ per hoc etiã iniurioſam manũ. ita ꝙ licet cle
ricus conſentiat vt verberetur: ſi iniurioſa eſt ver
beratio/excommunicatus eſt verberans. Et hac
eadem ratione clericus ꝑcutiens ſeu verberãs ſe
ipſum iniurioſe: per ſe vel alium excõmunicatus
eſſet/non minus ꝙ̃ ſi alium clericum ſic percuſſiſ
ſet aut percuti procuraſſet. ¶ Et hinc reſpondetur
queſito. an monialis procurans aborſum potione
vel phlebotomia/incidat in hunc canonem. Dici
tur enim ꝙ nõ incidit. quia manus hec licet ſit vio
lenta nature non tamen eſt violẽta perſone cõſen
tienti/nec eſt iniurioſa ſtatui eccleſiaſtico.

¶ Nota quarto/ꝙ manus violenta poteſt eſſe ſacri
lega duplici ratione: vel abſolute/vel ex iuris poſi
tione. Appellatur autem et eſt ſacrilegiũ abſolute
iniqua percuſſio clerici. Uocatur vero ⁊ eſt ſacrile
gium ex iuris poſitione/clerici merẽtis mille mor
tes occiſio per ſententiã iudicis laici: hoc enim ⁊ ſi
milia que ſcðm ſe ſunt iuſta/⁊ ſunt ſolum mala q:
prohibita ex iure poſitiuo. ſacrilega quidẽ ſunt/
ſed ex poſitiuo iure originem trahẽtia. Et hoc mo
do ſacrilegium eſt ſi monachus cauſa correctiõis
verberatur per laicum aut neceſſitate nõ vrgente



per alium clericum vel monachum ab abbate: vt
in ca. vniuerſitatis. de ſen. excom. ¶ In ꝑſenti igi
tur cenſura ſacrilegium ſumitur vtroq; modo. ita
ꝙ excommunicationi ſubiacet manus violenta ſa
crilega. ſiue abſolute ſiue ex iuris poſitiõe. Et pro
pterea quicunq; zelo iuſtitie laicus homo vel do
minus moueatur contra clericum peſſime meritũ
non excuſſatur a ſacrilegio manus violente: niſi in
caſu ſibi a iure permiſſo. Permitti autẽ creditur
a iure officialibus laicis capere ac detinere clericũ
(preſentandum ꝙ̃ citius ſuo prelato) inuentum
in crimine patrato vel patrando. Et nihilominus
cuiliber cuius intereſt/permittitur recuperare vio
lenter a clerico res furto ſublatas vel raptas an
teꝙ̃ fur vel latro ad alia diuertat/hoc ẽ anteꝙ̃ adi
piſcat̃ poſſeſſionẽ q̃ſi quietã rex ablatarum: ſicut
et licitũ credit̃ debitorẽ clericũ fugiẽtẽ vel fugam
parãtẽ detinere/ꝑſentãdũ ſuo ꝑlato i his: eñ ⁊ ſi
milib⁹ quũ ↄſtet ſacrilegiũ nõ interueĩre ex natura
facti (q: ñ ad iniuriã clerici ſ; ad iuſtitiã tẽdit̃) ⁊ ex
poſitiuo iure nõ ſit ꝓhibitũ. nõ eſt loc⁹ ſacrilegio.

¶ Nota quinto caſuꝫ in q̃ manus violẽta i clericũ
vere ſacrilega nõ punit̃ hac excõicatiõe. Et ẽ ſi cle
ric⁹ turpiter operãs cũ vxore/matre filia vel ſoro
re inuẽtus ꝑcutit̃: vt pꝫ i ca. ſi vo. de ſen. excõ. per
cutiẽs eñ ex vindicta/lꝫ peccet mortaliter/⁊ ſacri
legus ſit: iure tñ hũano cõpatiẽte iuſto dolori ipu
nis euadit. Si tñ dol⁹ interueniat (puta q: vir ↄſen
tit vt vxor clericũ admittat ad hoc vt percutere eũ
poſſit) excommunicatus eſt percutiendo: quia do
lus interueniens compaſſionẽ legis tollit.

¶ Nota ſexto manum violentam in clericum non
ſacrilegã quinq͂ modis inueniri. Primus eſt quū
eſt ſacra: vt puta quū correctiõis cã ab habẽte le-
gitimã ꝑtãtẽ legitime exercet. Sic enī epiſcopus
per clericum / inferiores vero prelati ꝑ ſeipſos cle-
ricuz verberant: detinẽt aūt ⁊ capiūt ꝑ quoſcūq͂.
Et ad hūc modū ſpectat verberatio qua naturalis
pater corripit filios clericos / ⁊ magiſter diſcipu-
los / ⁊ maiores ſeu ſeniores eccleſie pueros / ⁊ cleri-
ci officiantes eos qui ꝑturbãt diuini officiū cultū.
Et ſicut ſacra eſt horum correctio: ita ſacrilega cē-
ceretur eorundem actio ſi ex odio ⁊ iniquitate cle-
ricos eoſdem verberarẽt: ac per hoc eſſent excõi-
cati. ¶ Secundus eſt quuz eſt licita: vt quum q̃s de-
fendẽdo ſe aut ſua aut alios / vim vi repellit cū mo-
deramine inculpate tutele. Nec arctatur licita hec
defenſio ad caſum quo inuaſus non poteſt aliter ſe
aut ſua aut alios ſaluare: ſed rationabiliter exten-
ditur etiam ad caſum in quo tamen vituperabili-
ter fugiendo poſſet ſe ſaluare: q2 nõ tenetur igno-
minioſam fugam pati laicus a clerico inuaſor. &c. ſi
põt ſuū ſaluãdo honorẽ ſicut ⁊ ceteras res / vis vi
repellere. Nõ intelligas tñ licere ei ꝓpter hoc ac-
ceptare duellū a clerico diffidãte illū: q2 aliud eſt
velle pugnare. ⁊ aliud ſe ⁊ ſua tuendo / cõtra cleri-
cū nõ minis ſed facto inuadentẽ pugnare. Et ad
hãc licitã defenſionẽ reducuntur ſuperius dicta
in tertio notabili de captione licita: q̄m ī defenſio-
nem iuſtitie fiunt. Et quum non minus caſtitatẽ
ꝙ reliq̃ bona tueri debeamus: ſi mulier aut puer
impetatur de turpitudine a clerico / ⁊ pro euadẽ-



do moleſtiam non verbo ſed facto: inuadentis / ꝑ-
cutit aut mordet (q2 nec fugere licet. nec clamare
põt / aut infamiam putat) nullam incurrit cenſu-
ram: quia defenſio cum moderamine inculpate tu-
tele / tali ſexui ſeu etati videtur. Et ſi exceſſus īter-
ueniret / exemptus eſt a canone: qui excuſat patrẽ
maritum / fratrem ⁊ filium: vt predictū eſt. Et mul-
to magis excuſat agentem pro perſona propria in
materia turpitudinis iniurioſe: ſi enim licet mihi
impune percutere iniuriantem mihi in turpitudi-
ne meorum. multo magis impunis ſum percutiẽs
iniuriantem mihi in turpitudine proprie ꝑſone.
Et ſicut ſufficit ibi inchoatio actus: ita hic: qui enī
attentat violare: iam turpem actuz inchoat. ¶ Ter-
tius eſt / quum manus violenta eſt imperfecta ex
defectu deliberationis: vt contingit in primis mo-
tibus. Si q̃s enī abſq͂ deliberatione ex ſubita paſ-
ſiõe manū in clericum iniicit / ita ꝙ aduertẽs quid
facit retrahit manū: nõ ẽ excõicatus: quia manus
violenta non eſt perfecte actus humanus, ac per
hoc non eſt ſacrilega niſi imperfecte. ſicut primus
motus adulterij eſt adulterium: excommunicatio
autem hec preſupponit ſacrilegium ſimpliciter: ⁊
non ſecundum quid tantum: quale eſt hoc. Et ad
hunc modum reducuntur percuſſiones taz defen-
ſiue ꝙ̃ correctiue quando modicuz exceſſiue ſunt:
quia non ex deliberatione fit exceſſus ille / ſed qua-
ſi ex impercepta paſſione impellente. ¶ Quartus
eſt / quū violẽta manus eſt imperfecta ex defectu
exterioris actus: puta quia tam leuis ac leuiter
illecta eſt vt ꝓ nulla habenda ſit. ⁊ vt vnico verbo

Universidad de Deusto Biblioteca



dicatur/quando manus violēta eſt ita leuius vt ſi
eſſet in laicū non cōſtitueret pctm̄ mortale: ꝓpter
hoc ꝙ eſt in clericum/non ſubiacet huic excōica-
tioni. Et ratio eſt/quia non eſt ſacrilegium: canon
autem iſte expreſſe ſupponit ſacrilegiū ſcđm com
pletam ſacrilegij rationem: ⁊ non ſecūdum quid:
quale eſt veniale ſacrilegium: vt ſic liceat loqui.
¶ Quintus eſt/quū manus violenta eſt imperfe-
cta ex defectu forme. hoc eſt intentionis: quia ſcili
cet non per ſe intenditur: ſiue quia violentia non
intenditur: vt quum quis caſtigādo clericū modū
excedit ex imprudentia putans ſe nō excedere. ſi-
ue quia non intenditur ꝙ ſit in clericum: vt quum
ex ignorātia clericus percutitur aut capitur: quo
niam per ſe loquendo non incurritur ſacrilegiū/
niſi ſub intētione cadat. Et hoc intellige niſi igno
rantia culpabilis reducat actum in naturam ſue
forme: vt quia debuit ⁊ potuit ſcire/nec curauit ſci
re. Et ad hunc modum reducuntur caſus omnes/
in quibus non formaliter ſed materialiter tantū/
manus violenta in clericum iniicitur: vt contingit
officiali principis/arcenti turbam in qua ſunt cle-
rici. Ad hunc etiam modum reducuntur: caſus: q-
bus abſqꝫ animo iniuriandi/violentia rationabili
ter infertur clerico: vt ſiquis fugiens perſequētes
clericum ex caballo neceſſario fugienti tollat vt ve
lociter ſe ſaluet. ſicut enim nō eſt reus rapine equi
ita nec violentie ſacrilege: quia non animo iniuriā
di ſed neceſſitate ſeipſum ſaluandi totum ſit in ca-
ſu in quo ſi lex viua adeſſet/ceſſare ſe diceret. Et ſi
mile eſt ſi in caſu defenſionis: occurrentem gla-



dium de latere clerici tolleret vt poſſet ſe tueri. Et
ſic de ſimilibus.

¶ Nota ſeptimo: appellatiōe clerici ſeu monachi
venire non ſolum omnes habentes primam tōſu-
ram/⁊ omnes vtriuſqꝫ ſexus profeſſos aliquam
approbatam religionem. ſed etiam earundem re
ligionum nouicios ⁊ conuerſos: hoc eſt qui ſe et
ſua: mutato habitu alicui religioni dedicauerūt
perpetuo. Et hoc intellige niſi ſint priuilegio cle
ricali priuati: vt ſunt degradati: ⁊ ſecundum quoſ
dam heretici ⁊ bigami: ⁊ coniugati ſine habitu et
tonſura: et apoſtate ſeu enormitatibus ſeuis vocā
tes ⁊c. Tertianorū autem genus (qui ſcilicet vo-
cātur de tertio habitu alicuius religionis) ex hoc
ſolo ꝙ ſunt tertiani/non gaudent hoc priuilegio:
quia nec ſunt religioſi (quum non habeant ſolen
nem profeſſionem: qua religioſi a nō religioſis di
ſtinguuntur) nec conuerſi religionis/nec nouicij
religionum: nec clerici: in iure autē quattuor hec
genera tantum ponuntur: vt patet intuenti.

¶ Demū circa calcē huius canonis: vbi reſerua-
tur pape abſolutio ab hac cenſura: ſcito tria exce-
ptionū genera habere hic locum. Primū ex qua
litate facti: ſcđm ex qualitate ꝑſonarum: tertiū ex
accidente impedimento. ¶ Ex qualitate qdē facti.
nā tripliciter inuenit̄ manus hec violēta. qñqꝫ eñ
eſt iniuria leuis: qñqꝫ grauis: qñqꝫ enormis. Et ſi
ē leuis: pōt ep̄s abſoluere. Si grauis vel enormis
pape vel legato de latere: reſeruat̄ regulariter ab
ſolutio. Diſcernere aūt ⁊ iudicare leuē vel grauē
aut enormem ad iudicem (hoc eſt epiſcopū) perti

net. Et de enormi iniuria/ex iure canonico manife
ſtum eſt multipliciter inueniri. Primo ex magni-
tudine facti: vt ſi peruentum eſt ad mutilationem
membri/aut ſanguinis effuſionem (que abundan
tiam ſignificare videtur) aut graue vulnus. Secūdo
ex perſona leſa: vt ſi in epiſcopum aut abbatē. Ter
tio ex perſona ledente: vt ſi laicus officialis autho
ritatiue percutiat clericum. Quarto ex ſcandalo:
vt ſi monachus percutiat clericum ſecularem. q̄d
ponderabis. Ex iure vero quilꝫ ꝛ doctoribus ſu-
peradditis: ex perſona leſa/ſi ſacerdos indutus ſa
cris veſtibus percutiatur. Et ex irreuerentia: vt ſi
in conſpectu p̄lati percuſſio fiat. Ex loco: vt ſi in
eccleſia vel in platea. Ex loco vulneris: puta ſi vul
neratus in oculo. Et ex notorio/ꝛ ſpecialiter tem-
poris: puta magne feſtiuitatis. ¶ Ex qualitate ve
ro perſonarum nam puerorum infra pubertatis
annos exceſſus quicunq̄ commiſſus/ꝛ mulierū:
poteſt ab epiſcopo ſemper abſolui/etiam ſi pueri
poſt pubertatem abſolutionem petant. Similiter
religioſi in clauſtro ſeinuicem percutientes/et ad
religionem tranſeuntes: niſi difficilis et enormis
fuerit exceſſus: vt mutilatio aut effuſio ſanguinis
aut in epiſcopum vel abbatem fuerit/ca. quum il-
lorum. de ſen. excom. Qui etiam ſui iuris nō ſunt
(quales ſunt ſerui/ꝛ filij familias/ꝙ hmōi) abſol-
ui poſſunt ab epiſcopis ī duobus caſibꝫ. Primꝰ
eſt ſi deliquerint in fraudem: hoc eſt vt ſubtrahāt
ſe ab obſequio debito dominis/veniendo ad ſedē
apoſtolicam. Secūdus eſt ſi ipſi dn̄i ſine culpa ſua
graue dān̄ ꝑpter hoc incurrāt: niſi exceſſus ſit tā



grauis ꝛ enormis vt ꝑpt ex vitādū ſcādalū ꝛ tollē
dum exemplum aliorum/debeant ad ſedem apo-
ſtolicam deſtinari. ¶ Ex interueniente demum im-
pedimento abſolui in p̄mis poſſunt a quocunq̄
exceſſu omnes in mortis articulo conſtituti. Infir
mi quoq̄ ſeu valetudinarij quacunq̄ corporis im
potentia impediti/ꝛ ſenes impotentes accedere:
ꝛ ſimiliter qui ob inimicitias quas habent/aut ob
inopiam quam patiuntur/non poſſunt accedere:
ꝛ demum quocunq̄ canonico impedimento retra
hantur/vt nec ad ſedem apoſtolicam nec eius le-
gatū ire poſſint. abſolui poſſunt ab epiſcopis ſer
uata duplici moderatiōe. Prima eſt vt ſatiſfiat cle
ricis iniuriā paſſis. Secunda eſt/vt iurent ꝙ ceſ-
ſante tēporali impedimento preſentabunt ſe apo
ſtolice ſedi parituri illius mādato. De nobilitatis
autem magna potentia/diſponit ius ꝙ taliū do
minorum ac delicatorum exceſſus/ſignificandus
eſt antequā abſoluatur/ſedi apoſtolice: ꝛ ſecundum
illius conſilium poſtea fiat abſolutio niſi periculū
ſit in mora tūc em̄ iuxta impedimētorū canonico-
rum rationem agendum eſſet.

¶ In inſequentes cardinales vel manus vio-
lentas in eos inficientes. Item in dominos tē
porales conſtitutionem ca. felicis. lib. vj. con
tra preſumptores prefatos ſeruari non facien-
tes. Ca. xj.

SI quis In hoc ſacrilegij genus ir
repſerit/ꝙ ſancte ro. eccle
ſie cardinales hoſtiliter fuerit inſequu
tus/vel percuſſerit aut ceperit vel io-

Universidad de Deusto Biblioteca



eius fuerit facietis/aut fieri mādauerit/aut factū
habuerit ratū aut cōſiliū dederit vel fauorez/aut
poſtea receptauerit vel defenſauerit ſcieter eūdē:
ſicut criminis/leſe maieſtatis reus/ꝑpetuo ſit in
famis. Et infra. Ex inſequutiōe ꝑdicta ſicut ex in
iectiōe manuū violēta: ipſo facto ſniaz excōicatio
nis q̄s icurrat/tā ipſe inſequutor ꝙ alij ſupradicti
tanti mali partici..es. Nec ab alio ꝙ a ro. pont. poſ
ſit beneficium abſolutionis obtinere niſi in arti-
culo mortis. ¶ Et infra. Si princeps/ſenator/con
ſul/pote..as vel alius dominus ſiue rector cōtra
preſumptores predictos preſentis conſtitutiōis
tenorē nō fecerit obſeruari: tā ipſe ꝙ officialis eius
infra menſem poſtꝙ res ad eorum notitiā venerit
eoipſo ſententiam excommunicationis incurrant
Boniſa. extra. de pe. ca. felicis. lib. vj.

**Materia** Iſtius canonis eſt ſacrilegiū iſe
quutiōis ⁊ manus violēte in car
dinales ſancte ro. eccleſie. Quo ad perſonas canō
eſt vniuerſalis. Quo ad actiones/comprehendit
decem actiones: ſcz inſequi/ꝑcutere/capere/ſocia
re faciētē/mādare/ratū habere/cōſulere/fauere/
receptare/defenſare ſciēter: ita ꝙ quicq̄d horū ali
q̄s ꝯmiſerit/eſt excōicatus. Et reſeruat abſ..lutio
pape. ¶ In ſcd̄o aūt canone ſi pꝛiceps ⁊c. materia
eſt omiſſio ſeruādi dictā cōſtitutionē. tāq̄ quaſi ꝑ
bās ſacrilegiū factū. Perſone vero excōicate ſunt
ſeptē: ſcz pnceps: ſenator/cōſul/ptās/alius dn̄s: re
ctor/⁊ eius officiales. Actio q̄ excōicatiōi ſubijcit
eſt vna: ſcz nō facere ſeruari dictā ꝯſtitutionē ifra
mēſem a die notitie cōputādū. Et eſt excōicatiōis



huius abſolutio epiſcopalis.

Iniurioſe pontificem percu tientes/capiētes
vel banni..entes ⁊c. Ca. xi.

**SIquis** Suadēte diabolo in hoc ſacri
legij genus pruperit. ꝙ ꝙuis
iīurioſe vel temere pontificē ꝑcuſſerit/ac
ceperit ſeu bāniuerit/vel hoc fieri māda
uerit aut facta ab alijs rata habuerit: vel ſocius in
his fuerit facientis/aut conſilium in his dederit
vel fauorem/ſeu ſcienter defenſauerit eundem: in
illis caſibus de predictis in quibus excommuni-
cationem per iam editos canones non ſubiret/ſit
huius noſtre conſtitutiōis authoritate anathema
tis mucrone ꝑcuſſus: ac non queat niſi ꝑ ſummuz
pont. (ꝑterꝙ in mortis articulo) abſolui ⁊c. ¶ Po
teſtas vero conſiliarij: balliui/ſcabini/aduocati/
rectores/cōſules ⁊ officiales ciuitatis que in epi-
ſcopum ſuum commiſerit aliquid predictorum/in
ꝑmiſſis culpabiles exiſtētes: ſiīt excōicatiōis ſnīe
(a q̄ niſi vt premittitur/valeāt bn̄ficiū abſolutiōis
obtinere) ſint ſubiecti. Cle. extra ð pe. ca. ſi q̄s i cle.

**Canones** Duo ſimul hic ponunt: ⁊ vtriuſ
ꝙ materia eſt ſacrilegiū in epi-
ſcopum. Et primus quidem quo ad perſonas
vl'is eſt. Quo ad actiones vero comprehen-
dit duo genera actionum ſcilicet principalium et
acceſſoriarum. Et principales quidem ſunt tres
ſcilicet percutere/capere vel bannire epiſcopum
quencunꝙ. Actiones vero/acceſſorie/ſunt ſex:
ſcilicet/mandare/ratificare/ſociare/conſulere/
fauere/vel ſcienter defendere. ¶ Secund' autem

Universidad de Deusto
Biblioteca



canon ſpecialiter loquẽs de hoc ſacrilegio perpe-
trato a ciuitate (que non excõmunicatur: q: vni-
uerſitas nõ excõicatur) pticularis eſt quo ad per-
ſonas: pro quãto ſeptẽ genera officialiũ/ et octauo
generali nomine oẽs illi' officiales excõicat. Sed
quoad actiones extenſiſſim' eſt: pro quãto culpã
omnẽ circa hoc ſacrilegiũ ꝯprehẽdit. Et eſt vtriuſ-
qꝫ abſolutio papalis.

¶ Aduerte hic/ ꝙ appellatiõe pontificis ſeu epi nõ
venit niſi ꝯſecratus eps: q: electus et non ꝯſecra-
tus non eſt eps: lꝫ ſit admiſtrator et eps electus.

¶ Et ſcito ꝙ preter hos canones/ ad idẽ extat ali'
in cena domini dicens. Excõicamus et anathema-
tizamus omnes temere mutilantes/ vulnerantes
ĩterficiẽtes/ capiẽtes/ ĩcarcerãtes/ et detinẽtes pa-
triarchas: archiepos et epos eorũqꝫ mandatores.
¶ Ubi videre potes canonem vniuerſalem quo ad
perſonas: et ꝯprehendẽtem actiones ſex principa-
les: et vnam acceſſoriam: ſcꝫ mandare. Et eſt papa-
lis/ ſicut cetere in cena domini.

¶ In ſacrilegos ad vrbem romam pergentes
inuadentes. Ca. xiij.

Excõicamus et anathe-
matizamus
oẽs mutilãtes: vulnerãtes et interfi-
ciẽtes/ ſeu capiẽtes et detinẽtes ſeu
depredantes romipetas et peregri-
nos ad vrbem cauſa deuotiõis ſeu
pegrinationis accedẽtes/ et in ea morãtes/ vel re-
cedentes ab ipſa: et in his dantes auxiliũ/ ꝯſilium
vel fauorem. In proceſ. cene domini.



Canonis Iſtius materia eſt ſacrilegium
quo inuadunt ad ſanctã vrbem
pgẽtes. Et quo ad pſonas eſt vl'is. Quo ad actio-
nes ꝯprehẽdit ſex principales/ et tres acceſſorias.
Et principales ſunt mutilare/ vulnerare interfice-
re/ capere/ detinere/ depdari. Acceſſorie aũt ſunt
conſulere/ auxiliari/ fauere. ¶ Et nota ꝙ oportet p-
ſonas ad quas principales actiones terminantur
hẽre multas conditiões. Prima eſt in qualitate/ ꝙ
ſint romipete ſeu peregrini. Secunda eſt in cauſa
deuotionis vel peregrinationis. Tertia eſt in po-
ſitione ꝙ ad vrbem accedant vel in ea morentur
vel inde recedãt. Et ex defectu tertie cõditionis ſi
quis tales pcuſſerit anteꝗ ſint in acceſſu aut poſt
ꝗ redierint: nõ incurrit hunc canonẽ. Ex defectu
vero ſecunde conditionis ſi quis habitatorẽ rome
euntem ex hiſpania romã vt in domũ ſuam vadat:
percuſſerit: non incurrit hunc canonẽ: quia nec cã
deuotionis nec cauſa peregrinationis ad vrbẽ ac-
cedit. Ex defectu autem prime conditionis ſiquis
percuſſerit habitantem rome cauſa deuotiõis nõ
incidit in hunc canonem: quia habitator nõ eſt ro-
mipeta aut peregrinus morãs in vrbe. Inter cãm
aũt deuotionis et pegrinationis nihil intereſſe vi-
deo ĩ pposito/ niſi ꝗtum ad exteriorem manifeſta-
tionem. deuotio enim interior eſt: peregrinatio ve-
ro exteriora ſolita eſt hẽre ſigna. et vulgariter vocã-
tur pegrini. q̃ deuotionis cauſa pergunt. Uerũ in-
ter romipetas et peregrinos ad vrbem/ differẽtia
eſt: pro quanto cõmunius eſt romipete nomen: nã
cõprehendit etiam romanum ciuem ad vrbem cã

Univer… Deusto Biblioteca



deuotionis accedentem. ¶ Et nota ꝙ canon iſte reſpicit non papā: nō curiā: ſed vrbem romā. Ita ꝙ ſi papa cum curia alibi eſſet. nihilominus canō iſte ligaret offendentes euntes ad vrbem cā deuotiōis. ¶ Aduerte quoqꝫ: ꝙ iſte canon mutatus eſt: quia in proceſſu cene dn̄i tempore martini cōprehendebantur etiam peregrini ad hieruſalem. Et eſt papalis.

¶ In eos qui ad ſedem apoſtolicam venientes et recedentes ab eadem: temeritate propria capiūt: ſpoliāt ⁊ detinent ⁊c. Ca. xiiij.

Excōicamus Et anathematizamus oēs illos qui ad ſedem apoſtolicam venientes ⁊ recedentes ab eadem: necnon omnes illos qui iuriſdictionem ordinariā vel delegatā aliquā nō hn̄tes: in eadem curia morantes temeritate propria capiunt. ſpoliant ⁊ detinent: aut ex propoſito deliberato verberare mutilare vel interficere preſumunt: ⁊ qui talia fieri faciūt ſeu mādant. In pceſ. cene domini.

Canonis Iſtius materia eſt ſacrilegiū quo offendit̄ ſedes apl̄ica i his q̄ ſub ptectiōe ſua ſunt. Et quo ad pſonas ē vl̄is. Quo ad actiōes vero comprehendit actiōes principales ſex. ⁊ duas acceſſorias. Et qm̄ in canone iſto aliter modificant̄ prime tres actiones principales qn̄ terminant̄ ad veniētes vel recedentes: ⁊ aliter qn̄ terminant̄ ad morātes in curia romana. idō aduerte ex litera differētiā. Et multiplicādo primas tres actiones: dicito ꝙ cape/ſpoliare vel detinere



tā veniētes ad apl̄icā ſedē q̄ recedētes: ab ea: primo excōicant̄. deinde ꝙ cape: ſpoliare vel detinere propria temeritate (hoc eſt authoritatiue) morātes in curia apl̄ica: excōicantur. Tertio ꝙ verberare: mutilare vel interficere ex propoſito deliberato tam veniētes q̄ recedentes q̄ morantes: excōicantur. Et eſt papalis.

¶ Sed ſunt hic. aduertēda multa. Primū ꝙ nō eſt hic ſermo de roma: ſed de ſede ⁊ curia apl̄ica: ac per hoc oportet pſonas ſic offenſas ad ſedē apoſtolicam venire: aut ab illa recedere: aut in illius curia morari: ita ꝙ nō ſufficit morari rome vbi eſt curia: ſꝫ oportet in curia morari. ¶ Scōm ē: ꝙ ſi morātē ī curia qs ſpoliat aut detinet aut capit furtiue ⁊ ꝑ modū raptoris ⁊ nō authoritatiue: nō īcurrit hūc canonē: factus ē em̄ hic canō cōtra eos q̄ ī curia authoritatē ſibi dē facto vſurpāt ꝓpterea enim dr̄: q̄ iuriſdictionē ordinariā vl̄ delegatā nō hn̄tes ꝓpria temeritate ⁊c. ¶ Tertiū eſt. ꝙ ſi qs ex exorta tūc ira: rixa: controuerſia: ⁊ breuiter nō aīo quieto p̄meditatus ꝓrumpit in verberādū aut occidēdū curialē in curia: nō incurrit hūc canonē: qꝛ nō vocatur in propoſito ex propoſito deliberato facere: qui ex non premeditatione quieti animi facit alioquin ſuperflue apponeretur ex propoſito deliberato: ſi deliberatio ſufficiens ad peccatum mortale ſufficeret ad hūc canonē incurrendū: cōe ſiquidem eſt omni excōicationi ſubeſſe peccatum mortale. Et ſemper hoc ſub intelligitur: niſi quis adeo deſipiat vt putet aliquem ex actu non deliberato excōicatū: aut i hoc ſolo cāone explicatū qd i

Univer[...] Deusto
Biblioteca



ceteris ſubintelligitur:quod irrationabile eſt.
ꝑ Quartũ eſt/ꝙ vltimus caſus(ſcilicet de ꝑnitien tibus morātes in curia)ſcriptus quidē eſt/iam ꝑ centũ annos quotannis ꝓmulgatur:ꝛ tñ a nullo aduerti aut practicari videt/tā in foro iudiciali ꝙ̄ ꝑnie:nullus ſiquidē(ni fallor)ex hoc ſe aut alium reputat excõicatum. Actiones aũt acceſſorie due ſunt:mandare. ꝛ facere fieri aliquid dictorum. ita ꝙ non ſolum qui mandato/ſed qui alia via ꝙ̄ mandato facit aliquid horum fieri:excommunicat⁹ eſt. Et eſt papalis.

¶ In ſacrilegos/litigantes in ro. curia quomodolibet offendentes. Ca. xv.

Excõmunicamus Et anathematizam⁹ omnes illos qui per ſe vel aliũ ſeu alios/ quaſcũq̃ ꝑſonas eccleſiaſticas vel ſeculares ad ro. curiā ſup ſuis cauſis ꝛ negocijs recurrētes/illaq̃ in eadē curia pſequētes aut ꝓcurātes negociorũq̃ geſtores/aduocatos vel ꝓcuratores ipoꝝ/vel ēt auditores ſeu iudices ſuper dictis cauſis ſeu negocijs deputatos. occaſione cāꝝ vel negociorũ hmõi verberāt/mutilāt vel occidunt ſeu bonis ſpoliant. Vel q̄ ꝑ ſe vel aliũ ſeu alios directe vel indirecte ꝑdicta exequi. vel ꝓcurare. aut in eiſdē conſilium/auxiliũ vel fauorem preſtare nõ verētur:cuiuſcũq̃ preeminētie/dignitatis ꝛc. fuerint. In proceſ. cene domini

Canonis Iſtius materia ē ſacrilegiũ quo ex certa ſpāli cā(ſcꝫ litis vel negocij)





gocij)offendūtur q̄ ſub ꝓtectiõe aplice ſedis ſunt. Et quo ad ꝑſonas offendentes eſt vlis. Quoad ꝑſonas vo offenſas/ꝯtinet octo gña ꝑſonaꝝ:ſcꝫ ad ro. cu. ſup ſuis cāis recurrētes/proſequentes/ꝓcurātes/negociorũ geſtores/aduocatos/ꝓcuratores/auditores/iudices. Quo ad actiones autē principales explicat quattuor:verberare/mutilare/occidere/bonis ſpoliare. Opꝫ tñ actiões iſtas nõ ex quacunq̃ cā:ſꝫ occaſiõe cāꝝ vel negociorũ hmõi fieri. ſi incurrenda eſt canonis huius cenſura. Quoad actiones vero acceſſorias/multiplicatur valde:vt patet intuenti. Et eſt papalis.

¶ In eum qui quempiam chriſtianorum per aſſaſſinos interfecerit/vel interfici mandauerit:aut eos receptauerit/defenderit/vel occultauerit. Ca. xvj.

Tatuim⁹ Ut q̄cunq̃ princeps prelat⁹ ſeu q̄uis alia eccleſiaſtica ſecularis ſiue ꝑſona quēpiā chrianoꝝ ꝑ aſſaſſinos interfecerit vel interfici mādauerit(q̄uis mors forſitan ex hoc nõ ſequat)aut eos receptauerit/defenderit vel occultauerit:excõmunicationis ſententiā ꝛ depoſitionis a dignitate/ordine/honore/officio ꝛ beneficio/incurrat ipo facto. Inno. iiij. de homicidio. ca. pro humani. li. vj.

Canonis Iſtius materia eſt homicidiū/ nõ qualecũq̃/ſed ſacrilegũ:cõditus eſt eñ cõtra quādā ſacrilegā viā occidendi chrianos. Et quo ad ꝑſonas eſt vniuerſalis. Quo ad actiões vo ꝯprehēdit q̄nq̃ actiões:pria ē chri

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtianū ꝑ aſſaſſinos interficere: ſecūda ē mādare et
ſi nō ſequat effectus: tertia eſt eos aſſaſſinos rece
ptare: quarta eſt eos defendere: quinta eſt eos oc-
cultare. ¶ Ubi primo nota / ꝙ aſſaſſini non dicūtur
hic qui vulgariter vocātur aſſaſſini: ſed quedā ſpe
cialis gēs infidelis (vt litera innuit) habens ſuū
dominū: que hodie ignota videtur. ¶ Deinde ad
uerte / ꝙ in hoc canone mandati actio nō punitur
vt acceſſoria / ſed vt principalis. et propterea puni
tur etiam ſi effectus non ſequatur: et ſimile eſt de
aliis tribus actionibus ſequentibus. Ita ꝙ rece
ptatores / defenſores / occultatores aſſaſſinorum
etiam ſi non occiderint. aut occiſuri ſint chriſtia-
num: ſunt excommunicati: quia ſic ius diſponit.
Et eſt epiſcopalis.

¶ In ſacrilegos eccleſie romane terras offen
dētes. Ca. xvij.

Excōmunicamus Et anathe
matizam⁹
omnes illos qui per ſe vel aliū ſeu alios
directe vel indirecte ſub quocūꝙ titu-
lo vel colore occupant / detinent vel hoſtiliter de-
ſtruunt ſeu inuadunt: aut occupare detinere vel di
ſcurrere aut iuadere hoſtiliter pſumūt ī totū vel in
ptē / almā vrbē / regna ſicilie ſeu trinacrie / inſulas
ſardinie et corſice / terrā citra pharū / patrimoniū
beati petri in tuſcia / ducatū ſpoletanū / comitatū
venayſinū / ſabinēſem / marchie anchonitane / maſ
ſe trebarie / romādiole / cāpanie et maritime puin
cias: ac terras ſpecialis commiſſionis arnulforū:
ciuitateſꝙ noſtras / bononiā ferrariā bñuētū / pe



ruſiā / auinionē / ciuitatē caſtelli tudertū: et alias
ciuitates / terras et loca vel iura ad ipſaꝫ ro. eccleſiā
ſpectātia et adherētia: ac fautores et defenſores eo
rum: ſeu in his dantes auxiliū / conſilium: vel fauo
rem. In pro. cene domini.

Canonis Iſtius materia eſt ſacrilegium
quo offenduntur terre eccleſie
romane. Et quo ad perſonas eſt vniuerſalis. Quo
ad actiōes vero principales / numerat quattuor:
ſcilicet occupare / detinere / hoſtiliter deſtruere ſeu
inuadere / tam in preſenti ꝙ in futuro. Et modifi-
cantur dicte actiones multipliciter: ſcilicet per ſe
vel aliū: et directe vel idirecte. et excludunt colores
etc. Acceſſorie aūt ſunt: fauere / defendere / ꝯtulere.
Que aūt ſint terre et loca eccl'ie ro. in lra explicat.
Et ē papalis. ¶ Aduerte hic ꝙ quū in terris eccl'ie
ꝯtigit. ꝙ ps exñs extra armata manu volēs itrare
iuadit ciuitatē nō vt ſubtrahat eā eccl'ie: ſꝫ vt ipſa
ps ibi regnet eo mō quo ptes iſte regnare ꝯſueue
rūt canonē iſtū icurrit: q: terrā eccl'ie in parte ſal-
tē hoſtiliter iuadit ſub colore manēdi ī domo ſua.
Immo (vt a cōiter accidētib⁹ pꝫ) hmōi iuaſio tē-
dit a ſubtrahēdū eccl'ie ro. terrā quo ad liberū re
gimen. Romana ſiquidem eccleſia in terris vbi fa-
ctio regnat. titulare dñiū potius hꝫ ꝙ cū effectu.

¶ In latrones maritimos. Ca. xviij.

Excōicamus / Et anathematiza
mus oēs piratas
curſarios / latrūculos maritimos: et illos
precipue ꝗ mare nr̄ꝫ a monte argētario
vſꝙ ad tarracinam diſcurrere: et nauigātes in illo

Biblioteca



depredari mutilare/interficere/ac rebus ⁊ bonis ſuis ſpoliare preſumpſerũt hactenus ⁊ pſumũt. ac omnes receptatores eorundem: ⁊ eis auxilium dantes/conſilium vel fauorem. In pro. cene dñi.

**Canonis** Iſtius materia eſt latrocinium maritimuꝫ. Et quo ad perſonas/ vnum genus pſonarum nominat̃ diuerſis nominibus: nã pirate ſ͡deꝫ ſunt q̃ vulgariter corſarij appellant̃: latrũculi quoq; marini/parui pirate ſunt Totũ ergo genus piratarꝫ excõicatur: ⁊ precipue infra mare eccleſie ro. diſcurrẽtiũ. Actiones principales ſunt quinq;: depredari/mutilare: interficere/bonis ſuis ſpoliare/et receptare eoſdem. Acceſſorie autem ſunt tres: conſulere/auxiliari/fauere. Et eſt papalis.

¶ In ſacrilegos ſedeꝫ apoſtolicam in ſuis victualibus offendentes. Ca. xix.

**EXcõmunicamus** Et anathematizam' omnes impedientes ſeu inuadentes victualia ſeu alia ad vſum ro. curie neceſſaria adducentes. vel qui ne ad ro. curiam ipſa adducantur vel deferantur impediunt ſeu perturbant: ⁊ qui talia fieri faciunt vel defendunt: cuiuſcunq; fuerint ordinis/preeminẽtie ⁊c. In pro. cene do.

**Canonis** Iſtius materia ẽ ſacrilegiũ quo offenditur ſedes apl̃ica in ſuis victualibus. Et quo ad pſonas eſt vl'is. Quo ad actiones principales/ſunt quattuor: ſed diſtincte i duas cõbinatiões pp diuerſitatẽ terminorꝫ. Nã pria cõbinatio ẽ ipedire vl' iuadere hoies adducẽ



tes victualia vel alia neceſſaria ad vſum romane curie. Scd̃a vero cõbinatio eſt impedire vel perturbare ne pdicta adducant̃ ad curiã. Ita ꝙ prio prouidet̃ hominibus adducẽtibus: ſecũdo rebus adducendis. Quo ad actiones vero acceſſorias/ ponuntur due actiones: ſcilicet defendere/vel facere fieri talia: q̃uis errore ſcriptorũ li fieri omiſſum ſit in textu etiam plumbato. Et eſt papalis. Aduerte hic/ꝙ quã ex volũtate ⁊ propoſito maleficia diſtinguant̃: ſiquis nõ gratia impediendi vel pturbãdi ea q̃ ſunt ad curiã/ſed cõſulendi proprie patrie ꝯmoditati/inhibeat nequis extrahat de patria fruges ⁊c. q̃uis inde ſequatur ꝙ nõ pñt deferri ad curiã ro. non propterea incidit in hũc canonem. Similiter ſiquis tempore peſtis i curia inhibet ſuis nequis vadat romam reuerſurus ⁊c. non incidit in hunc canonem: ⁊ ſic de ſimilibus: q2 non per ſe agitur contra curiam: ſed pro neceſſitate/pro ſanitate patrie ⁊ huiuſmodi/per ſe agitur licet per accidens redundet in damnum curie. ſed pene ac cenſure intelligende ſunt penes id quod eſt per ſe: ⁊ non penes id quod eſt per accidens.

¶ In ſacrilegos chriſtianum principatum offendentes/opem ferendo inimicis crucis chriſti. Ca. xx.

**EXcõicamus** Et anathematizamus illos qui contra chriſtum ⁊ populum: chriſtianum/ſarracenis arma ferrum ⁊ lignamina deferũt galearum; eos etiam qui galeas eis vẽ

Universidad de Deusto Biblioteca



dunt vel naues: quiq; in piraticis ſarracenoꝝ na
uibus curam vel gubernationem exercēt: aut ma
chinis aut quibuſlibet alijs aliquod eis impēdūt
conſilium vel auxilium in diſpendiuȝ terre ſancte.
Ipſoſq; rerum ſuarũ priuatione mulctari ⁊ capiē
tium ſeruos fore cēſemus: precipientes vt per om
nes vrbes maritimas in diebus dominicis ⁊ feſti
uis huiuſmodi ſententia publice innouetur. Et ta
libus gremium non aperiatur eccleſie: niſi totum
quod ex commercio tam damnato perceperint et
tantundem de ſuo in ſubſidium terre ſancte tranſ
miſerint. Et infra. Quod ſi forte ſoluēdo non fue
rint: ſic alias reatus taliũ caſtiget/ ꝙ in pena ipſo
rum alijs interdicatur audacia ſimilia preſumēdi.
Inno. i. ꝯci. gñali. extra de iudeis. ca. ad liberādũ.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſacrilegiũ cō
tra chriſtianũ principatum com
miſſum/ opem ferendo inimicis crucis chriſti. Et
multis in locis repetitus diuerſimode inuenitur:
⁊ in iure/ ⁊ in extrauagantib⁹/ ⁊ in proceſſu qui ſit
in cena domini.

¶ Ut autē clare percipiatur quid/ qñ ⁊ vbi prohi
bitũ ſit. diſtingue tpa ⁊ loca. Et ſcito ꝙ ſm oē tps
⁊ ſm oēm locũ infideliũ. excōicati ſunt deferētes
equos/ arma ferrũ/ lignamina/ ⁊ alia ꝓhibita qui
bus chriſtianos īpugnāt: vt pȝ in cena do. vbi ſic
dicitur. Excōicamus ⁊ anathematizamus omnes
illos. qui equos/ arma/ ferrum/ lignamina/ ⁊ alia
prohibita deferunt ſarracenis/ turcis/ ⁊ alijs chri
ſti nominis inimicis: quib⁹ chriſtianos impugnāt.
¶ Tpe ṽo guerre excōicati ſunt deferētes ēt quecũ



q; mercimoniũ/ vt patet in ca. quod oliȝ. de iudeis
⁊ ſarra. Et omni rurſus tpe/ deferētes ēt victualia
⁊ quecunq; mercimonia. in alexādriā vel alia loca
ſarracenoꝝ terre egipti excōicati ſunt. vt patet in
extrauagan. cle. v. multa mentis. poſita inter cōes
extrauagātes i ti. de iude. ⁊ ſarra. Et tā hec tertia
ꝙ prima excōicatio reſeruat̃ pape. ſecũda aũt quate
nus ab vtraq; harũ ſeparatur: ab epō abſolui pōt.
¶ Aduerte deinde/ ꝙ appellatiōe armoꝝ veniũt
nō ſolũ offenſiua/ ſed defenſiua: ex quacunq; mate
ria ſint. Per ferrũ aũt ⁊ lignamina/ precipuaȝ ma
teriam intellige armoꝝ ⁊ galearũ ac nauiũ. Et ꝑ
alia ꝓhibita/ accipe nō ſolũ naues ⁊ galeas ipas:
ſed quaſcũq; ſecũdarias proprias materias: armo
rum: galearũ: nauiũ: vt ſunt ſartie/ vela galearuȝ:
⁊ breuiter quecunq; ad hoc ſunt vt ex eis chriſtia
ni impugnentur: ſic enim proceſſus cene domini
explicat. Victualia autē ⁊ cōis vſus merces (vt pā
ni linei vel lanei: ⁊ alia huiuſmodi) non veniũt ap
pellatiōe ꝓhibitoruȝ: vt patet ex eo ꝙ in dicta ex
trauagante poſtꝙ dictũ eſt: ferrum/ equos/ arma
⁊ alia vetita. ſubiungitur. necnon victualia ⁊ mer
cimonia. Unde ſequitur ꝙ excōicatio cene domi
ni/ non extenditur ad deferētes victualia et cōes
merces ad infideles. Et hoc bñ nota. Uñ hõs oēs
merces deferētes nō ſunt excōicati: niſi tpe guer
re/ aut niſi in alexandriā vel partes egipti deferāt:
quum excommunicatio contra illos non inuenia
tur/ niſi vt dictum eſt.
¶ Et qlibet canō ē vlis qad ꝑſonas. Sȝ q ad actio
nes diſtāt: q: in hoc canone explicant̃ quinq; actio

Universidad de Deusto Biblioteca



nes.prima eſt deferre:ſecunda vendere:tertia cu/
ram exercere:quarta cōſulere:quinta auxiliari:vt
patet in textu. In canone vero cene domini ſola
vna actio ponitur:ſcilicet deferre. Et eſt nō ſolus
papalis/ſed penalis abſolutio:vt in iure recitato
vides.

¶ In effractores locorum ſacrorum. Ca.xxi.

Hemoratos Sacrilegos (q
ſcilicet confre/
gerant violenter quaſdā eccleſias/
et expoliauerant) excommunica/
tos nuncietis:⁊ faciatis ſicut excō
municatos arctius euitari:donec
paſſis iniuriā congrue ſatiſfaciant/⁊ damna data
reſartiant/⁊ cum literis veſtris rei veritatem con
tinentibus apoſtolico ſe conſpectui repreſentēt.
extra de ſen.excom.conqueſti.

Canonis Iſtius materia eſt ſacrilegium:
quo frangitur eccleſia ⁊ ſpoliatur.
Et quo ad pſonas vniuerſalis ē. Quoad actiōes
vero comprehendit duas ſimul:ſcilicet frangere
⁊ expoliare. ¶ Ubi nota primo/duo requiri ſimul
vt ſit locus canoni:ſcilicet effractionē ⁊ ſpoliatio
nem. Et effractio quidem ad templum) ſiue fran/
gatur paries/ſiue ianua/ſiue ſera/ſiue tectū ⁊c.)
ſpoliatio autem ad res que tolluntur/refert. Et
proptrerea ſiquis aperiret eccleſiam ⁊ ſpoliaret/
aut frāgeret ſed non ſpoliaret:nō ſubijceret huic
canoni.

¶ Nota ſcdo/ꝙ hic canō nullā īfert excōicatiōem
ſed latā ſupponit/⁊ denūciationē mādat/ac denū



ciati abſolutionē apoſtolice ſedi reſeruat. Sꝫ vbi
lata ſit iſta ſententia que hic ſupponitur/non faci
le patet.niſi dicendo ꝙ canon iſte per hec ſua ver
ba interpretatus/quo ad hunc caſū fuiſſe anathe
ma late ſentētie canonē lucij pape i decretis.xvij.
q.iiij.ca.omnes eccleſie. Indubie ſiquidem tene/
tur huiuſmodi eccleſiarum effractores cū ſpolio
eſſe ipſo iure excommunicatos ex hoc textu:quia
mandantur denunciari excommunicati.non pōt
enim denunciari excommunicatus niſi qui iā eſt
excōicatus. Et eſt papalis poſt denunciationem.

¶ In incendiarios. Ca.xxij.

Incendiarij Ex quo ſunt per ec
cleſie ſententiā pu/
blicati pro abſolutionis bñficio ad ſedē
apoſtolicā ſunt mittendi. Cle.iij. extra
de ſen.ex.ca.tua.

Canonis Iſtius materia eſt iniurioſū in
cēdiū. Et quoad pſonas eſt vni
uerſalis. Quo ad actiones vnam ſolā punit actio
nē:ſcꝫ iniurioſe incendere/nō qualitercunqꝫ/ſed
poſt ſententiā. ¶ Ubi nota nullam in hoc canone
excōicationis ſententiam ferri:ſed ſi per eccleſie
(hoc eſt prelatorum) ſententiam ſunt non ſolum
excommunicati/ſed publicati.tunc abſolutio re/
ſeruat ſedi apoſtolice. Et quia non arctat ſe canon
ad incendiarios eccleſiarum.ideo de quibuſcunqꝫ
incēdiarijs intelligo. Et intelligitur in propoſito
incendiarius non ab actu incendendi/ſed a vitio.
qui enī malo ſtudio incendit domum/ſegetem/oli
uetū ⁊c.incendiarij crimē incurrit. ¶ Et ſcito excōi

Universidad de Deusto Biblioteca



cationē cōtra incendiarios eccleſiarum latā/nulli
bi inuētā a me eſſe:q̄uis queſierim que allegātur
loca.ꝛ ꝓpterea nō habeo eos ꝑ excōicatis.Et ſiq̄
forte fundēt excōicationē hāc ſup canone q̄ h̄r.xj.
q.iij.ca.canonica.aduertāt p̄io canonē illū cōem
eſſe oībus violatoribus eccłiarū.deinde φ non vr̄
ligare oēs chr̄i fideles:q: vr̄ canō nec concilij vni-
uerſalis nec pape/ſʒ particularis ſynodi:ſcʒ auri-
ſiacen̄.cōſtat autē hmōi canones p̄ſertim penales
nec ex ſe nec ex gratiani compilatoris authorita-
te viʒ ſuā extendere ad vniuerſas chriſti eccleſias.

¶ In eos qui chriſtianos naufragantes re-
bus ſuis ſpoliant.Ca.xxiij.

Li Qui chr̄ianos naufragiū patien
tes ſpoliāt rebus ſuis:niſi ablata
reddiderint excommunicationi ſe noue
rint ſubiacere.Ex conci.lateranē.de ra-
ca.excommunicationi.

Canonis Iſtius materia eſt furtū ſeu ra-
pina bonorum naufragorūʒ.Et
quoad perſonas vl'is eſt.Quo ad actiones vnam
punit ſcilicet ſpoliare bonis patientes naufragiū.
Ubi aduerte canonē hūc cōtra iniquā detētionē
rerū chr̄ianoꝝ naufragoꝝ/cōſideraſſe duo cōcur-
rere ī hac iniquitate.Prio acceptionē reꝝ ex nau
fragio.deinde vſurpationē earūdē rerū vt propria
rū.Et q: primus actus (hoc eſt accipe hmōi res)
pōt bn̄ et male fieri:ꝛ hēt ſpem boni (q̄m eſt ſalua
tio reꝝ piclitantiū) ꝛ pōt fieri ex pia charitate/ad
opē.ſ.ferēdā dn̄is reꝝ illarū:ꝛ pōt fieri ex auara ini
quitate ad appropriandū ſibi res illas:ideo nō eſt



punitus actus iſte acceptiōis ab hoc canone.Se-
cūdus aūt actus (qui eſt detētio rei aliene inuito/
dn̄o) q̄m manifeſtā ꝛ inexcuſabilem continet ini-
quitatem:punitus eſt ab hoc canone excōmunis
ſentētia.Et q: act⁹ iſte (ſcʒ detinere res naufrago-
rū ipſis inuitis) cōſummat̄ ī omiſſiōe reſtōnis.ꝓ-
pterea canō iſte nō ꝑcutit hmōi q̄ſi raptores ſeu
fures/niſi quū venerint ad omiſſionē reſtōnis de
bite.Et q: tp̄s reſtituēdi determinatū ē ad ſtatim
(q: obligat ip̄ ꝛ ad ſemꝑ) ideo ſtatim incurrit hec
excōicatio quū qs ē in mora:hoc ē quū q̄s pōt re-
ſtituere ꝛ nō reſtituit.Nec eſt opus monitiōe:tū q:
tp̄s reſtōnis determinatū eſt ipo iure vt dictū eſt:
tum quia falſum eſt cenſuras cōtra omittētes/exi
gere monitionē:vt patet ex eo φ inquiſitores odio
vel amore ꝛc.omittētes/abſq3 alia monitiōe ſunt
excōicati:iuxta ca.multoꝝ.d̄ here.i cle.Et ē ſpalis.
Aduerte confeſſor leges aut conſuetudines ali-
cubi de confiſcatione bonorum naufragorum/eſſe
corruptiones legum ꝛ bonorum morum:addētes
afflictionem afflicto.

## Cōtra offēdētes ap̄licā ſedē.

¶ In cardinales ſede vacāte cōſtitutiōi de ro
mani pōt.ꝑter ſimoniam faciēda electiōe/quo
uis modo contrauenientes.Ca.xxiiij.

INhibemus Omnibus ꝛ ſin-
gulis ſacte roma
ne eccleſie cardinalibus qui ꝓ tēpore
erunt:/ et eorum ſacro collegio : ne/
apoſtolice /ſede /vacante / predictis:

Universidad de Deusto Biblioteca



ſcilicet de romani pont. ꝑter ſimoniã faciẽda electione) ꝯtrauenire vel cõtra premiſſa vel aliquod premiſſoꝝ ſtatuere/diſponere/ordinare/vel aliquo modo facere ſeu attentare preſumant quocunq̃ exquiſito colore vel cauſa/ſub excõmunicationis late ſnie pena: quã ipſo facto incurrant. Et a qua nõ niſi per romanũ pont. canonice electũ abſolui poſſint: niſi in mortis articulo. Juli⁹. ij. in extrauaganti/quum tam diuino. ⁊ fuit per lateranẽſe concilium approbata.

Canonis Iſtius materia eſt ſimonia non quecũq̃/ſed circa electionem pape. Et quoad perſonas eſt particularis: vtpote ſolos cardinales ꝯprehendens. Quoad actiones vero numerat ſex actiones. prima eſt ꝯtrauenire: ſecunda ſtatuere: tertia diſponere: quarta ordinare: quinta aliquo modo facere: ſexta aliquo modo attentare. Et hec omnia intelliguntur ſede vacante. Ita ꝙ ſi cardinales ꝯtra ordinata de pape preter ſimoniã electione contrauenïant aut ſtatuant ⁊c. ſunt excommunicati. Et eſt papalis.

¶ Ubi nota ꝙ licʒ ſecundũ antiqua iura non potuiſſet excipi ꝯtra papam ſimoniace electũ (q: quantũcunq̃ ſimoniacus erat verus papa) poſt hãc tamen ꝯſtitutionem papa ſimoniace electus non eſt papa in veritate. Et cardinales ſede vacante iurant ſe ſeruaturos hanc conſtitutionem.

¶ In eos qui ab ordinationib⁹/ſentẽtijs ſeu mandatis ro. pont. ad futurum ꝯcilium appellant: aut fauorem/ꝯſilium/auxiliumve ad hoc preſtant ⁊c. Ca. xxv.



Sane Olim fe. re. pius papa. ij. predeceſſor noſter de fratrũ ſuorũ ſancte ro. ec. cardinaliũ cunctorũq̃ prelatoꝝ/ac diuini ⁊ humani iuris interpretum curiã ro. ſequẽtiũ in dicta ſeu ꝯgregatione mantuana exiſtẽtiũ approbatione/matura prius ⁊ graui premiſſa diſcuſſione: ⁊ de eorundẽ congregatoꝝ vnanimi ꝯſilio ⁊ aſſenſu ac ex certa ſciẽtia prouocationes ad futurũ ꝯcilium efficaciſſimis ⁊ palpabilib⁹ rationibus tanq̃ erroneas ⁊ deteſtabiles damnauit: ac ſub excõicationis late ſentẽtie ⁊ interdicti penis precepit: nequa perſona cuiuſuis dignitatis ſiue etiã vniuerſitas aut collegiũ quouis queſito colore ab ordinationibus ſentẽtijs ſeu mandatis quibuſcũq̃ ſuis ⁊ ſucceſſoꝝ ſuorum/appellationẽ huiuſmodi interponere audeant. ⁊ contrafacientes vna cum fautoribus ſuis/⁊ ꝯſiliũ auxiliumve preſtantibus (ſiue tabelliones ſint ſiue teſtes/ſiue aduocati ſiue alij quicunq̃) non ſolũ penis ⁊ cenſuris predictis/ſʒ etiaʒ his que leſe maieſtatis ⁊ heretice prauitatis reis imponuntur obnoxios eſſe ſtatuit. ¶ Et infra. Dictasq̃ penas ⁊ carũ quãlibet oẽs illos ipſo facto incurrere volum⁹ (cuiuſcũq̃ conditionis exiſtant ⁊ gradus prerogatiua prefulgeãt) qui in ſenatu/ꝯcilijs/parlamentis/ꝯgregationib⁹ etiã ſynodalibus ⁊ prouincialibus vel alias quomodolibet tacite vel expreſſe/voce vel ſcripto/per ſe vel aliũ/cuiuſcunq̃ timoris vel reuerentie velamine vel pretenſa excuſatione ⁊ ſuperioris mãdato non obſtañ. decreuerint/conſuluerint ſeu deliberaue-

Universidad de Deusto
Biblioteca



rint/vel aliorum dicta approbauerint/ꝯſilium aut vocem dederint vt ad futurum vniuerſale ꝯcilium a nobis vel ſucceſſoribus noſtris romanis pont. ꝯtra predictam ꝯſtitutionem. appellare liceat poſſit vel debeat: dictas penas ad ipſos ⁊ eorū quemlibet ꝯtrauenientē in premiſſis/tenore preſentium extendentes ⁊ locū habere declarātes oī ambiguitate ceſſante. Juli⁹.ij.i extraua. ſuſcepti regimis.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſacrilegiū cōtra ſedis apoſtolice primatum. Et quoad pſonas eſt vniuerſalis. Quoad actiões vero principales ꝯſtitutio pij ponit vnam tm̄: ſcȝ appellationē ad futurum ꝯciliū ab ordinationib⁹ ſententijs ſeu mandatis ro. pont. ſed acceſſorias ponit tres: fauere/ꝯſulere/auxiliari. Extenſio autem iulij addit ſex actiones principales: ſcȝ decernere: ꝯſulere/deliberare/approbare aliorū dicta/ꝯſilium dare/vocem dare/vt ad futurū ꝯcilium cōtra dictam ꝯſtitutionem pij appellari liceat, poſſit vel debeat. Et ꝗlibet actio multiplicat̄ ꝑ modos/tacite vel expreſſe/voce vel ſcripto/ꝑ ſe vel ꝑ aliū.

¶ Ubi nota primo ꝙ licȝ omnes iſte actiones tāꝙ acceſſorie fuerint excōicationi ſubiecte per ꝯſtitutionem pij: nō erāt tamen per ꝯſtitutionem illam excōmunicationi ſubiecte tanꝙ principales actiões. ⁊ propterea nō erant iſti dantes ꝯſilium aut vocē verbo vel ſcripto/excōmunicati niſi ſubſecuto effectu (hoc eſt niſi ſubſecuta pricipali actione que eſt appellare futurum ꝯcilium) ſed per adiunctam extenſionem iulij quilibet horum eſt excōmunicat⁹ ſtatim vt dat vocem ſeu ꝯſilium vt poſſit liceat ſeu



debeat appellari/etiam ſi effectus non ſubſequatur: q: ſic diſponit decretalis iſta. alioquin fruſtra eſſet extenſio iſta ad eaſdē actiones vt acceſſorias ⁊ ꝯcomitantes: quoniam iam per pium comprehenſe ſic erant ſub nomine dantium conſilium/auxilium vel fauorem.

¶ Nota ſecūdo differentiam inter ꝯſulentes ꝙ fiat hec appellatio/⁊ ꝯſulētes ꝙ fieri poſſit aut liceat aut debeat hec appellatio. nam primi non ſunt excommunicati niſi ſequatur appellatio: q: per pij ꝯſtitutionem excommunicātur vt cooperatores. Secundi autem ſunt excōicati ipſo facto: vt patet per extenſionē iulij. Nec iſtius differentie querenda eſt alia cauſa/niſi q: decretalis ſic diſponit: ⁊ pene non ſunt extēdende vltra ꝓprios caſus.

¶ In literarum apoſtolicarū falſarios/⁊ ipſorum fautores. Ca.xxvj.

NOs Omnes falſarios literarum apoſtolicarum/qui per ſe vel alios vitium falſitatis exercent/cū defenſoribus ⁊ fautoribus ſuis anathematis vinculo decernimus innodatos ⁊c. Inno.iij. extra de cri. fal. ad falſariorum.

**Canonis** Iſti⁹ materia eſt ſacrilegiū quo offendit apoſtolica ſedes in falſitate ſuarum literarum. Et quo ad pſonas ē vniuerſalis. Quoad actiones principales ꝯtinet duas. prima eſt exercere vitiū falſitatis in apoſtolicis literis ꝑ ſeipſos: ſecunda eſt exercere hoc idem per alios.

Universidad de Deusto Biblioteca



Et duas acceſſorias:ſcȝ fauere ⁊ defendere.
¶ Aduerte primo ꝙ canon excõmunicationis non extendit ſe ad oĩes quomodolibet falſarios:hoc eſt qui quouis modo poſſunt dici falſarii apoſtolicarum literaꝝ. Unde nõ ꝯprehendit ſubrepticias ſeu obrepticias literas apoſtolicas impetrãtes et edentes:qm̃ littere tales nõ ſunt falſe:ſed vere litere apoſtolice. Nec ꝯprehendit vtentes ſcienter literis apoſtolicis falſis:qꝛ canon ipſe diſtinguit vtentes ꝯtra exercentes per ſe vitiũ falſitatis huiuſmodi:ac ꝑ hoc aperit vtentes nõ venire appellatione exercentiũ per ſe vitiũ falſitatis huiuſmodi. Et quũ conſtet ꝙ non oportet vtentes ꝯprehẽdi ſub appellatione exercẽtiũ per aliũ (quũ per ſeipſos vtantur literis falſis) ꝯſequens vt nõ cõprehendantur vtentes ſub hac cenſura.
¶ Nota ſecũdo in eodẽ capitulo ſubiungi excõmunicationem ꝯtra laicos vtentes literis apoſtolicis falſis. Ita ꝙ prima excõicatio eſt communis laicis ⁊ clericis. Secunda aũt eſt propria laicis:quia textus diſponit aliã penam clericis. Prima quoqꝫ excõmunicatio ꝯprehendit apoſtolicarũ literarũ falſarios oẽs qui vitiũ falſitatis exercent ꝑ ſe vel alios. Secunda aũt ſolos vtentes.
¶ Aduerte tertio/ꝙ lȝ neutra harũ excõicationum ſit pape reſeruata ex hoc textu:ex proceſſu tamen cene dñi reſeruatur prima:et extenditur excõicatio prima abſqꝫ limitatione aliqua ad omnes falſarios literaꝝ apoſtolicaꝝ/⁊ ſupplicationum gratiam vel iuſtitiam ꝯcernentiũ. Et dicitur ſic. Excõicamus ⁊ anathematizam⁹ oẽs falſarios bullarũ ſeu lite
rarum



rarum apoſtolicaꝝ:⁊ ſupplicationũ gratiã vel iuſtitiã ꝯcernentiũ/per ro. pont. vel vicecancellariũ ſeu gerẽtes vices coꝝ aut officiũ vicecãcellarii ſancte ro. eccłie de mandato eiuſdẽ ro. pon. ſignataꝝ: aut ſub nomine eiuſdẽ ro. pont. vicecancellarii aut gerentiũ vicẽ p̄dictoꝝ/ſignantes ſupplicatiões eaſdẽ. Ubi videre potes ꝙ canonis iſtius materia eſt latior: quoad actiones ⁊ quo ad actionũ materias. Quoad actiões quidẽ:qꝛ ibi ſola falſatio:hic falſatio ⁊ ſignatio. Quoad materias vero:qꝛ ibi ſolũ de lr̃is aplicis/hic de lr̃is ⁊ ſupplicatiõib⁹ agit̃.
¶ Aduerte quarto/ꝙ in ca. dura. de cri. fal. reſeruat̃ pape abſolutio tenẽtis literas apoſtolicas falſas poſt viginti dies:ſi epiſcopus tulit contra tales in communi excommunicationem.
¶ Recolito q̃qꝫ/ꝙ tã vtens falſis q̃ tenẽs falſa:ꝓ ſe loquẽdo nõ ẽ niſi q ex itẽtiõe vtit̃ falſis aut tȝ falſa:hi eñ ſoli directe crimẽ hoc incurrunt. Uñ vtẽtes aut tenẽtes ignorãter/nõ ligant̃:niſi forte ignorãtia tã culpabilis fuerit vt redeat act⁹ i naturã ſui vitii. qđ regulr̃ nõ eſt qñ ſi ſciuiſſet:nullo pacto vſ⁹ fuiſſet aut tenuiſſet. ⁊ hoc in foro ꝯſcientie.
¶ Aduerte quinto/ꝙ (vt refert ſanct⁹ antonin⁹ archi. flo. in tertia ꝑte ex hoſtieñ.) lr̃is domini pape nec in magno nec in modico quis manũ apponere põt/etiam lr̃am vel punctũ corrigẽdo:ita ꝙ ipſo facto excõicatiõis ſniam incurrit reſeruatam ſedi aplice:exceptis officialib⁹ quibus hoc competit.
¶ In offẽdẽtes aplice ſedis authoritatẽ tã in ſuis ſuo:nec lr̃is/ꝓceſſib⁹ ⁊ exequutiõib⁹:q̃ in iuriſdictionũ/fructuũ/reddituũ ⁊ prouentuũ

nõ vacantium vſurpatione ꝛc. Ca. xxvij.

EXcõicam⁹ Et anathematizam⁹ illos q̇ ne lr̄is ⁊ mandatis ap̄lice ſedis ⁊ legatoꝝ ac nūcioꝝ ⁊ iudicū delegatoꝝ eiuſdē graꝫ vel iuſtitiā ꝯcernentib⁹: decretiſqꝫ ſuper illis ⁊ ceteris iudicatis / p̄ceſſib⁹ ⁊ exequutorialib⁹ nõ habito primum eoꝝ beneplacito ⁊ aſſenſu pareatur: neue tabelliones ⁊ notarij ſuper huiuſmodi literaꝝ ⁊ p̄ceſſuum exequutione inſtrumēta vel acta ꝯficere: aut ꝯfecta parti cuius intereſt tradere ſub grauiſſimis penis p̄hibere / ſtatuere ſeu mandare p̄ſumunt. Quive iuriſdictiones ſeu fructus / reddit⁹ ⁊ p̄uent⁹ ad eccleſiaſticas perſonas ratione eccleſiarum / monaſterioꝝ ⁊ aliorum beneficioꝝ eccleſiaſticorum per eas obtentoꝝ pertinentes vſurpāt vel arripiunt: ſeu quauis occaſione vel cauſa ſine romani pont. expreſſa licentia ſequeſtrant. Vel qui per ſe vel aliū ſeu alios directe vel indirecte p̄dicta exequi vel p̄curare / aut in eiſdē ꝯſiliū / auxiliū vel fauorē p̄ſtare nõ verentur: cuiuſcūqꝫ p̄eminētie / dignitatis ꝛc. fuerint. In pro. cene domini.

Canonis Iſtius materia eſt ſacrilegium quo offenditur authoritas ap̄lice ſedis tā in ſuis ſuorumqꝫ literis / proceſſib⁹ ⁊ exequutionib⁹: ꝙ in iuriſdictionū / fructuū / redditū ⁊ prouentuū non vacantium vſurpatione. Et quoad perſonas eſt vniuerſalis. Quo ad actiones vero principales / ſecundum diuerſitatem materiaꝝ diuerſificatur. nam reſpectu p̄me materie tres



actiones principales ponūtur: ſcilicet ſub grauiſſimis penis prohibere / ſtatuere mandare. Ita ꝙ primo excommunicātur omnes prohibentes vel ſtatuentes vel mandantes ne obediatur literis ⁊ mandatis ꝛc. nõ habito primo ipſorū mandantiū beneplacito ⁊ aſſenſu. Et eſt hec excommunicatio ꝯtra illos qui ſtatuunt aut mādauit ſubditis ſuis ne obediant curie romane mandans ſine ꝯſenſu ipſoꝝ mandantiū. Et in eodem ꝯtextu circa eādē primam materiam ſimul excõmunicantur omnes qui prohibent vel ſtatuunt aut mandāt: ne tabelliones ⁊ notarij inſtrumenta ſeu acta ꝯficiant / vel confecta tradant parti.

¶ Deinde circa ſecundā materiam tres actiones ponunt. prima eſt vſurpare: ſecunda arripere; tertia ſequeſtrare. Vbi quinqꝫ ꝯditiones apponunt. prima ex p̄te rei accepte: ſcꝫ ꝙ ſit res eccl̄ie: puta ꝙ ſit iuriſdictio / fructus / prouentus / redditus eccleſie. Et per hanc ꝯditionem excluduntur prouent⁹ prophani quos aliunde eccleſiaſtice haberent p̄ſone. Secunda ꝙ res eccleſie vſurpentur / arripiātur aut ſequeſtrentur nõ qualitercunqꝫ: ſed vt p̄uentus / vt redditus / vt fructus eccleſie: quoniam formaliter verba intelligēda ſunt. Et per hanc cõditionem excluduntur fures ſeu latrones qui res eccleſie furantur aut rapiunt vt quaſdam res: ⁊ nõ ea ratione quia ſunt fructus aut redditus eccleſie. factus eſt enim canon iſte / non ꝯtra fures ⁊ latrones: ſed contra dominos qui beneficioꝝ eccleſiaſticorum prouentus vſurpant aut ſequeſtrant. Et qꝛ nõ limitatur ad dominos / ligat omnes qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



ea ratione arripiunt quia ſunt prouentus talis ec
cleſie. Tertia ꝙ pertineat ad perſonam eccleſiaſti
cam obtinentem illud bñficiũ. Et per hanc condi
tionem excluduntur res eedem ſi ſint eccleſiarũ
vacantium. Quarta eſt ꝙ iſta fiant ſine expreſſa li
centia pape. Ex qua forte ſequitur quinta ſcilicet
ꝙ iſta fiant quaſi authoritatiue: vt nobiles domi
ni ⁊ miniſtri qui vſurpant aut arripiunt aut ſeque
ſtrant quaſi poteſtatem habentes incurrant hũc
canonem qui directe factus eſt ad protegendum
beneficiatos ab huiuſmodi vſurpatoribus. Sed
parum prodeſſe videtur: quia domini faciũt quod
volunt. Et ſi ſunt magni domini: oportet habere
patientiam ⁊ canones ſilere ⁊c. Quo ad actiones
vero acceſſorias / multiplicatio magna eſt propter
tot modos: ⁊ extenditur ad omnia ⁊ ſingula ꝑmiſ
ſa. Et eſt papalis.

¶ In impugnantes literas electi in papã an
teꝙ̃ coronetur. Ca. xxviij.

Aduerte hoc in loco: ꝙ impu
gnãtes literas electi
in papam antequã coronetur: ſunt
ipſo facto excommunicati ꝑ quãdã
extrauagantẽ benedicti. xi. vt refert
ſanctus anthoninus archi. flo. in ter
tia parte ti. xxiij. ca. lxviij.

¶ In eos qui ſub quibuſuis penis ne ſine ipſo
rum inhibentium aut principum bene placito
mandentur exequutioni litere apoſtolice inhi
bent ⁊c. Ca. xxix.



Excõmunicamus Et anathe
matizam⁹
omnes illos q̃ ſub quibuſuis penis: qui
buſcũꝙ perſonis in genere ⁊ in ſpecie:
ne aliquas literas apoſtolicas etiam in forma bre
uis tam gratiam ꝙ̃ iuſtitiam concernentes: ⁊ cita
tiones ⁊ exequutoriales que a ſede predicta ema
narunt ⁊ pro tẽpore emanabunt: ſine eorũ vel prin
cipum beneplacito ⁊ examine exequutioni man
dent: inhibent: ac notarios exequutores vel ſub
exequutores literarũ: monitoriorum: citationum
⁊ inhibitionum huiuſmodi capiũt: incarcerant et
detinent: vel capi ⁊ incarcerari ⁊ detineri faciunt.
Et qui ex eorum officio vel ad inſtãtiã quorũcũꝙ
ꝑſonas eccleſiaſticas: ⁊ capitula: conuẽtus ⁊ colle
gia eccleſiarũ quarũcũꝙ: corã ſe ad ſuũ tribunal:
audientiam: cãcellariã: conſilium vel parlamẽtum
trahunt: ac preter iuris communis diſpoſitiones
trahi faciunt vel procurant: directe vel indirecte:
quouis q̃ſito ingenio vel colore. In pro. cene dñi.

Canonis Iſtius materia eſt ſacrilegium
quo offenditur authoritas ſedis
apoſtolice. primo in ſuis literis citatiõibus ⁊ exe
quutionib⁹: ſcdo in ſuis notariis: exequutorib⁹:
tertio ⁊ ſub exequutorib⁹ in eccleſiaſticis ꝑſonis: ca
pitulis: cõuẽtib⁹ ⁊ collegiis. Et quoad ꝑſonas eſt
vniuerſalis. Quoad actiones diuerſificatur ſcđm
materias. nam in prima materia ponit vnam actio
nem: ſcilicet ſub quibuſuis penis inhibere ne ſine
ipſorum inhibentium aut principum beneplacito
exequutioni mandentur litere apoſtolice: et alia

Universidad de Deusto Biblioteca



premiſſa. In ſecūda vero materia ponit tres actiones duplicatas. prima eſt capere: ſecunda incarcerare: tertia detinere. Et duplicātur per facere capi/incarcerari vel detineri. In tertia demum materia ponit actiones tres. prima eſt trahere ad ſuū tribunal/audientiam ⁊c. preter iuris communis diſpoſitionem: ſecunda eſt trahi facere; tertia eſt trahi procurare.

¶ Ubi nota in tertia materia/ꝙ licet appareat ꝙ iſte canon ſit editus cōtra dominos ſeculares: qui ſeipſos ꝯſtituunt iudices eccleſiaſticarum perſonarum ⁊c. ſecundū tamen veritatē ligat etiam eccleſiaſticos/qui preter iuris ꝯmunis diſpoſitionē hec eadē preſumunt authoritate alia ꝙ eccleſiaſtica q: in hoc canone non fit diſcretio inter laicos ⁊ clericos quum excōmunicantur: non enim dicitur excommunicamꝰ illos laicos/ſed abſolute illos. Et forte fuit ratio/q: in multis locis prelati eccleſiaſtici inſtituūtur a principibus ad cauſas huiuſmodi: ⁊ propterea omnes communiter ſunt hic excōmunicati. Et eſt papalis.

¶ In offendentes ſedis apoſtolice authoritatem in cognitione cauſarum. Ca. xxx.

**Excōmunicamus** Et anathematizamꝰ oēs ⁊ ſingulos vicecancellarios ⁊ ꝯſiliarios ordinarios ⁊ extraordinarios quorūcunqꝫ regum ⁊ principum ac cancellariorum/cōſiliorum ⁊ parlamentorum. necnon procuratores generales eorundem vel aliorum principum ſecu



lariū: etiam ſi imperiali/regali/ducali vel alia quacūqꝫ prefulgeant dignitate: necnon archiepiſcopos ⁊ epiſcopos/abbates ⁊ ꝯmendatarios eorūqꝫ vicarios. ⁊ officiales qui ꝑ ſe vel aliū ſeu alios/quarūcunqꝫ exemptionum vel aliarum gratiarum et literarum apoſtolicarum/necnon decimarum: et beneficiales ac alias ſpirituales et ſpiritualibus annexas cauſas ab auditoribus et commiſſarijs noſtris aduocant: ac exequutiones monitoriorū/citationum/inhibitionum/ſequeſtrorum/executorialium ⁊ aliarum literarum apoſtolicarum tā gratiam ꝙ iuſtitiam concernentium: a nobis necnon camerario ⁊ preſidentibus camere apoſtolice/ac auditoribus et commiſſarijs apoſtolicis in eiſdem cauſis pro tempore emanatarum: illarūqꝫ curſum ⁊ audientiam/ac perſonas/capitula/conuentus ⁊ collegia cauſas ipſas proſequi volen̄. authoritate laicali impediunt/⁊ ſe de illarum cognitione tanꝙ iudices intromittere: ac partes actrices que illas cōmitti fecerunt ⁊ faciunt/ad reuocandum ſeu reuocari faciendum citationes vel inhibitiones aut alias literas in eis decretas: et ad faciendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt/a cenſuris ⁊ penis in illis ꝯtentis abſolui ordinant vel ꝯpellunt. In pro. cene do.

**Canonis** Iſtiꝰ materia eſt ſacrilegiū quo offendit authoritas ſedis apoſtolice in cauſarū cognitione. Et quo ad ꝑſonas cōprehendit nouē genera perſonarū. primo vicecancellarios; ſecundo conſiliarios quorumcunqꝫ regum vel principum/cācellariorum ꝯſiliorum/par

Universidad de Deusto Biblioteca



lamētorum:tertio generales procuratores eorū/
dē ⁊c.quarto archiepiſcopos:quinto epiſcopos:
ſexto abbates:ſeptimo cōmendatarios:octauo eo
rum vicarios:nono eorū officiales. Quo ad actio
nes autem ponit quinq; actiones:ita tamē vt que
libet intelligatur/tam ſi per ſe q̃ ſi per alium qs il
lā exerceat. Et referuntur ad diuerſa iſte diuerſe
actiones:niſi due vltime/que referuntur ad idē.
Prima actio eſt aduocare cauſas ab auditoribus
vel commiſſariis apoſtolicis:ſecunda eſt authori
tate laicali impedire exequutiones aut cauſarum
curſum ſeu audientiam aut perſonas/capitula cō
uentus ſeu collegia cauſas illas proſequi volētes
tertia eſt ſe de illarum cognitione tanq̃ iudices in
tromittere:quarta ſimul cum quinta eſt ordinare
vel compellere patres actrices ad reuocandū ⁊c.
vel ad faciēdū abſolui a cēſuris ⁊ penis eos cōtra
quos tales inhibitiones emanarūt. Ita q̃ quicū
q; ex ſupradictis nouem generibus perſonarum
aliquam harum quinq; actionum per ſe vel alium
fecerit excommunicatus eſt. Et eſt papalis.

¶ Et aduerte diligētiſſime docte cōfeſſor/q̃ i pro
ceſſu ſepe dicto cene dñi ſub adriano.vi.excludūt
excuſatiōes principum vel cōſiliariorū ⁊ hmōi/ex
cuſantiū ſe ſup tolerātia romani pont. ⁊ hmōi.nā
ibi poſt oēs cenſuras habentur hec verba. Decla
rātes nihilominus ac proteſtantes (prout tenore
p̄ſentiū declaramus ac expreſſe ꝓteſtamur) abſo
lutionē hodie vel alias ēt ſolēniter p nos faciēdā/
p̄fatos vice cācellarios/cōſiliarios ⁊ ꝓcuratores
ac alios excōicatos p̄dictos/niſi prius a p̄miſſis



cū vero ꝓpoſito vlterius ſimilia nō committendi
deſtiterint/nō ꝯprehēdere nec illis aliter ſuffraga
turā eſſe. Ac inſup i p̄miſſis oib⁹ ⁊ ſingulis ac aliis
quibuſcūq; iuribus ſedi apoſtolice ac ſancte ro.ec.
vndecunq; ⁊ quomodolibet q̄ſitis ſeu querēdis:p
quoſcūq; actus contrarios aut quomodolibet pre
iudicantes/tacitos vel expreſſos/a nobis vel ſede
apoſtolica quomodolibet factos aut faciendos:
aut quecunq; temporis fluxum ſeu patientiā vel
tolerantiā noſtrā/nullatenus quomodolibet pre
iudicari debere aut quomodolibet poſſe:⁊ ſic no
ſtre incōmutabilis itētiōis ſemp fuiſſe/fore ⁊ eſſe.

## Cōtra offēdētes ec. libertatē

¶ In eos qui eccleſiaſticam libertatē per ſta
tuta ſeu conſuetudines offendunt. Ca.xxxi.

Excōicamus Omnes qui dece
tero ſeruari fece
rint ſtatuta edita/⁊ cōſuetudines vel po
tius abuſiones introductas contra ec
cleſiaſtica libertatem:niſi ea de capitularibus ſuis
infra duos menſes poſt huiuſmodi publicationē
ſententie fecerint amoueri. ¶ Excommunicamus
quoq; ſtatutarios ⁊ ſcriptores ſtatutorum ipſorū.
necnon et poteſtates et conſules/rectores et con
ſiliarios locorum vbi decetero huiuſmodi ſtatuta
et conſuetudines edita fuerint vel obſeruata:nec
non ⁊ illos qui ſecundum ea preſumpſerint iudica
re/vel in publica forma ſcribere iudicata. Hono.
iii.de ſen.excom.nouerit.

Universidad de Deusto Biblioteca



Canonum Iſtorū materia eſt ſacrilegiū quo eccleſiaſtica libertas per ſtatuta ſeu conſuetudines offendit. Et quo ad perſonas/prim⁹ canō vniuerſalis eſt. Quoad actiōes vero duas punit actiones. prima eſt facere ſeruari ſtatuta ⁊ cōſuetudines contra eccleſiaſticam libertatem. ſecunda eſt non facere amoueri huiuſmodi ſtatuta de capitularibus ſuis. ¶ Secundus autem canon ſpecificat ſex genera perſonarum: ſcilicet ſtatutarios/ſcriptores ſtatutorum/poteſtates/cōſules/rectores ⁊ conſiliarios locorū vbi fuerint edita vel ſeruata. Deinde vniuerſaliter extēdit ſe ad omnes quantum ad duas actiones: prima eſt iudicare ſecūdum huiuſmodi ſtatuta: ſecūda eſt ſcribere in publica forma huiuſmodi iudicata.

¶ Ubi ſunt multa notāda. Primo notāda eſt differētia inter abſolute violantes eccleſie libertatē ⁊ inter illā violantes reſpectiue ad ſtatuta vel conſuetudines: quoniam neuter iſtorum canonum excommunicat primos: ſed ſolos ſecundos: qui cū relationibus ſeu dependentijs ad ſtatuta ſeu conſuetudines/violatores reputātur: vt patet diſcurrēti ꝑ oēs caſus in his canonibus cōprehenſos. ¶ Secundo notanda eſt cōſtructio primi canonis quia aliud ſignificat et aliud intelligitur. Nam ſignificat requiri ad incurrendum illum canonē duo ſimul. primum eſt facere ſeruari huiuſmodi ſtatuta vel conſuetudines: ſecundum eſt nō facere amoueri illa infra duos mēſes de capitularibus: quia manifeſte excommunicat facientes primum cum coniunctione exceptiua/niſi fecerint amoueri ⁊c.



Intelligit autem diuiſim. ita ꝙ ſint duo caſus: et tā facientes ſeruari ꝙ non facientes amoueri/ſunt excommunicati. Mihi videtur non eſſe recedendū a plano ſenſu litere: adiungendo ꝙ canon iſte ſpecialis eſt. ⁊ reſpicit ſtatuta ⁊ conſuetudines tūc temporis edita ⁊ itroductas: ⁊ ꝑpterea dedit illis tempus duorum menſiū a publicatiōe iſtius ſententie. Ita ꝙ diſpoſuit hono. iij. quo ad tunc edita ſtatuta ꝙ vtrūqȝ requireret ad incurrēdū illā ſententiam: ⁊ ꝙ ſi non feciſſent illa ſeruari/ſufficiebat nec ligabantur quia non debebant. Propterea quoqȝ ſubiunxit alium canonem ad futura ſtatuta ⁊ conſuetudines. Et ſiquis affirmandum omnino cenſet primum canonem reſpicere ſtatuta cuiuſqȝ temporis (quia non dicit hactenus edita) amplectatur quoqȝ literam cum ſenſu ſuo: vt ſcilicet vtrūqȝ requirat ſimul: ⁊ non ſenſum appoſitum. Ita ꝙ non ſufficit non facere amoueri ſtatuta de capitularibus/ad incurrendum hunc canonem: ſed ſimul oportet ꝙ ſit de numero facientium illa ſeruari: q: ſic clare dicit textus. Faciens ergo ſeruari ſi non facit deleri/eſt excommunicatus: et ſi non facit deleri/et tamen non facit ſeruari: non eſt excommunicatus ex hoc ſolo ꝙ non facit deleri.

¶ Tertio nota in ſecundo canone/ꝙ illa ſex perſonarum genera que excommunicantur abſqȝ actionum propriarum/explicatione (quoniam nō dicit: q̄ cōſenſerint: aut fecerint: ſꝫ imperſonaliter/dicit vbi cōſuetudies vel ſtatuta fuerit edita vel ſeruata) nō ſunt ſic duriter interpretāda. q: excōmunicatio eſt maxima pena eccleſie. que non niſi

Universidad de Deusto Biblioteca



pro mortali peccato infert. Sed quoniã due actio
nes in textu explicãtur (ſcilicet edi ⁊ ſeruari) hinc
intelligẽdũ ẽ ꝙ ſex illa gñra perſonarũ pro quanto
cõcurrunt ad alterã harum actionũ (hoc eſt vel ad
edendũ vel ad ſeruãdũ) ſunt ipſo facto excommu-
nicata. Et propterea ſtatutarij (qui ſcilicet faciunt
ſtatuta hec) ⁊ ſimiliter ſcriptores illorũ / vt cãcella
rij ⁊ ſimiles / ſunt ipſo facto excommunicati: vtpo
te concurrentes ad editionem ſtatutorum. Pote
ſtates vero: conſules rectores ⁊ conciliarij ſi nihil
operantur ad editionem aut obſeruationem: non
ſunt excommunicati. Quarto nota / ꝙ tam ſtatuta
rij ꝙ̃ alij excuſantur ab excommunicationis cenſu
ra / ſi pura mente ⁊ recto animo / nolentes aliquid
contra eccleſie libertatem ſtatuere aut ſuſtinere:
ↄſulũt doctores reputatos ⁊c. ſeu committũt exa
men eorum doctoribus huiuſmodi: ⁊ certificati ab
illis ꝙ nihil eſt cõtra eccleſie libertatem / ſtatuũt /
ſcribunt ⁊c. aliquid quod in veritate eſſet ↄtra li
bertatem eccleſie: quia agunt ex ignorãtia plus ꝙ̃
probabili. Et nec apud deum nec apud eccleſiam
agunt contra eccleſie libertãtem quia fecerũt quã
tum in ſe eſt quod viros probos decet. Et excuſan
tur non ſolum a tanto / ſed a toto. ¶ Quinto nota
quid importat libertas eccleſiaſtica. Et ſcito ꝙ cõ
prehendere videt͛ omne id in quo eccleſia nõ ſub
ijcitur aut arctatur: ſiue illud ſpectet ad eſſe natu-
rale vel ſpirituale / ſiue ad operari aut recipere / ſi
ue ad quodcunqꝫ aliud. et rurſus ſiue illud con-
ueniat eccleſie ex dono naturali ſiue gratuito: ſiue
ex iure communi ſiue ex priuilegio: ita ꝙ vnde ha



beat non eſt cure. Et hoc ex libertatis nomine ha
beres niſi libertas limitaret͛ p eccleſie nomen for
maliter ſumptum: hoc eſt quatenus eccleſie rõnẽ
hꝫ. Ex hoc ei habes / ꝙ ꝓprie loquẽdo libertas ec
cleſie nõ cõprehẽdit niſi illa i quibus eccleſia qua
tenus eccleſia eſt libera: vndecunqꝫ illa habeat: ſi
ue a deo ſiue a papa / ſiue ab imperatore ⁊c. Et ꝙ
ita canones intelligant eccleſie libertatem: patet
ex eo ꝙ in ſexto de immu. ec. ca. libertatis. dicitur
ꝙ inhibere ne clericis molant / coquant / vendant
⁊c. preſumitur contra libertatem eccleſie. Preſu-
mi dixit / nõ eſſe: q: ſecũdũ veritatẽ ſunt hec ↄtra
libertatẽ politici cõuictus / ⁊ nõ cõtra eccleſiã qua
tenus eccleſia. Ex eccleſie rurſus nomine accipe
ꝙ eſt ſermo de libertate cõmuni vniuerſe eccleſie:
⁊ nõ de libertate ꝓpria tali eccl'ie vel tali religiõi.
Ita ꝙ ſiquis ſtatuit contra priuilegium propri-
um alicuius collegij (puta prothonotariorũ) aut
alicuius religionis (vt a monachorum) aut ali-
cuius eccleſie (puta mediolanenſis) nõ incurrit
hunc canonem ſed oportet ꝙ ſtatuat contra illud
quod cõe eſt omnibus eccleſijs. Et bene intellige
nouicie: quia nõ dicimus ꝙ oportet ſtatui contra
oẽs eccleſias mundi: ſed dicimus ꝙ oportet ſtatui
cõtra illũ quod eſt libertatis cõis oĩbus eccleſijs
mundi. Vñ ſiquis ſtatuat ꝙ nõ poſſit ꝗs donare
tali eccleſie (puta ſancti donati) ꝗuis cõtra vnã tñ
dat eccleſiã particularem: incurrit tñ excõicatio-
nẽ hãc: q: ſtatuit cõtra libertatem cõmunẽ oĩbus
eccleſijs commune ſiquidẽ eſt omni eccleſie chriſti
ꝙ poteſt cuilibet donari: libertas eñ communis

Universidad de Deusto Biblioteca



offenditur in illa vna. ⁊ ſic de alijs.
¶ Sexto nota/ ꝙ ſtatuere cõtra eccleſie libertatẽ/
eſt ꝑ ſe (hoc eſt ex intẽtiõe) tendere cõtra eccleſia
ſticã libertatem: qm̃ qđ eſt ꝑ accidẽs alienũ eſt ab
arte ⁊ iure. Et hoc tã ſecundum doctrinã demon
ſtratiuã ꝙ̃ ſecundũ iura: qm̃ ipſa quoq; ſupponũt
⁊ aſſumũt ꝙ volũtate ⁊ ꝓpoſito maleficia diſtin
guũtur. Per ſe autẽ ſeu ex intẽtiõe cõtra eccleſia
ſticã libertatẽ intellige penes intentionẽ operis
ſtatuti. Ita ꝙ ſi opus qđ ſtatuit/ per ſe (hoc eſt
ſuapte natura) tendit cõtra eccleſiaſticã libertatẽ
ſtatutum eſt cõtra illã. Si aũt ꝑ ſe nõ tendit cõtra
illã: ſtatutuz ex ſe non eſt contra illã. Quis cõtinge
re poſſit ꝙ ex intentione ſtatuentis fuerit cõtra il
lam/ ex odio ⁊ malignitate in eccleſie libertatẽ fa
ctum. Diſcernere autem actũ ex ſua natura tẽdẽ
tẽ cõtra eccleſie libertatẽ/ nõ eſt difficile ſciẽtibus
ꝙ idem eſt per ſe ſeu ex propria natura ⁊ intentio
ne. Et ſicut detractio cõtra famã/ cõtumelia ↄtra
honorem/ adulterium cõtra alienũ thorum/ homi
cidium contra humanam vitam: ita ſtatuere ꝙ cle
ricis non dentur decime/ elemoſyne/ ꝙ non poſ
ſint iudicare in cauſis eccleſiaſticis/ ꝙ teneantur
ſoluere vectigalia de reb⁹ ſuis nõ negociãdi grã/
⁊ ſimilia: contra eccleſiaſticã tẽdit ꝑ ſe libertatẽ.
¶ Et iuxta hanc rationabilẽ theoricã dicẽdũ eſt/ ꝙ
ſtatutum ciuitatis diſponens de honore mortua
riorum/ modum imponẽdo ne exceſſus fiat: ⁊ pau
peres ambitio i fletibus nõ grauet. ſi nõ diſponit
niſi de illis que ꝑ ſe ordinantur ad honorem/ lici
tum ⁊ ſanctum eſt: etiam ſi inde non per ſe ſed per



accidens proueniat effectus aliquis/ qui videt cõ
tra eccleſie libertatem: quoniam ſecundũ id quod
eſt per ſe iudicandum eſt etiam in moralibus: et
non ſecundum id quod eſt per accidens. Et pro
terea quum conſtet ſumptuoſa ſepulcra/ multitu
dinem luminarium/ indumenta equorum ac pediſ
ſequorum/ multitudinẽ crucum/ varietatem reli
gionum/ ⁊ ſimilia/ ad temporalem honorẽ defun
cti aut viuorũ ꝑ ſe ordinari nõ ſolũ ex itẽtiõe faciẽ
tiũ hec/ ſ; ex natura ipſorũ operũ. cõſequẽs eſt vt
moderari hec ad ptãtẽ politicã ſpectet/ ad quam
ſpectat cura ciuiũ circa honores tẽporales. Nec ob
ſtat ꝙ tanguntur clerici: qua non tanguntur niſi
vt materia temporalis honoris/ nõ ipſorum cleri
corũ ſed ciuium. Regulare aũt eſt/ ꝙ cognoſcẽs/
iudicãs/ curãq; habens de forma: cognoſcit/ iudi
cat ac diſponit ð materia quatenus reſpicit illã for
mã: vt patet in oĩbus artibus. Nec rurſus obſtat
ꝙ iſta moderatio ſit nociua clericis/ ⁊ ſubtractiua
elemoſinarum/ ⁊ diminutiua cult⁹ diuini/ ⁊ adem
ptiua ſuffragiorum que obuenirẽt ex reliquijs bo
rum remanentiũ apud eccleſias vel eccleſiaſticas
ꝑſonas: qm̃ hec omnia ⁊ ſimilia ꝑ accidẽs eueniũt
per ſe autem de honore tꝑali agitur. Nec obſtat/
ꝙ extra de re. ec. non alie. ca. ſi. decernitur eſſe con
tra libertatem eccleſie ſtatuere de mortuarijs/ tã
ꝙ̃ de annexis eccleſiaſtice iuriſdictioni: quoniam
hoc intelligendum eſt de mortuarijs ordinatis ꝑ
ſe ad eccleſiam/ ſalutem defuncti ſeu cultum diui
num: ſecus autem de per ſe ordinatis ad tempora
lem honorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Jn eos qui repreſalias aduerſus perſonas eccleſiaſticas ſeu bona ipſarum ꝯcedunt vel extẽdunt. Ca. xxxij.

TExtus Qui repreſalias aduerſus perſonas eccleſiaſticas ſeu bona ipſarum ꝯcedunt vel extendunt ad eas: niſi preſumptionẽ huiuſmodi reuocauerint a ꝯceſſionis vel extẽſiõis tempore infra menſem: ſi perſona ſingularis fuerit/ ſn̄iam excõicatiõis incurrat: ſi vl'is / eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto. Gre. x. de iniurijs. ca. ꝛ ſi pignoratiões. li. vj.

**Canonis** Jſti' materia eſt ſacrilegiũ quo offẽditur libertas eccleſiaſtica ꝙ tñ ad exemptionẽ a repreſalijs. Quo ad perſonas eſt vniuerſalis. Quo ad actiões ꝯprehendit duas actiones. Prima eſt ꝯcedere: ſecũda eſt extẽdere. Ubi nota tria. Primo ꝙ habet locũ ſiue repreſalie ſint iniuſte ſiue alias iuſte ꝯtra ciues ꝛc. quoniã clerici exempti debẽt eſſe ab huiuſmodi repreſalijs. Scdo ꝙ requiritur menſis poſt ꝯceſſionẽ vel extenſionẽ: q2 lex ſic diſponit. Et ꝑpterea ſi infra menſem exequutio aliqua ꝯtra clericoꝝ bona interueniret: nõ incurreretur hec excõicationis ſententia. debent tñ reuocando infra mẽſem reſtitui in integrũ bona clericoꝝ. Tertio ꝙ ſi repreſalie cõceduntur ſolũ ꝯtra bona clerici debitoris/ premiſſis ac ſeruatis his que de iure premittenda ac ſeruanda ſunt: nõ eſt loc' huic canoni: q2 non proprie ſunt repreſalie ille in quib' vn' ꝓ alio grauari nõ põt: vt ex hoc textu habere potes. pene autem nõ ſunt extendende/ ſed reſtringende. Et eſt ſpalis.

C Jn



C Jn offendentes libertatem eccleſiaſticam compulſione ad ſubmittẽdum bona laicis ꝛc. Ca. xxxiij.

TExtus Qui prelatos vel ꝑſonas eccleſiaſticas ad ſubmittẽdum eccleſias/ bona immobilia ſeu iura ipſarum laicis: non cõcedendo bona ipa vel iura in emphiteoſim ſeu alias alienãdo in forma ꝛ caſibus a iure ꝑmiſſis: ſed conſtituẽdo vel recognoſcẽdo ſeu profitendo a laicis ea tanꝙ a ſuperioribus ſe tenere/ ſeu ab ipſis eadem aduocando/ vel ipſos patronos vel aduocatos eccleſiarũ ſeu bonorum ipſaruꝫ perpetuo aut ad tempus non modicum ſtatuendo compulerint: cuiuſcunꝙ ſint conditionis aut ſtatus/ excõmunicationis ſententia ſint innodati. Et infra. Laici ex cõtractibus ſuper premiſſis / conſenſu capituli ꝛ licentia apoſtolica interuenientibus initis ſeu occaſione illorum vltra id quod ex natura contractuum ipſoꝛuꝫ vel adhibita in illis lege ꝑmittit/ aliqd vſurpãtes: niſi legitime moniti ab huiuſmodi vſurpatiõe deſtiterint: reſtituendo etiam que taliter vſurparũt: eoipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Gre. x. de re. eccleſi. non alie. ca. hoc conſultiſſimo. in. vi.

**Canonis** Jſtius materia eſt ſacrilegiũ quo offenditur libertas eccleſiaſtica ꝯpulſiõe ad ſubmittẽdũ bona laicis ꝛc. Et quo ad ꝑſonas eſt vl'is. Quo ad actiões duas punit actiones. Prima ẽ cõpellere: ſcda ẽ vſurpare. Sed prima actio (ſcilicet compellere) ad multa extenditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cõpellit ſiquidẽ vel prelatos vel ꝑſonas eccleſiaſti
cas ad ſubmittẽdũ aliquod triũ/vel eccleſias/vel
bona immobilia/vel iura laicis in caſu nõ ꝑmiſſo
a iure. Et iſta ſubmiſſio fit aliquo triũ modorum.
Primo ꝓfitendo ſe tenere predicta a laicis tanꝗ̃
a ſuperiorib⁹. Secũdo eadẽ a laicis aduohando. ⁊
eſt hoc vocabulũ vltramontanuꝫ quo ſolent vti in
iſtis. Tertio laicos ſtatuẽdo patronos vel aduo
catos. Compellentes igitur ad aliquid horũ ſunt
excõicati. Secunda vero actio (que eſt vſurpatio)
refertur ad plus ꝙ̃ illis ↄueniat ex talib⁹ ↄtracti
bus licite factis. ſed iſta ſecunda cenſura nõ incur
ritur ipſo facto: ſed ſi poſt legitimã monitionẽ re
cuſauerit deſiſtere ⁊ reſtituere. Et vtraq̧ ẽ eꝑalis.

¶ In grauantes quaſlibet perſonas eccleſia
ſticas/pro eo ꝙ rogate/eum pro quo rogaban
tur eligere noluerunt. Ca. xxxiiij.

SCiant Cũcti q̃ clericos vel quaſ
libet ꝑſonas eccleſiaſticas
ad quos in aliquibus monaſterijs
aut alijs pijs locis ſpectat electio/ꝓ
eo ꝙ rogati ſeu alias inducti euꝫ pro
quo rogabantur ſeu inducebanẽ eligere noluerũt:
vel ↄſanguineos eoꝝ aut ipſas eccleſias/monaſte
ria ſeu loca cetera beneficijs ſeu alijs bonis ſuis ꝑ
ſe vel ꝑ alios ſpoliando/ſeu alias iniuſte ꝑſequẽdo
grauare preſumpſerint: ſe ipſo facto excõicatiõis
ſnia innodatos. Gre. de elec. ca. ſciant cũcti. li. vj.

Canonis Iſti⁹ materia eſt ſacrilegiũ quo
offẽdit libertas eccleſiaſtica quã
tum ad liberum electionis opus. Et quo ad perſo



nas eſt vniuerſalis. Quoad actiones punit vnam
quidẽ actionem ↄmuniſſimam. ſ. grauare/explicã
do duas vias grauandi: vel ſpoliando/vel alias in
iuſte perſequẽdo. Sed actionem ipſam ſubijcit ex
cõ municationi non vndecunq̧/ſed ex certa cauſa
procedentẽ: ſcꝫ ſi fiat pro eo ꝙ electores ſeu electri
ces rogati ſeu alias inducti eligere noluerunt illũ
vel illam pro quo vel qua rogabantur.

¶ Ubi aduerte ꝙ ad incurrẽdũ hunc canonẽ requi
ritur. primo ꝙ fiat actus grauaminis ꝑ ſpoliũ vel
ꝑſequutionẽ iniuſtã. Secundo ꝙ iſtud grauamen
inferatur ex dicta cauſa/partim affirmatiua (ſcꝫ ꝙ
fuerint rogati ſeu impulſi) ⁊ partim negatiua: ſcꝫ
ꝙ non elegerunt illum. Tertio ꝙ inferatur contra
aliquem ex quinq̧ ſcilicet vel perſonas electrices
eccleſiaſticas/vel conſanguineos eoꝝ/vel ipſas
eccleſias/vel monaſteria vel cetera pia loca. Et eſt
ſemper ſermo de electione que fit a perſonis eccle
ſiaſticis: q̃m ad electionẽ q̃ fit a laicis in ſuis frater
nitatibus ⁊ ſimiliter a mulieribus que nõ ſunt ec
cleſiaſtice perſone (vt tertiane ⁊ huiuſmodi) non
extenditur iſte canon: qui ad clericos vel eccleſia
ſticas ꝑſonas dr̃ ſpectare electionẽ. Et eſt eꝑalis.

¶ In impedientes litigantes in foro eccleſia
ſtico in cauſis que de iure vel ↄſuetudine ad di
ctum forũ pertinent. Ca. xxxv.

STatuimus Ne quis impetra
tores literaruꝫ no
ſtrarum/ad nos vel ad forum eccleſia
ſticum recurrentes ſuper cauſis que

Universidad de Deusto Biblioteca



ad idem forum de iure vel de antiqua conſuetudi-
ne ꝑtinere noſcunť/per ſe vel ꝑ aliũ ad deſiſtendũ
vel in foro ſeculari de queſtionibus hmõi litigãdũ
per eorũdẽ iudicũ eccleſiaſticoꝝ vel impetrantiũ
aut litigãtiũ ſeu violentiũ litigare/aut ꝓpinquoꝝ
ipſoꝝ ſeu rerũ illorum ſeu eccleſiarum ſuaꝝ etiam
captionez/modiſve aliis quibuſcunqȝ ꝯpellat ſeu
ꝯpelli faciat vel procuret.nec per ſe alioſve impe-
diat:quo min⁹ corã iudicibus eccleſiaſticis de lega-
tis ſeu ordinariis querelãtes de cauſis que(vt pre-
miſſum eſt)ad cognitionẽ pertinent eorundẽ/poſ
ſint libere iuſtitiã obtinere:nec ad ꝑmiſſa facienda
det auxilium/cõſilum vel fauorem.

¶Siquis vero ꝯtra preſumpſerit:ſe ipſo facto ex-
cõmunicationi nouerit ſubiacere.A qua niſi tã iu-
dici cuius cognitio fuerit impedita vel iuriſdictio
vſurpata/ꝙ parti que in ꝓſequutione ſui iuris tur
bata fuerit:de iniuria/damnis/expẽſis ⁊ intereſſe
prius per eũdẽ fuerit integre ſatiſfactũ/nullaten⁹
abſoluať.Boniſa.extra de immu.ec.quoniã.li.vj.

**Canonis** Iſti⁹ materia eſt ſacrilegiũ quo
offendiť libertas eccl'iaſtica quo
ad op⁹ iudiciale.,Et quo ad perſonas vniuerſalis
eſt.Quoad actiones vero cõtinet actiones princi
pales quatuor.Prima eſt ꝯpellere:ſcđa compelli
facere:tertia cõpelli ꝓcurare:quarta ꝑ ſe vel alios
impedire.Acceſſorias vero tres:ſcȝ ad predicta fa
cienda conſulere/auxiliari/fauere.

¶Et bene nota ꝙ canon iſte nõ arctatur ad curiam
romanam:ſed fouet libertatem eccleſiaſtici fori in
quacũqȝ dioceſi.Et eſt ep̃alis premiſſa ſatiſfactio



ne.pro quanto tamẽ quis apoſtolicas literas im-
pediret contra proceſſum cene domini:eſſet papa
lis:vt patet ſuperius in cenſuris contra ſacrilegia
in ſedem apoſtolicam.

¶In grauantes illos qui in ipſos aut alios
ſententiam excommunicationis/ſuſpenſionis
vel interdicti protulerunt ⁊c.Ca.xxxvj.

Quicunqȝ Pro eo ꝙ reges/pri
cipes ⁊ barones/no-
biles et balliuos vel quoſlibet mini-
ſtros eorũ aut quoſcũqȝ alios:excõis
ſuſpenſionis ſiue interdicti ſententia
fuerit promulgata licentiam alicui dederint occi-
dendi/capiendi ſeu alias in perſonis aut in bonis
ſuis vel ſuorum grauandi eos qui tales ſentẽtias
protulerunt/ſiue quorum ſunt occaſione prolate/
vel eaſdem ſententias obſeruantes/ſeu taliter ex-
cõicatis cõicare nolentes/niſi licentiam ipſam re
integra reuocauerint:vel ſi ad bonorũ captionem
occaſione ipſius licentie ſit proceſſum/niſi bona
ipſa fuerint infra ſeptem dierum ſpatiũ reſtituta/
aut ſatiſfactio pro ipſis impẽſa:eo ipſo ſniam excõi
cationis incurrant.Eadem quoqȝ ſint ſnia inno-
dati omnes qui auſi fuerint predicta ſnia data vti:
vel aliquid premiſſorum ad que committenda da
ri licentiaȝ prohibuimus/alias cõmittere ſuo mo
tu.Qui autem in eadem ſententia permanſerint
duorum menſium ſpatio:ex tunc ab ea non poſ-
ſint/niſi per ſedem apoſtolicam abſolutionis be-
neficium obtinere.Bre.x.de ſen.excommu.qui-
cunqȝ.lib.vj.

Universidad de Deusto Biblioteca



**Canonis** Iſtius materia ē ſacrilegiū quo offenditur eccleſiaſtica libertas quantū ad opus promulgandi τ exequēdi cenſuras eccleſiaſticas. Et quoad pſonas eſt vl'is. Quo ad actiōes punit tres actiōes gn̄ales. Prima eſt dare licentiā trium actionum: ſcʒ occidendi/ capiē di ſeu alias grauādi tā i pſonis ꝗ̄ in bonis ſuis vel ſuorū. Secūda eſt vti dicta lr̄ia data ad aliquid dictorū. Tertia eſt cōmittere aliquid triū dictoꝝ: ſcʒ occidere capere vl' alias grauare τc. motu ſuo: hoc eſt non propter licentiam datam ab alio.

¶ Ubi pro clariori perceptione nota primo. ꝙ canon iſte primo punit dantes alicui licentiam occidendi vel capiendi/ vel grauandi quatuor genera pſonarū (.ſ. vel iudices/ vel ptē/ vl' obſequētes/ vel vitantes) niſi alterum duorū faciāt: hoc eſt vl' ꝙ re integra licentiā reuocēt: vel ſi res non eſt integra quoad captionē bonorū/ ꝙ reſtō aut ſatiſfactio bonorū infra ſeptē dierū ſpatiū ſubſequatur. Unde ſequit ꝙ ꝗ̄diu res ē integra: nūꝗ̄ q' lr̄ias hāc dedit eſt excōicatus: quia adhuc pēdet tēpus reuocādi. τ pōt reuocādo reintegra/ pſeruare ſe ab excōicatiōe immunē. Oportet ergo licētiā hr̄e effectū vt ſit locus canoni. τ quoad vnū effectū (.ſ. captionē bonoꝝ) benignitas huius canonis progat adhuc tempus ſeptem dierum poſt dictum effectum: in quo poſſit reſtituendo vel ſatiſfaciendo preſeruare ſe ab excōicatione. In ceteris vero effectibus ipſo facto eſt excōicatus qui dedit lr̄ias qn̄ effect' eſt ſubſequutus: puta qn̄ capta vel occiſa eſt pſona ꝑpter licentiā datā.



¶ Nota ſecūdo ꝙ nullus proprie in pſona vel bonis ſuis vel ſuorum grauatur qui iuſte patit: ac ꝑ hoc grauamen iniuſtū oportet eſſe ſi grauamē eſt.
¶ Nota tertio/ ꝙ q: canon iſte fauorabilis eſt: ideo appellatione ſuorum omnes qui quomodolibet vt ſui grauati ſunt veniunt. quacunq; relatione remotiſſima ſint ſui. Nec enim debet minor eſſe protectio huius canonis ꝗ̄ extēdatur impietas offendētium. Et eſt infra duos menſes epiſcopalis: poſtea papalis: vt in litera dicitur.

¶ In dominos tpales/ ſuis ſubditis ne perſonis eccl'iaſticis/ vēdant/ emant/ coquant/ molant/ aut alia obſequia exhibeāt interdicētes. Ca.xxxvij.

Eos Qui temporale dominiū obtinētes: ſuis ſubditis ne prelatis aut clericis ſeu perſonis eccleſiaſticis quicꝗ̄ vēdant aut emant aliquid ab eiſdē/ ne ipſis bladū molant/ coquant panem/ aut alia obſequia exhibere preſumāt aliquādo interdicunt: cū talia in derogationē eccleſiaſtice libertatis pſumātur/ eoipſo excōicatiōis ſentētie decernimus ſubiacere. Bonifa.viij. de imu.ec.ca. libertatis. lib.vj.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſacrilegium quo eccleſiaſtica libertas offenditur in libera venditione/ emptione/ obſequijs τc. Et quoad perſonas particularis eſt: nam ligat ſolos illos qui temporale dominiuʒ obtinēt. Quo ad actiones vero vnam punit: ſcilicet interdicere: ſubditis ſuis: ne eccleſiaſticis pſonis vēdant: emāt molant: coquant: obſequia exhibeant. ¶ Et nota

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



ꝙ nõ requirit ꝙ de hoc faciant ſtatutũ aut ſub pe/nis inhibeãt:ſʒ ſufficit ꝙ inhibeant ſubditis ſuis. ¶Et nota/ꝙ iſta non ſunt proprie contra libertatẽ eccleſiaſticam:ſed contra humanam ſocietatem:verũ q: in odiũ eccleſie fiũt. preſumũtur (vt in litera dicitur) fieri contra libertatem eccleſiaſticam.

¶In offendentes libertatem eccleſiaſticã in eccleſiarum vacantium bonis. Ca.xxxviij.

Uniuerſos Et ſingulos:qui regalia/ cuſtodiã ſiue guardiã/aduocationis ſeu defenſiõis titulũ in eccleſijs/monaſterijs ſiue quibuſlibet alijs pijs locis vacantibus/ de nouo vſurpare conantes/bona eccleſiaruʒ/monaſteriorũ aut locorũ ipſorum vacantiũ occupare preſumunt clericoſqꝫ eccleſiarum/monachos monaſteriorum/et perſonas ceteras locorum eorũdẽ que hoc fieri pcurant.eoipſo excõicatiõis ſentẽtie decernimus ſubiacere. Boniſa. de elec. gñali. li.vj.

Canonis Iſtius materia eſt ſacrilegium quo offendit libertas eccleſiaſtica in eccleſiarũ vacãtiũ bonis. Et quo ad pſonas eſt ĩ pte vniuerſalis:q: ligat vniuerſos ⁊ ſingulos. In ſcḋa aũt pte eſt particularis:q: ligat ſolas pſonas illorũ locorum vacantiũ. Quo ad actiones vo in prima parte punit duas actiões ſimul. Pria eſt de nouo conari vſurpare aliqḋ horum quinqꝫ:vel regalia/vel cuſtodiam/vel guardiam/vel titulum aduocatiõis/vel titulũ defenſiõis in vacãtibus eccleſijs/monaſterijs aut alijs pijs locis. Scḋa eſt occupare bona dictorũ locorum. Ita ꝙ ad incur-



rẽdum huius canonis cenſurã/nec ſufficit vſurpare aliquem dictorum titulorũ ſine occupatione bonorum nec ſufficit occupare bona ſine conatu ad vſurpandum aliquem dictorum titulorũ ſed oportet vtrunqꝫ concurrere ad hoc vt icurratur huius canonis ſententia. In ſecunda aũt parte vna actio punitur:ſcʒ pcurare hoc fieri. Et intellige cũ effectu ſubſequuto:qm̃ vt acceſſoria actio ad tale fieri punitur. Et eſt epalis.

¶Et aduerte/ꝙ glo. exponit de nouo.i.a quadraginta annis citra:q: in hoc eodem canone quaſi diſtinguendo contra nouos/ſubditur. qui ex fundatione vel ex antiqua conſuetudine iura ſibi huiuſmodi vendicant.

¶In offendentes eccleſiaſticã libertatẽ quãtum ad exemptionem a pedagijs ⁊ guidagijs. Cap.xxxix.

Conſtitutionem Fe. re. alexãdri pape.iiij. predeceſſoris noſtri/ qui ſtatuit eccleſias ⁊ perſonas eccleſiaſticas ad pedagia et guidagia penitus nõ teneri/nec ad exhibendum ad ſoluendum talia pro rebus ſuis proprijs quas non cauſa negociandi deferunt vel deferri faciunt ſeu tranſmittunt:volentes propter multorũ inſolentiam ⁊ abuſum pene adminiculo adiuuare: adijcimus diſtrictius inhibẽdo (ↄtraria ↄſuetudine quorũcũqꝫ non obſtãte) vt nec collegiũ nec vniuerſitas nec aliqua etiaʒ ſingularis perſona pre-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſatis pſonis ſeu eccleſijs p pſonis.ipis aut rebus pdictis talia exigat vel extorqueat/p ſe vel p aliū/ ſuo nomine vel ēt alieno/aut eas ad hmōi ploluē- da cōpellat.Qui ꝫo cōtrafecerint:ſi pſone fuerint ſingulares/excōicatiōis:ſi aūt collegiū vl' vniuer ſitas ciuitatis/caſtri/ſeu loci alteri⁹ cuiuſcūq;:ipa ciuitas/caſtrū vel locus interdicti ſniaʒ ipſo facto incurrāt.Nec ab excōicatiōe hmōi abſolutionē vel interdicti relaxationem:obtineant.donec exacta plenarie reſtituerint/ꝛ de tranſgreſſione ſatiſfece rint competenter.extra de cen.ca.q̄ꝗ.li.vj.

**Canonis** Iſtius materia ē ſacrilegiū quo offēdit eccleſiaſtica libertas quā tū ad exēptiones a pedagijs ꝛ guidagijs.Et quo ad perſonas eſt vniuerſalis.Quoad actiōes/vnā videt cōprehēdere tripliciter nominatā:ſcʒ exige re/extorquere/cōpellere p ſe vel aliū/proprio vel alieno nomine/ſiue eccleſias ſiue pſonas eccleſia- ſticas/ad ſoluēdū vel p pſonis ſuis aut reb⁹ ſuis quas nō cauſa negociationis deferunt.vel deferri faciunt vel tranſmittunt.

¶ Ubi nota ꝙ pedagia pprie vocantur vectigalia p trāſitu ſeu paſſu.Guidagia vero pro guida:nō que a volēte cōducit.ſed quā velis nolis opʒ te ſol uere/ſiue velis habere ducētē te ſiue nō.Et q: exi gere iportat coactionē:ideo ſi nullo mō cogit/nō incurrit:ſed ſatis cogit/qui clericū requirit nō ro- gādo/ſed vt a debitore petēdo:vt ſoluat:iubendo vt ſiſtātur res ꝛc.ſicut petit a laicis.rarus eſt enīʒ aut nullus qui ſponte ſoluat.Et eſt ſpālis/pmiſſa reſtitutione ac ſatiſfactione:vt in litera dicitur.



¶ In offēdētes eccl'iaſticā libertatē quātū ad immunitatē a collectis ac exactionibus:ꝛ vſur pantes iuriſdictionem prelatorum.Ca.xl.

IN Diuerſis mundi partibus cō ſules ciuitatū ꝛ rectores/nec- nō ꝛ alij qui ptātem hr̄e vident:tot onera frequēter imponūt eccleſijs vt deterioris conditionis factū ſub eis ſacerdotiū videat ꝙ ſub pharao ne fuerit:qui legis diuine notitiam non habebat. Ille quidē omnibus alijs ſeruituti ſubactis/ſacer dotes ꝛ poſſeſſiones eoꝝ in pſtina libertate dimi- ſit:ꝛ eis alimoniā de publico adminiſtrauit.Iſti vero onera ſua fere vniuerſa imponūt eccleſijs:et tot angarijs eas affligūt/vt eis quod hiere.deplo rat cōpetere videat.Princeps prouinciarum fa- cta eſt ſub tributo.Siue quidē foſſata ſiue expedi tiones ſeu alia quelibet ſibi arbitrentur agēda:de bonis eccleſiarū ꝛ clericorum ꝛ pauperum chriſti vſibus deputatis/volūt fere cuncta compleri.Iu riſdictionē ēt ꝛ authoritatē platoꝝ ita euacuāt:vt nihil poteſtatis eis in ſuis videat remāſiſſe homi nibus.¶ Si autem cōſules aut alij decetero iſta cō miſerint/ꝛ commoniti deſiſtere noluerint.tam ipſi ꝙ fautores eorum excōicationi ſe nouerint ſubia- cere:nec cōioni reddant/donec ſatiſfactionē fece- rint cōpetētem.extra de immu.ec.ca.non minus.

¶ Ceterum q: fraus ꝛ dolus alicui patrocinari nō debēt/nullus vano decipiatur errore:vt infra tps regiminis ſuſtineat anathema/quaten⁹ poſt illud non ſit ad ſatiſfactionis debitum compellendus.

Universidad de Deusto Biblioteca



Nã ꝛ ipſe q ſatiſfacere recuſauerit/ꝛ ſucceſſorẽ ipi⁹
niſi ſatiſfecerit infra mẽſes/remanere decernimus
eccleſiaſtica cenſura concluſum/donec ſatiſfecerit
competenter. quũ ſuccedat in onere qui in honore
ſubſtituitur. extra de immu. ec. ca. aduerſus.

**Canonum** Horum materia eſt ſacrilegiũ
quo offẽdit eccl'iaſtica libertas
quãtũ ad immunitatẽ a collectis/exactionibus et
vſurpationibus iuriſdictionis prelatoꝝ. Et quo
ad pſonas ſunt pticulares: arctantur eñ ad ꝯſu-
les/rectores/ꝛ alios qui poteſtatẽ habere vident/
cũ fautoribus ſuis/ꝛ eorum ſucceſſores in officijs.
Quoad actiones vero puniunt in primo canone in
generali quidẽ tres actiones. Prima eſt onera im
ponere: ſecũda eſt angarijs affligere/tertia eſt eua
cuare iuriſdictionẽ ꝛ authoritatẽ prelatoꝝ/ita vt
nihil ptãtis videatur remanſiſſe in ſuos. In ſcdo
vero canone ponitur vna actio: ſcꝫ non ſatiſfacere.
¶ Ubi nota primo ꝙ ſecũdus canon preſupponit
primũ/immo recitat ipſum: ꝛ preſupponit officia-
lem cui ſuccedit eſſe excõicatũ ob primi trãſgreſ-
ſionẽ canonis. Ad incurrẽdũ aũt primum canonẽ
requiritur monitio: ita ꝙ non ipſo facto ſed niſi mo
niti deſiſtant/incurrunt excõicationem: nõ ab ipſo
monitore ſed a iure hoc latam. Ad incurrendum
autẽ ſecundũ/requiritur lapſus mẽſis: ita ꝙ niſi
intra menſem a ſucceſſione ꝯputandum ſatiſfece-
rit/excommunicatus eſt.
¶ Nota ſecundo canonẽ primũ protegere bona nõ
ſolũ eccleſiarum ꝛ clericorum: ſed ẽt deputata vſi-
bus pauperum chriſti.



¶ Et aduerte ꝯferendo hunc canonem cũ ſuperius
immediate premiſſo de pedagijs ꝛ guidagijs/dif-
ferentiã inter onera ſub forma pedagioꝝ ſeu ga-
bellarũ/ꝛ onera que ſub forma talliarũ ſeu taxarũ
imponuntur ſeu exigunt a clericis: qm̃ in primo ca
ſu eſt excõicatio ipſo facto: vt habes in precedenti
capitulo. In ſecundo autem caſu non incurritur
excommunicatio niſi precedat legitima monitio:
vt hic habes. Et eſt epalis premiſſa ſatiſfactione:
vt hic dicitur.
¶ Aduerte quoqꝫ ꝯſtitutionẽ boniſa. in. vj. ca. cleri
cis. de immu. ec. cũ tot cenſuris in hac materia eſſe
totaliter reuocatã in cle. ca. quoniam. de immu. ec.
ꝛ propterea reditur ad ius antiquum/quod nunc
tractatum eſt.
¶ Scito deniq̃/ꝙ appellatione iuriſditionis q̃ eua
cuari dr/venit iuriſdictio temporalis prelatoꝝ:
quam ſcꝫ eccleſiaſtici prelati habent in temporali-
bus: quam domini pure temporales frequenter
euacuare videntur adeo vt prelati reſtent tempo-
rales domini fere ſolo titulo.

¶ In offendẽtes eccleſiaſticã libertatẽ quãtũ
ad opus abſoluẽdi ſeu reuocandi penas excõi-
catiõis/ſuſpenſionis vel interdicti. Ca. xli.

**ABſolutionis** Beneficiũ
ab excõica-
tionis ſñia/vel quãcũqꝫ reuocatio-
nẽ ipſi⁹ aut ſuſpẽſionis ſeu etiã in-
terdicti/per vim vel metũ extortã:
preſentis ꝯſtitutionis authoritate

omnino viribꝰ euacuamus. Ne autẽ ſine vindicta/
violentie creſcat audacia: eos qui reuocationẽ ſeu
abſolutionẽ hm̃oi/ vi vel metu extorquent/ excõi-
cationis ſententie decernimus ſubiacere. Gre. x.
extra. de his que vi me. ca. vnico. lib. vj.

Canonis Iſtiꝰ materia eſt ſacrilegiũ quo offendit eccl'iaſtica libertas quã-
tum ad opus abſoluendi ſeu reuocandi penas ex-
cõmunicatiõis/ ſuſpẽſionis vel interdicti. Et quo
ad ꝑſonas eſt vniuerſalis. Quo ad actiones vero
duas punit. Prima eſt extorquere vi. Secunda ex-
torquere metu abſolutionem ſeu reuocationẽ ex-
communicationis/ ſuſpenſionis vel interdicti.

¶ Ubi nota p̄io/ ꝙ vis ſeu metꝰ illatus nõ diſtin-
guitur inter magnũ ⁊ paruũ. qualẽcũq; enim vim
aut qualem cũq; metũ intulerit: ſufficit ſi inde ſub-
ſequutus eſt effectꝰ abſolutionis ſeu reuocatiõis:
q: canon nõ diſtinguit (vt dictũ eſt) inter magnũ ⁊
paruũ. Quod ſi ex timore innato ⁊ nõ illato prela-
tus abſolui aut reuocat: non eſt locꝰ huic pene: q:
in caſu tali nullꝰ extorquet vi aut metu: ſꝫ ipſemet
iudex ſeu prelatus meticuloſus, ſeipſum torquet.

¶ Nota ſcd̃o ꝙ nõ refert ad preſentem canonem/ an
ſn̄ia excõicationis ⁊c. fuerit iuſta vel iniuſta: qua-
liſcũq; enim fuerit/ ꝓhibet lex modũ talem reuocã-
di: ſcꝫ per vim ⁊ metum.

¶ Nota tertio/ ꝙ q: verba cũ effectu intelliguntur:
ideo lꝫ vis aut metꝰ ingeratur/ niſi abſolutio aut
reuocatio ex vi aut metu extorta ſit/ nõ incurritur
excommunicatio iſta.

¶ Nota quarto/ ꝙ q: canon nõ reſtringit ſe ad extor-



quẽtes abſolutionẽ vel reuocationẽ cenſure ꝯtra
ſeipſos/ ⁊ ſiẽr nõ reſtringit ſe ad ſn̄iam latã ab ho-
mine vel a iure: ideo ligat extorquẽtes vi vel metu
abſolutionẽ vel reuocationẽ/ tã ſi ꝯtra alium ꝙ ſi
ꝯtra ſe/ ⁊ tam ſi ab homīe ꝙ quomodolibet aliter
cenſure ſententia lata ſit. Et eſt ep̄alis.

¶ In offendentes eccleſiaſticã libertatẽ in cla-
uium officio/ claudentium diuinum cultũ excõ-
municatis ⁊ interdictis. Ca. xlij.

PResumptores Prefatos qui ĩ locis
interdicto ſuppoſitis quẽꝙ de cetero
diuina celebrare officia quomodolibꝫ
cogere: aut qui modo predicto ad offi-
cia eadẽ audiẽda aliquos excõicationis preſertim
vel interdicti ligatos ſn̄ia/ euocare: ſeu qui ne ex-
cõicati publice aut interdicti/ de eccleſiis dũ in ip-
ſis miſſarũ agunt ſolẽnia ac celebrantibꝰ moniti vt
exeant/ ꝓhibere: nec nõ excõmunicatos publice ⁊
interdictos qui in ipſis eccleſiis nominatim a cele-
brantibus vt exeant moniti/ remanere preſumpſe-
rint/ excõicationis ſn̄ia (a qua per ſedem dũtaxat
apoſtolicã poſſint abſolui) ſacro approbante ꝯci-
lio innodamꝰ. de ſen. excom. grauis. in cle.

Canonis Iſtiꝰ materia eſt ſacrilegiũ quo offẽdit eccl'iaſtica libertas in cla-
uiũ officio: claudentiũ diuinũ: cultum excõmuni-
catis ⁊ interdictis. Et quo ad ꝑſonas: partim eſt
particularis. ligans ſolos nobiles ⁊ dominos tpa-
les: ⁊ ꝑtim eſt vniuerſalis. Quo ad actiones punit
quattuor actões; cogere; euocare; ꝓhibere: ⁊ rema-

Universidad de Deusto Biblioteca



nere. Ita ꝙ excommunicantur primo cogẽtes ce-
lebrare in locis interdictis; ſecundo euocantes ad
eadem officia aliquos ꝑſertim excõicatos vel in-
terdictos: tertio prohibentes ne exeant inde excõ-
municati aut interdicti moniti: quarto remanẽtes
in ipſis eccleſijs/ſi publice ſint excõicati aut inter-
dicti .⁊ nominatiȝ moniti a celebrãtibus vt exeãt.
¶ Ubi nota p̄rio d̄ſiam inter tres p̄rios caſus ⁊
quartũ/in hoc ꝙ tres primi reſtringuunt̃ ad nobi-
les ⁊ dños tp̄ales: q: pronomen relatiuum qui re-
fert preſumptores p̄ſatos/quos dixerat eſſe nobi-
les ⁊ dños tp̄ales. Quartus aũt cõis ẽ oibꝰ vtriuſ-
ꝗ ſexus excõicatis publice ⁊c. quia ad hoc diſtin-
guendũ cõtinuatur litera/copulãdo ad p̄ſumpto-
res p̄ſatos/oẽs excõicatos publice ⁊c. dum dicit:
necnõ excõicatos publice ⁊c. Nota ſecũdo d̄ſiam
inter tertiũ caſum ⁊ reliquos/in hoc ꝙ tertius re-
ſtringitur ad miſſarum ſolemnia/alij autem cõmu-
nes ſunt miſſe ⁊ alijs diuinis officijs.
¶ Nota tertio/ꝙ lȝ decretalis narrãdo reſtringat
ſe ad terras que ſunt nobiliũ ſeu dñorum puniẽdo
tñ latius iudicat/⁊ ligat nobiles ac dños qui in lo-
cis interdictis/ſiue ſint illorum loca ſiue non pre-
ſumunt ⁊c. ſi ſecundum verba exponenda ſit. Se-
cus autẽ ſi punitionis ſententia iuxta narrata in-
telligenda ſit. Quod ita verius videtur vt ſic tenẽ-
dum putem: quia concluſio p̄miſſis conſonare d̄s.
¶ Nota quarto/ꝙ quia decretalis quadruplicẽ mo-
dum euocandi narrauerat/⁊ ſtatuẽdo dicit predi-
cto modo: omnem predictum modum quadrupli-
cẽ cõprehẽdit: ſcilicet nec hos nũc illos vocando
nunc



nunc ꝯpellendo: nunc campanis: nunc voce preco-
nia. Et eſt papalis.

¶ In impedientes ſequeſtrationeȝ benef. ch:
vna diffinitiua ſententia contra poſſeſſorem p-
mulgata: per loci ordinarium factam: vel fru-
ctus ſequeſtratos quoquo modo occupare pre-
ſumentes. Ca. xliij.

Diffinimus Ut vna ꝯtra poſ-
ſeſſorem diffini-
tiua ſententia ſuper beneficio apud
ſedem apoſtolicã dumtaxat in peti-
torio vel poſſeſſorio p̄mulgata be-
neficiũ ipſiuȝ a poſſeſſore hmõi (dũ-
tñ triennio pacifice antea poſſeſſum ab eo nõ fue-
rit) per loci ordinariũ apud aliquã idoneã p̄ſonã
ſequeſtretur ⁊c. Siquis aũt ſequeſtrationẽ hmõi
impedire: vel fructus ſequeſtratos quoquo modo
preſumpſerit occupare: excõicationis ſententiam
incurrat ipſo facto. A qua niſi impedimento prius
amoto ⁊ occupatis per eum fructibus reſtitutis:
nullatenꝰ abſoluat̃. extra de ſequeſtra. ca. i. in cle.

Canonis Iſtiꝰ materia eſt ſacrilegiũ quo
eccleſiaſtica libertas ⁊ ſedis apo-
ſtolice authoritate offenditur in certo caſu ſeque-
ſtri. Et quoad p̄ſonas ẽ vniuerſalis. Quoad actio-
nes: punit duas actiones. Prima eſt impedire hu-
iuſmodi ſequeſtrationẽ: ſecũda eſt occupare ſeque-
ſtratos fructꝰ. Et q: hic caſus videt̃ de raro ꝯtingẽ-
tibus: vide in litera ꝯditiões requiſitas ad hoc ꝙ
ſit iſte caſus in quo hȝ locum iſta excõicatio. Et eſt
ep̄alis: amoto impedimẽto ⁊ reſtitutis occupatis.

P

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ In impedi͠etes monialium aut mulierum canonicarum ſecularium viſitatores in ſuo officio. Cap. xliiij.

SIquis Viſitatores monialium aut mulierum, que vulgo dicunt canonice ſeculares/ in premiſſis ſeu aliquo premiſſorum impedire preſumpſerit: niſi monit' reſipiſcat: ipſo facto excõicationis ſententiã ſe nouerit incurſerunt priuilegiis: ſtatutis et cõſuetudinibus quibuſcunque in contrarium non valituris: extra de ſta. mona. attendentes. in cle.

Canonis Iſtius materia eſt ſacrilegiũ quo offenditur libertas eccl'iaſtica in officio eccleſiaſtice viſitationis. Et quoad pſonas eſt vniuerſalis. Quoad actiones/ punitur vna generalis actio: ſcz preſumere impedire viſitatores monialiũ ꝛc. in aliquo premiſſorũ: que videre potes in fonte: qꝛ non incurrit ipſo facto: ſed niſi monitus reſipiſcat. Et eſt epalis.

¶ In ſepeli͠etes in loco ſacro hereticos: credẽtes receptatores vel fautores eorum. Ca. xlv.

QUicunque hereticos/ credẽtes: receptatores vel fautores eorum ſci͠eter preſumpſerint eccl'iaſtice tradere ſepulture: vſque ad ſatiſfactionẽ idoneam excõmunicationis ſnĩe ſe nouerint ſubiacere. Nec abſolutionis beneficium mereantur: niſi propriis manibus extumulent publice et proiiciant hmõi corpora damnatorum et locus ille per



petuo careat ſepultura. de here. li. vj.

Canonis Iſti' materia eſt ſacrilegiũ quo ſacris locis iniuria fit: ſepeli͠edo ibi hereticos. Et quo ad perſonas eſt vlis. Quoad actiones/ punit vnam. ſcz ſcienter tradere eccleſiaſtice ſepulture quatuor hoim gña. ſ. vel hꝛticos vel eorum credentes/ vel receptatores/ vel fautores.

¶ Circa hunc canonẽ aduerte/ ꝙ credentes hereticorum vocantur: qui illis hereticis ita adherent: vt quãuis neſciant quid illi heretici credant/ deliberato tamen cõſenſu credunt qđ illi heretici credunt ſeu docent/ quantũcunque cõtrariũ teneat et doceat eccleſia. Ita ꝙ nõ inherent illis ſalua eccleſie doctrina: ſed plus credunt illis ꝙ apoſtolice ſedis diffinitioni circa ea que ſunt fidei. Et eſt epiſcopalis: ſaluis tamen cõditionibus in litera expreſſis.

¶ In eos qui in cimiteriis tempore interdicti i quoſcũque i caſib' nõ cõceſſis. aut excõicatos: publice: vel nominatim iterdictos: vel manifeſtos vſurarios: ſcienter ſepelire preſumunt. Ca. xlvj.

EOs Qui ppꝛie temeritatis audacia/ defunctorũ corpora non ſine cõtemptu clauium eccleſie/ in cimiteriis tempore interdicti/ in caſibus non cõceſſis a iure: vel excõicatos publice: vel nominatim interdictos: vel manifeſtos vſurarios ſcienter ſepelire preſumũt: ipſo facto excommunicationis ſententie decernimus ſubiacere. A qua nullatenus abſoluantur: niſi prius ad arbitriũ dioceſani epiſcopi/ eis qb' ꝑ premiſſa fuerit iiuria irrogata: ſatiſfactionẽ exhibuerit cõpetẽtẽ. Extra. de ſepul. ca. i. in cle.

Universidad de Deusto
Biblioteca



**Canonis** Iſtius materia eſt ſacrilegium locale. Et eſt quo ad pſonas vniuerſalis. Et vnā tātum punit actionē (ſcilicet ſciēter ſepelire) ad quattuor tamē terminatā. Ita q̄ punitur hoc canone ſacrilegiū quadruplex: ſcʒ ſepelientiū quoſcūq̄ tpe interdicti / niſi quatenus eſt a iure conceſſum: ſepelientiū publice excōicatos: ſepelientium nominatim interdictos: ⁊ ſepelientium manifeſtos vſurarios: ſi tamen in loco ſacro ſepeliantur: alioquin ſacrilegium nō eſſet.

¶ Nota hic primo / q̄ per publice excōicatos / intelligimus eos quos non fictione iuris aut iudicis: ſed ſecūdū rei manifeſtationē ⁊ notitiā publicā patet eſſe excōicatos: ſiue a iure ſiue a iudice. Et non ſufficit q̄ aliqui ſciant pro certo illum eſſe excommunicatuʒ: ſʒ oportet manifeſtationē illius excōmunicati eſſe publicā / vt locus ſit huic pene.

¶ Nota ſecūdo: manifeſtos vſurarios eos appellari / qui nō occulte vſuras exercēt / nec de q̄bus vertitur in dubiū propter palliatos contractus: ſed eos qui ſic manifeſte exercent vſuras / vt ſint ⁊ habeantur manifeſte pro vſurariis.

¶ Nota tertio / q̄ appellatiōe pſumētiū ſepelire. ſoli ſepeliētes de q̄bus vere dr̄ / iſti ſepeliūt / cōprehēdūtur. Et licet cōiter illi q̄ ſepeliūt (hoc eſt humo vel tumulo immittunt cadauer) ſint pſone minores in eccleſia: non tamen ppterea canon iſte ludibrio exponit̄: q̄ nec cōditor canonis noluit extēdere ipſʒ ad faciētes aut mādātes ſepeliri / nec ad dātes ad hoc ꝯſiliū ſeu fauorē: ſicut i multis canonibus ſit. Or igit̄ pene nō ſunt extēdēde: ſta infra pprie



tatē ſignificationis canonis huius ſicut in ceteris ⁊ ſolos ſepelientes ligari dicito. Immo nec ſepelientes ligantur: niſi ſcienter et preſumptuoſe ſepeliāt: quia ſic diſponit canon. Unde ſi manifeſtū vſurariū parochianus vt penitētē ad ſepulturā eccleſiaſticā portādum leuari iubet verbo vel facto / ⁊ ppterea eccleſiaſtice pſone apud quas ſepeliendus eſt ſepeliunt / putantes ipſum penitenteʒ: iuxta ca. q̄q̄ de vſuris in. vi. non incidunt in canonē: qui non preſumunt ſcienter ſepelire. Et eſt epiſcopalis / premiſſa ſatiſfactione ad arbitrium dioceſani: vt in litera dicitur.

¶ In eos qui ſcienter in gradibus phibitis aut cum monialibus / vel in religiōe aut ſacris cōſtituti matrimonium contrahunt: aut inter ipſos ſcienter huiuſmodi matrimonia: celebrant. Ca. xlvij.

Eos Qui diuino timore poſtpoſito / ſcienter in gradu conſanguinitatis vel affinitatis conſtōne canonica interdictis aut cum monialibus cōtrahere matrimonialiter nō verent̄: nec nō religioſos / moniales ac clericos in ſacris ordinibus conſtitutos matrimonium contrahentes. ⁊ inter eos ſcienter eadem celebrantes: ipſos excōicationis ſentētie ipſo facto decernimus ſubiacere. Clemēs. v. de conſan. ⁊ affi. ca. j. in cle.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſacrilegium pro maiori parte / ⁊ inceſtus pro aliqua parte: vtrumq̄ autē in contractu matrimonij. Et quo ad pſonas pro quanto punit inceſtuo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſum contractū/ eſt vniuerſalis:q: ad omnes ſe ex-
tendit. Pro quanto vero ſacrilegū punit m̄rimo
nium:eſt particularis:quattuo: gn̄a perſonarum
comp:ehendens. Primo viros ſecūdo religioſos
tertio moniales:quarto clericos in ſacris conſti-
tutos o:dinibus. Et demum iterum eſt vniuerſa-
lis/quatenus punit ſacrilegā celebrationē. ¶ Quo
ad actiones/punit duas p:incipales actiōes. Pri
ma eſt cōtrahere m̄rimonialiter. Sed pꝑter diuer
ſas conditiones appoſitas ⁊ diuerſos terminos/
multiplicatur hec actio in ſex. Prima eſt ſcienter
ↄtrahere in gradu ꝓhibito.i.quarto ⁊ infra cōſan
guinitatis:ſcōa eſt ſciēter ↄtrahere ī ſimili gradu
affinitatis:tertia contrahere ſcienter cum monia-
li:quarta eſt religioſum:contrahere:quinta eſt mo
nialem contrahere:ſexta eſt conſtitutum in ſacris
contrahere. Secunda vero p:incipalis actio eſt ce
lebrare p:ohibita hec matrimonia inter dictos cō
trahentes.

¶ Ubi ſex occurrūt declarāda. Primū eſt:ꝙ quū
dr̄/ſcienter/intelligitur de ſcientia facti:ita ꝙ ſola
ignorātia facti intelligitur excuſare:puta quia ne
ſciebat illam eſſe conſanguineam ſeu monialem.
¶ Secundū eſt/ꝙ punit̄ cōtractus matrimonij.ita
ꝙ ſi ſponſalia ſolum interuenirent aut coitus tan
tum:nō eſt locus huic pene:ſ; op; interuenire con
tractū per verba de p:eſenti implicite vel explici-
te. Interuenit aūt implicite duobus modis. Pri
mo ſi poſt ſponſalia ſequit̄ coitus affectu coniuga
li. Secundo ſi aliqui igno:antes ſe eſſe conſangui
neos cōtrahāt matrimoniū ⁊ cōſummēt.⁊ poſtea



ſcientes impedimentum nihilominus affectu cō-
iugali cōcūbūt. In vtroq; enī caſu interuenit ma-
trimonij cōtractus nō ſolū pſumptus /ſed verus:
explicatus nō ꝑ verba de p:eſenti/ſed per corpo-
rum cōmixtionem:commixtio enī corpoꝝ affectu
cōiugali facta poſt ſpōſalia ſeu cōtractū de facto/
explicatiua eſt ſufficienter mutui cōſenſus in cōiu
giū. Uñ nō minus ſunt excōicati:q̄ ſ; igno:ātes cō
traxerint/ſciēter pſeuerāt.nō ī ſolo ↄcubitu/ſ; in
ↄiugio(hoc eſt ī ↄcubitu affectu cōiugali)q̄ ſi a
p:incipio cōtraxiſſent ſcienter/cōcubitus enī affe
ctu ↄiugali/claudit in ſe cōtractū m̄rimonij pluſ-
q̄ cōtractus claudat in ſe ſpōſalia. Et iō quū excōi
cant̄ ↄtrahētes/multo magis excōicant̄ ↄſummā
tes:ſciēter. ¶ Tertiū ē/ꝙ dātes auxiliū/cōſiliū vel
fauo:ē ad hmōi ſacrilega ſeu inceſtuoſa matrimo
nia:ſ; peccēt mo:taliter/nō tñ ſunt excōicati:q: nō
veniunt appellatione contrahentium: quia non
vere enunciatur de aliquo eo:um ꝙ contrahit:ſo-
li autē contrahentes ſunt excommunicati. ¶ Quar
tu; eſt notare differentiam in litera poſitā:ī hoc ꝙ
⁊ monialis contrahens eſt excōicata.⁊ cū moniali
cōtrahens eſt excōicatus. Aliter aūt eſt de religio
ſis ⁊ cōſtitutis in ſacris:nam licet iſti religioſi ⁊ cō
ſtituti ī ſacris ↄtrahētes īcurrāt excōicationē:mu
lieres tñ cū quibus cōtrahūt/nō incurrūt excōica
dices. Scdō ſi ab ordinarijs locorū. Tertio ſi p pro
uincialiū ↄciliorū ſtatuta vl' ipoꝝ authoritate: quar
to ſi p cōuēt' capl'a vl' collegia regularia vl' ſecula
ria / ex ↄſuetudine vel alias habētia hāc poteſtatē.
¶ Tertio ex pte effectus / ꝙ hmōi iterdictū ſeu ceſ
ſatio a diuinis / ſeruet a cathedrali ſeu matrice ſeu
parochiali ecclia. Quā diuīctiuā itellige reſpecti
ue: hoc eſt a cathedrali vbi eſt cathedralis: vt in ci
uitatibus: a matrice vbi deeſt cathedralis: ſed eſt
matrix eccleſia: vt in caſtellis. a parochiali / vbi nec
cathedralis nec matrix eccleſia eſt / ſʒ parochialis:



vt in villis. Quarto ex parte modi ſeruandi: ſcʒ ſi-
ne dolo ⁊ fraude: hoc eſt ꝙ religioſi nō latēter pſo
rēt ianuas vl' feneſtras vn̄ laici poſſint videre aut
audire diuia. ⁊ breuiter ſyncere ſeruēt. Et ēcpalis.

¶ In eū q̄ i ciuitate ſeu dioceſi vbi ſūt populi
diuerſaꝝ linguarū habentes ſub vna fide va-
rios ritus / vſurpat preſulatum. Ca. lxviij.

Quoniā In pleriſqꝫ ptib' īfra eā
dē ciuitatē abſqꝫ dioce-
ſis pmixti ſunt ppl'i diuerſaꝝ ligua
rū hn̄tes ſub vna fide varios rit' ⁊
mores: diſtricte p̄cipim' / vt pōtifi-
ces hmōi ciuitatū ſiue dioceſuʒ p-
uideāt viros idoneos / q̄ ſm diuerſitates rituū et
linguaꝝ diuia illis officia celebrēt / eccl'iaſtica ſacra
mēta miniſtrēt / iſtruēdo eos v̄bo pariter exēplo.
Prohibem' aūt oīno: ne vna eadēqꝫ ciuitas ſiue
dioceſis diuerſos pōtifices habeat / tāqꝫ vnū corp'
diuerſa capita / q̄ſi mōſtrū. Sʒ ſi pp p̄dictas cās vr
gēs neceſſitas poſtulauerit: pōtifex loci catholicū
pſulē natiōib' illis ↄformē puida deliberatiōe cō
ſtituat ſibi vicariū ī p̄dictis / q̄ ei p oīa ſit obediēs
⁊ ſubiect'. Un̄ ſiqs aliter ſe igeſſerit. excōis mucro
ne ſe nouerit pcuſſuʒ: ⁊ ſi nec ſic reſipuerit / ab oī mi
niſterio eccleſiaſtico deponēdū: adhibito ſi neceſſe
fuerit brachio ſeculari ad tātam inſolentiā repellē
dam. Extra de offi ordi. ca. quoniam in pleriſqꝫ.

**Canonis** Iſtius materia eſt vſurpatio pſu latus. Et quoad pſonas eſt v'lis.
Quoad actiones vero punit vnam. ſ. aliter ſe inge
rere ꝙ ex ordinatione epiſcopi.

Universidad de Deusto Biblioteca



P Ubi aduerte/ꝙ canon iſte directe excõmunicat il
los qui vbi ſunt verbi gratia latini ⁊ greci ⁊ eps eſt
latinus: vſurpãt ſibi preſulatũ ſuper grecos. ⁊ ſic
de ſimilibus. Horret. enim canon iſte duo capita
in eadẽ ciuitate ſeu dioceſi: ⁊ propter ea vult ſi ne
ceſſitas vrgens poſtulauerit/ꝙ eps ſubſtituat ſibi
epm ſuper illos alteriꝰ ritus vt ſuũ vicarium. Ho
die tamen canon iſte parum aut nihil videtur ſer
uari: qm̃ apoſtolica ſedes prouidet quãdoqꝫ in ea
dem etiam ciuitate habente latinos ⁊ grecos/ de
duobus epis ſeu archiepis. Et eſt epalis.

¶ In eos qui propter legitimum impedimẽ
tum/a ſentẽtia canonis vel hominis ab eo qui
regulariter abſoluere non poterat abſoluti/cõ
temnunt ꝙ primum commode poſſunt ei a quo
regulariter erant abſoluendi ſe preſentare ⁊c.
Ca. lxix.

Nos qui a ſententia canonis vel homi
nis quum ad illum a quo alias de
iure fuerant abſoluendi/nequiuerunt pro
pter imminentẽ mortis articulũ/aut aliud
impedimentũ legitimum pro abſolutionis benefi
cio habere recurſum/ab alio abſoluuntur: ſi ceſſan
te poſtea periculo vel impedimento huiuſmodi/ſe
illi a quo his ceſſantibus abſolui debebant: ꝙ cito
cõmode poterunt: contempſerint preſentare: manda
tum ipſius ſuper illis pro quibus excommunicati
erant humiliter recepturi: prout iuſtitia ſuadebit:
decernimus in eadem ſniam recidere ipſo iure.
P Idem ſtatuimus de his quibus quũ a ſede apo
ſtolica vel legatis ipſius/ abſolutionis beneficium



a quibuſuis ſententijs cõſequuntur: iniungitur vt
ordinariorum ſuoꝝ vel aliorum quorũlibet ſuſce
pturi penitentiã ab eiſdem/ſe cõſpectibus repre
ſentent: ⁊ paſſis iniuriam ſeu his quibus propter
hoc ligati exiſtunt/ſatiſfactionem exhibeant cõpe
tentem: ſi hec quum primũ poterunt/non curaue
rint adimplere. De ſen. excom. ca. eos li. vj.

Canonis Iſtius materia eſt impenitentia
abſolutoꝝ a cenſuris in certis ca
ſibus. Et quoad perſonas lꝫ ſit abſolute vniuerſa
lis: reſtringitur tamen ad eas que in talibus caſibꝰ
tenentur ſe preſentare prelatis ſeu ordinarijs ⁊c.
Quoad actiones vero/duas punit. prima eſt cõtẽ
nere ſe preſentare ꝙ primum cõmode quis poterit
illi a quo ceſſante periculo vel impedimento abſol
ui debebat. ſecunda eſt nõ curare adimplere iniun
ctionem de preſentando ⁊ ſatis faciendo quũ pri
mum commode poteſt.
¶ Ubi nota tres caſus. Primus eſt eorum qui ab
ſoluti ex periculo mortis vel legitimo impedimen
to ab excõmunicatione lata a iure vel ab homine/
ab eo qui non poteſt regulariter abſoluere: ſi poſt
hec nõ ſe preſentant illi a quo regulariter fuerant
abſoluendi ⁊c. Secũdus eſt eoꝝ qui abſoluti a pa
pa vel ipſius legato: ſi miſſi ad ordinarios vel ali
quem aliũ pro penitentia: non implent iuſſionem.
Tertius eſt ſi iſtiſmet iniunctũ fuerit vt ſatiſfaciãt
iniuriam paſſis ſeu illis quibus propter hoc liga
ti exiſtunt/⁊ ſimiliter non curauerint adimplere.
P Et pro ſecundo quidẽ ⁊ tertio caſu ſtabis cũ ver
bis canonis: vt ſcꝫ locum habeat dumtaxat quãdo

Universidad de Deusto
Biblioteca



abſolutio ⁊ iniūctio ſunt ab apoſtolica ſede ſeu le/
gato ipſius.ita ꝙ ſi ſunt a iudice delegato aut ab
ep̄o/non ligat iſte canon.
¶ Pro omni autē caſu aduertendum eſt/ꝙ tp̄s q̄d
primum ↄmode poterūt in foro iudiciali arbitrio
iudicis decernitur:in foro aūt conſcientie/abſolu/
tus ipſe teſtis eſt ſue ↄſcientie ſi fuerit negligens
aut ↄtemptor.Et q: lex iſta non arctat ad preſen/
tandū ſe perſonaliter:idcirco ſiquis per procura/
torem ad hoc inſtitutū cū veritate ſatiſfactiōis cō
pareret corā iſtis q̄ primum poſſet/ſatiſfacere vi/
detur canoni:quum nihil horum que agenda ſunt
exigat preſentiā perſonalē:vt patet diſcurrēdo ꝑ
ſingula.Et iſta excommunicatio eſt ep̄alis/ſi illa a
qua fuerat abſolutus erat epiſcopalis.⁊ ſimiliter
eſt papalis/ſi prima erat papalis:reincidit enī in
eandem ſententiā qua prius ligabatur.

¶ In eos qui in locis chriſtianorū corpora de
functorꝫ ad alia loca transferenda/exenterare/
in fruſta incidere/elixare/excutere carnes ab
oſſibus ⁊c.preſumunt.Ca.lxx.

I defuncti exequutor vel exe
quutores aut fa
miliares ei⁹ ſeu quiuis alij cuiuſcū
ꝙ gradus fuerint/aliquid ↄtra no
ſtri ſtatuti ⁊ ordinationis tenorem
preſumpſerint attentare/defuncto
rum corpora ſic inhumaniter ⁊ crudeliter pertra
ctando vel faciendo pertractari:excōicationis ſen
tentiā(quā ex nunc in ipſos proferim⁹)ipſo facto



ſe nouerint incurſuros.A qua niſi per apoſtolicā
ſedē(preter q̄ī mortis articulo)poſſint abſolutio
nis bn̄ficium obtinere.Et nihilominꝰ ille cuiꝰ cor
pus ſic inhūane tractatū fuerit/eccleſiaſtica careat
ſepultura.Boni.viij.in extra.deteſtāde.de ſepul.
**Canonis** Iſtius materia eſt crudelis īma
nitas ī cadauera hūana.Et quo
ad perſonas eſt vniuerſalis.Quoad actiōes vero
ↄprehendit actiones duas.prima eſt ſic inhumanī
ter ⁊ crudelr ↄtractare.Sc̄da ē facere ſic ↄtractari
¶ Apponunt tn̄ quaſi quattuor limitationes.Vna
eſt circa loca defunctorꝫ:q: non ligat niſi mortuus
ſit in loco vbi fidei cultus viget.Alia eſt declaratio
ipſarꝫ actionū:ſcꝫ exēterare/incidere in fruſtra:eli
xare/excutere/carnes ab oſſibus/⁊ ſimiles crude
litates.Alia eſt circa qualitatē animi:ſcꝫ ꝙ preſum
pſerint ↄtra hm̄oī ſtatutū ⁊ ordinationē.Quarta
deinū eſt circa finem:ꝙ ſcꝫ hm̄oī immanitas fiat vt
trāſferant corpora defunctorū ab alia loca.Et hec
quarta ↄditio elicitiue ex textu a doctoribus ſumi
tur:ex hoc ꝙ caſus quem tollere intendit lex/eſt
hm̄oī abuſus propter transferēda corpora ad alia
loca:pene aūt non ſunt extēdende extra caſ⁹ ſuos.
¶ Et ſcito ꝙ huiuſmodi conciſiones ⁊ exentera
tiones cadauerum humanorum multipliciter con
ſiderari poſſunt.Primo abſolute:⁊ ſic habet quā
dam ſpeciem mali:ſcilicet crudelitatis ⁊ feritatis:
⁊ propterea boniſa.hoc conſiderans/fecit hanc le
gem contra quorundam conſuetudines.
¶ Secundo poſſunt conſiderari in ordine ad alie
quem finem.et ſic iuxta qualitatem illius finis

iudicande ſunt. Nã ſi fiant ad iniuriam irrogãdã/ ſub crimine beſtialitatis ↄprehenduntur. Si vero fiant ad ſcientiam acquirendã: ſub medicinalibus actionibus comprehenduntur: vt in anathomijs patet. Unde qui vſq̃ hodie corpora regalia exenterant ⁊ excerebrant/ vt multis diebus venerari ſine fetore a populo poſſint: nec feritatis rei ſunt/ nec ↄtra canonem iſtum agunt: quia non exenterant vt transferant ad alia loca: ſed ne feteant. Et ſic de ſimilibus. Et eſt papalis.

¶ In omnes qui in terris ſuis noua pedagia imponunt vel prohibita exigunt. Cap. lxxi.

Excommunicamus ⁊ anathematizamus oẽs qui in terris ſuis noua pedagia imponunt vel prohibita exigũt.

In procel . cenc do.

**Canonis** Iſtius materia eſt libertas humana ab oppreſſione illicitarũ gabellarũ. Et quo ad ꝑſonas eſt vniuerſalis. Quo ad actiones/ duas actiones ligat. prima eſt imponere noua pedagia: ſecunda eſt exigere prohibita.

¶ Ubi aduerte canonem iſtum non facere mentionem de clericis pluſq̃ laicis: ⁊ loqui ſolum de pedagijs: q̃m nullum aliud ſubſtantiuũ in hac locutione reperitur. Et vbi tempore martini. v. excõicabantur dũtaxat qui imponunt noua pedagia/ poſtea adiunctũ eſt vel exigunt prohibita: ꝓcul dubio pedagia: de quib' erat ſermo inchoatus: alio

quin



quin exigẽtes quecũq̃ prohibita eſſent ab hoc canone excõmunicat: quod eſt ridiculum.

¶ Ex quibus ſequuntur duo. Primũ eſt/ ꝙ imponentes nouas collectas ſeu taxatas nõ incurrunt hunc canonem: punientẽ imponentem nouas gabellas. Scðm eſt/ ꝙ exigentes prohibita pedagia a quibuſcũq̃ exigant (ſiue laicis ſiue clericis) incurrunt hunc canonem/ dummodo exigant: quod importat coactionem quandã: ſiue coactio iſta fiat imperio: ſiue arreſtatione rerum vel perſone/ ſiue minis/ ⁊ breuiter quomodolibꝫ fiat ꝙ inuit' ſoluat.

¶ Et q: v̾ba ꝓprie intelligẽda ſunt: nec ſunt ĩ materia pena extendenda: aduerte differentiã inter exigere pedagia prohibita/ et exigere pedagia nõ ꝓhibita ſed a perſonis prohibitis. qui enim exigit pedagia licita ſed a perſonis prohibitis (puta priuilegiatis. ſiue illi priuilegiati ſint laici/ puta milites: ſiue clerici) nõ incurrit hunc canonem: q: non exigit pedagia ꝓhibita/ ſed licita: ꝗuis ab his qui non tenent. alioquin exigẽtes licita in ſe pedagia a quibuſcũq̃ priuilegiatis/ ſiue laicis ſiue clericis incurrerent hanc cenſurã: quod nõ eſſe verum videtur maniſeſtiſſimũ. Sed ad hoc vt exigentes incurrãt hunc canonem: requirit ꝙ exigant pedagia in ſeipſis prohibita: qualia ſunt oĩa noua ſine debita licentia impoſita. ⁊ ſimiliter ea que ſunt impoſita pro his que deferuntur pro vſu proprio/ vel ad fiſcum. vel exercendi iuris gratia: quũ hec ſint ex iure ciuili prohibita ſub pena capitis.

¶ Cum his tamen memẽto/ ꝙ exigentes a clericis etiam licita pedagia/ incurrunt excõicationem ex

Universidad de Deusto Biblioteca



alio canone:vt ſupra patet.Et q: canõ preſens eſt in cena domini/eſt papalis.

¶ In dantes ⁊ recipientes in ſimonia ordinis vel beneficij.item in eos qui ꝙ illa fiat mediatores extiterint ſeu procurauerint.Cap.lxxxj.

MUlte contra ſimoniacam prauitatem iam olim facte ſunt cõſtitutiones/quibus morbus ille non potuit extirpari.volentes igitur de cetero vt poſſumus attentius prouidere/ſacro approbante cõcilio declaramus:ꝙ ordinati ſimoniace/ab executione ſuorum ordinũ ſint eoipſo ſuſpenſi.Electiones aũt poſtulationes/cõfirmationes:⁊ queuis prouiſiones ſimoniace eccleſiarũ:monaſterioꝝ:dignitatum:perſonatuũ:officioꝝ/⁊ beneficiorum quorũcunqꝫ deinceps facte nulle ſint ipſo iure/nullumqꝫ per illas ius cuiqꝫ acquiratur:nec promoti/ confirmati ac prouiſi faciant fructus ſuos:ſed ad illorum reſtitutionem tanqꝫ inique ablatoꝝ teneantur percipientes.Statuentes inſuper ꝙ dantes ⁊ recipiẽtes/ipſo facto ſententiã excõmunicationis incurrant:etiam ſi pontificali aut cardinalatus preful geant dignitate.Martinus.v.in conci.conſtantiẽ.

Canonis Iſti⁹ materia eſt ſimonia. Et eſt quoad pſonas vniuerſalis.Quantum ad actiones vero/duas excõmunicat:ſcꝫ dare ⁊ recipere.ita ꝙ tam dantes ꝙ̃ recipientes in ſimonia ordinis/vel beneficij:ſunt excõicati.Et tertiã addidit paulus ſecundus in extrauaganti quã deteſtabile:ſcꝫ cõtra illos q̃ vt hmõi ſimonia fiat me-



diatores extiterint vel pcurauerint.Ubi nota ꝙ licꝫ hmõi extrauagãtes videanť prĩa facie ad oẽs ſimoniacos ſe extẽdere ꝓpter quedam verba lata vbi cõtẽta:q: tñ materia de qua agitur eſt ſola ſimonia in ordine aut bñficio(vt patet ĩ tractatu ⁊ cõtextu earũdẽ)ideo cõiter dicit ⁊ rõnabiliter ꝙ ſoli ⁊ oẽs ſimoniaci in ordine aut bñficio/ſunt excõicati.Excõicati aũt ſimoniaci ꝓ ingreſſu mõaſterij:ſub his nõ cõprehenduntꝰ/ſꝫ ſuo loco relinquuntꝰ.Appellatione aũt beneficij intellige non ſolum illud quo aliquis dicit habere beneficiũ:ſꝫ ẽt prioratũ:guardianatũ:⁊ alia quouis noĩe vocenť:que ſunt prelationes ⁊ officia paſtoralia apud mendicantes:qm̃ monaſteriorum ſeu cõuentuum ſunt electiones/cõfirmationes ſeu prouiſiones hmõi:q̃uis nõ cõputentur inter eccleſiaſtica beneficia.Et eſt papalis.

¶ In ſingulares pſonas aliq̃d ex pacto dãtes aut recipiẽtes ꝓ ingreſſu religioĩs. Ca.lxxxij.

VNiuerſis ⁊ ſingulis abbatib⁹/priorib⁹/decanis/ꝓpoſitis ⁊ magiſtris:necnõ abbatiſſis ⁊ prioriſſis/aliiſqꝫ prelatis quouis noĩe nũcupatis ⁊ eoꝝ officialib⁹(quarũcũqꝫ etiã eccl'iaꝝ:monaſterioꝝ:prioratuũ/domorũ ⁊ locoꝝ quarũlibet religionũ/ordinũ etiã militariũ tam exemptorũ ꝙ̃ nõ exemptoꝝ:quocũqꝫ nomine cenſeantur)ac capitulis ⁊ cõuentib⁹ ⁊ ſingularib⁹ perſonis eoꝝ tenore preſentiũ authoritate apoſtolica:q̃uis ſit eis a iure inhibitum:diſtrictius inhibemus:ne tam a marib⁹ ꝙ̃ a mulierib⁹ religionem eorum ingredi volentibus/eccleſias/monaſteria/

Universidad de Deusto Biblioteca



priozatus/domos ſeu loca:in earundem perſonaꝝ
receptione aut ante vel poſt illā:quoſcunqꝫ paſtus
prandia ſeu cenas/pecunias/iocalia:aut res alias
etiā ad eccleſiaſticū ſeu quēuis pium vſum alium
deputata vel deputanda:de cetero directe vel indi
recte petere vel exigere quouis modo preſumant:
ſed eas potius cū omnimoda pietate recipiant:ac
in victu ⁊ veſtitu ſicut alias pſonas eccleſiarū ſua-
rum:monaſterioꝝ:priozatuum:domoꝛuꝫ alioꝛūqꝫ
locoꝛum ſyncera charitate pertractent:illa dumta
xatque ipſe perſone ingredientes pure at ſponte
⁊ plena liberalitate omniqꝫ pactiōe ceſſante dare
vel offerre eccleſijs:monaſterijs:priozatibus:do
mibus ⁊ locis huiuſmodi voluerint:cum gratiarū
actione licite recepturi. Nos enim qui ſecus egerit
ſi ſingulares perſone ſint:tam dantes ꝙ recipien-
tes huiuſmodi excōmunicationis:ſi vero capitulū
ſeu ꝯuentus fuerit:ſuſpenſionis ſententijs eo ſa-
cto decernimus ſubiacere. A quibus (preterꝙ in
moꝛtis articulo) abſolui nequeāt abſqꝫ ſedis apo
ſtolice licentia ſpeciali. Urbanus.v.in extraua.ſa-
ne ne in vinea.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſimonia pro
ingreſſu monaſterioꝛuꝫ. Et quo
ad perſonas/compꝛehendit omnes. Quo ad actio
nes vero:duas ſcꝫ dare vel accipere.

¶ Ubi nota:ꝙ ſicut in ceteris ſimonijs ab eccleſia
punitis requiritur pactio:ita ⁊ in iſta. Ita ꝙ ex pa
cto dantes vel accipientes ſunt excōicati. Si aūt ſi
ne pacto darēt vl' acciperēt nō eſſent excōicati:quā
tumcunqꝫ intentio dantiū ⁊ accipientiū eſſet puer



ſa:ſicut in ceteris ſimonijs contingit.
¶ Aduerte quoqꝫ decretalem hanc pluries repete-
re edita iura contra hmōi petitiones/conſuetudi-
nes ⁊ exactiones:qm̄ hinc elici poteſt/ꝙ ſi aliqua
petuntur vel exiguntur non contra alia iura edita
exempta ſunt ab hac excōmunicatione:que adiun
cta eſt prioꝛibus iuribus:vt ipſe conditoꝛ canonis
teſtatur.
¶ Et ex hoc capite excuſantur omnes putantes ſe
pie agere pro cōſuetudinibus antiquis ſeruādis:
non vendentes ingreſſum religionis/ſed exigen-
tes ſeruari laudabiles cōſuetudines. excuſant aūt
tantū ab iſta cenſura:quantū excuſant a tranſgreſ
ſione cōicationis iuris. Quāuis ex alio capite vi-
deantur excuſari ſcꝫ ex cōmuni vt videtur cōſuetu
dine:ex qua decretalis hec aut nunꝙ videtur rece
pta/aut ſic interpretanda. Nō deſunt quoqꝫ verba
decretalis hui⁹ ex alio capite excuſantia ſcꝫ ex pre
ſumptione:quoniā preſumptione affectas ſuppo
nit huiuſmodi petitiones. Et propterea qui non
preſumunt/ſed imitantur predeceſſoꝛuꝫ veſtigia/
bona intentione:nō incurrunt huiuſmodi cenſu-
ras. Quocirca moniales petentes ſolitas ibidē da
ri dotes/⁊ lectiſternia/veſtes ⁊ huiuſmodi:⁊ inſtā-
tes ad hoc vt parentes puelle faciāt ſicut alij) ſiue
monaſteriū egeat ſiue non) non ſunt excōmunica-
te:quū nulla hic interueniat pactio ſed inſtātia vt
faciant ſicut alij. Si vero monaſteriū egeat/ita vt
non poſſit ſuſtentare recipiendam abſqꝫ penuria:
poſſunt licite paciſci:vt poꝛtet ſecum quod neceſ-
ſe eſt ad ſui ſuſtentationem:qm̄ hoc nature ius exi

Universidad de Deusto
Biblioteca



git. Et eſt papalis.

¶ In religioſos qui ex ordinibus mendicantium quorumcunq̃ ad aliquem monaſticum ordinem / carthuſientium excepto / abſq̃ ſedis apoſtolice licentia ſpeciali conuolant: et eos qui ipſos recipiunt. Ca. lxxiiij.

IN futurum nullus ex profeſſoribus alicuius ex ordinibus mendicantiũ quorũcunq̃ ĩ aliquẽ monaſticũ ordinem (tam ſancti bñdicti q̃ ciſterciẽ. camaldulẽ. vallis vmbroſe canonicorum regularium: ſancti aug. vel aliorum monaſticorum ordinum) carthuſientium duntaxat excepto / poſſit aut debeat ꝑ quẽcũq̃ recipi vel admitti virtute alicuius licentie vel indulti abſq̃ ſedis apoſtolice licentia ſpeciali ſub dictis penis (ſcilicet excommunicationis late ſentẽtie reſeruate pape) quas tam recipientes q̃ recepti ipſo facto incurrant. Et nihilominus ſecus facta nõ teneãt ipo iure. Martinus v. in extraua. viam ambitioſe.

**Canonis** Iſtius materia eſt ambitioſus ſeu mollis tranſitus de religiõe ad religionem. Et quoad perſonas eſt particularis: quia ligat ſolos mendicantes ꝛ monachos. exceptis carthuſientibus. Quoad actiones ligat duas: recipi ꝛ recipere. hoc eſt tranſitũ mendicantium ad religionem monachalez / excepta carthuſienſi: ꝛ receptionem eorundem. Ita q̃ recipientes ꝛ recepti ſunt excommunicati. Et eſt papalis.

¶ In eos qui bona eccleſiaſtica alienant ꝛ illos, qui ipſa alienata recipiunt. Ca. lxxv.



OMnium Rerũ ꝛ bonorũ eccleſiaſticorũ alienationẽ / omneq̃ pactũ per qđ ipſorũ dominiũ trãſfert: cõceſſionẽ / hypothecã / locationẽ ꝛ conductionẽ vltra triennium / necnon infeudationem vel contractum emphiteoticũ (preterq̃ in caſibus a iure ꝑmiſſis: aut de rebus ꝛ bonis in emphiteoſim ab antiquo cõcedi ſolitis / ꝛ tunc eccleſiarum euidente vtilitate: ac de fructibus ꝛ bonis que ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt pro inſtãtis tpis exigẽtia) hac ꝑpetuo valitura cõſtitutiõe ꝑñti fieri prohibemus. Siquis autem cõtra huius noſtre prohibitionis ſeriem de bonis eiſdem quicq̃ alienare preſumpſerit: alienatio / hypotheca: conceſſio / locatio / cõductio et ĩfeudatio hmõi / nulliꝰ ſint momenti: ꝛ tam qui alienat / q̃ is q̃ alienatas res ꝛ bona predicta receperit / ſententiam excõicatiõis incurrat. Paulus. ij. i extraua. ambitioſe.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſacrilegium circa alienationem rerũ eccleſie. Et quoad ꝑſonas excõicatio eſt vniuerſalis. Quoad actiones / due in genere ponuntur. Prima eſt alienare. Secunda eſt alienata recipere cõtra conſtitutionem hanc.

¶ Ubi nota duo. Primo tres caſus explicite in hac cõſtitutione concedi / ſeu non prohiberi. Primus eſt locatiõis ꝛ conductiõis infra trienniũ. Secũdus eſt emphiteoſis habens tres cõditiões: ſcʒ in caſibus a iure permiſſis / ꝛ de bonis ſolitis ab antiquo dari in emphiteoſim / ꝛ cum euidenti ec-

Universidad de Deusto Biblioteca



cleſie vtilitate. Tertius eſt alienationis fructuum
qui ſeruādo ſeruari nō poſſunt: vt frumentum/ vi
num ⁊ huiuſmodi. In his enim tribus caſibus/
nulla incurritur excommunicatio ſecundum tutio
rem ſenſum huius decretalis.
¶ Nota ſecūdo/ ꝙ quia hec decretalis nō eſt rece
pta vbiqꝫ/ ⁊ alicubi videtur recepta nō totaliter: ſꝫ
quoad aliquid: ideo vbi non eſt recepta ⁊ ſimiliter
quantum ad illud in quo alicubi non eſt recepta/
neminem damnes: eo ꝙ niſi conſenſu vtentiuꝫ lex
fuerit firmata: pro non lege habet. Eſto ergo cau
tus confeſſor/ vt ſcias conſuetudinem patrie quo
ad hoc. ſcies autem illā a curia epiſcopali.
¶ Nota quoqꝫ ꝙ in rebus immobilibus minimis
non reputatur paulinam hanc habere locum. Et
eſt epiſcopalis.

¶ In ſacerdoteꝫ officium vicecomitis aut pre
poſiti ſecularis habentem/ ⁊ poſt monitionem
emendare nolentem. Ca. lxxvj.

INhibemus Sub īterminatiōe anathematis: ne
quis ſacerdos officium habeat vicecomi
tis aut prepoſiti ſecularis. Siquis autē
cōtra hec venire preſumpſerit/ ⁊ cōmo
nitus emendare noluerit: excommunicatiōi ſub
iaceat. extra. ne cle. vel mo. ca. clericis.

Canonis Iſtius materia eſt quoddam ſa
crilegiū: quo per indecens offi
cium ſacerdotio iniuriam facit ipſe ſacerdos. Et
quoad perſonas/ ſoli ſacerdotes excōicant. Quā
tū ad actiōes/ due ſimul iuncte excōicationi ſubij



ciuntur. Prima eſt habere officiū vicecomitis aut
ꝓpoſiti ſecularis. Secunda eſt poſt monitionē nol
le emendare. Hic ergo due actiones ſi ſimul cōcur
rant in ſacerdote/ excōicationi ipſum ſubhiciunt.
¶ Aduertāt hic p̄lati qui ſunt regnorū gubernato
res ſeu viceregeſ: qm̄ appellatione prepoſiti ſecu
laris/ omnis hmōi preſidentia iuriſdictionem: ha
bēs ſecularem venire videtur. Et hoc intellige qn̄
hmōi prepoſitura eſt aduenticia ꝑſone: nam ſi eſt
annexa vel etiā de nouo annecteretur eccleſiaſtice
dignitati (vt cōtingit in epis hn̄tibus vtranqꝫ iu
riſdictionē) nō habet locum hic canon. Et ſimili
ter ſiquis dominus temporalis efficeretur ſacer
dos/ nō ꝓpterea perdit dominiū ſuum ſeculare:
ſed poteſt illud exercere/ quemadmodum eps ha
bens vtranqꝫ iuriſdictionem. Secus autē eſſet/ ſi
quis habens officium vicecomitis aut ſecularis/
prepoſiti (puta poteſtatis aut hmōi) fieret preſby
ter: quia non poteſt retinere officium: illud quoniā
inhibetur ſacerdoti habere huiuſmodi officium.
Et eſt epiſcopalis.

¶ In confeſſores qui in. xij. caſibus hic enu
meratis ⁊ generaliter in caſibus bulle cene do
mini quecūqꝫ abſoluere aut quattuor excepta vo
ta commutare attentant. Ca. lxxvij.

EXhortatione Apl̄ica tenore
p̄ntiuꝫ ſtatui
mus ⁊ ordinamus/ ꝙ decetero pre
textu facultatū quarūcūqꝫ cōceſſarꝫ
a nobis vel authoritate noſtra/ et
quas cōcedi quomodolibet cōtin

Universidad de Deusto
Biblioteca



get in futurū ēt cū clauſula ꝙ ſola ſignatura ſuffi
ciat ēt ī fauorē ſidei ⁊ cruciate: nullus cōfeſſor quē
uis qui offenſe eccleſiaſtice libertatis/violatiōis
īterdicti a ſede apoſtolica ipoſiti/ſeu hereſis poſt
ꝙ quis fuerit de ea ſentētialiter ꝯdēnatus decla
tus ſeu publice diffamatus/ꝯſpiratiōis ī pſonam
aut ſtatū ro. pont. ſeu cuiuſuis offenſe inobediētie
aut rebelliōis eiuſdē pont. vel dicte ſedis/mutila
tiōis mēbroꝝ vel occiſiōis cuiuſcūqꝫ ī ſacris ordi
nib' ꝯſtituti/offenſe pſonalis in epiſcopū ſeu aliū
platū/inuaſiōis depredatiōis occupatiōis aut de
uaſtatiōis terrarū romane eccleſie mediate vl' im
mediate ſubiectarū/ac ēt inuaſionis romipetarū
ſeu quorūcūqꝫ aliorū ad romanā curiā veniētium
phibitiōis deuolutiōis cārū ad dictā curiā/decla
tiōis armorum ⁊ aliorū prohibitorū ad ptes īfide
lium. impoſitionis nouorū onerū realiū vel perſo
nalium eccleſijs vel eccleſiaſticis pſonis/ſimonie
ſup ordinib' vel beneficijs cōſequēdis in dicta cu
ria vel extra eā cōtracte quomodolibet reus foret
⁊ generaliter in caſibus contentis in literis que cō
ſueuerunt in die cene domini publicari/preterꝗ̄
hmōi facultatū abſoluere: ⁊ per quoſuis emiſſa pe
regrinationis vltra marine/viſitationis liminum
apoſtolorum petri ⁊ pauli in compoſtella ⁊ caſtita
tis ac religionis vota/niſi ex ſpeciali licentia ⁊ cer
ta ſciētia noſtra (de qua demum conſtare cēſeatur
quum in ſignatura noſtra deſup manu noſtra ſcri
tum aut in literis noſtris expreſſuꝫ fuerit/nos ex
certa ſcientia ⁊ de ſpeciali gratia id cōcedere cū de
rogatiōe pſentis cōſtitutionis/illius de verbo ad



verbum inſerto tenore/nō aūt per clauſulas id im
portentes) vel in articulo mortis conſtitutuꝫ (et
tunc in caſibus vbi ſatiſfactio fuerit impendenda
facta ſatiſfactione/vel idonea preſtita cautione)
commutare preſumant. ¶ Et ſi aliqui cōfeſſorū cō
tra preſentem conſtitutionē quēcūqꝫ abſoluere aut
excepta vota predicta commutare attentauerint
abſolutio ⁊ cōmutatio huiuſmodi nullius ſint ro
boris vel momenti: ⁊ contrafacientes eo ipſo excō
municationis ſententiam incurrant. A qua (niſi in
mortis articulo conſtituti) ab alio qui a ro. pont.
abſolui non poſſint. Sixtus. iiij. in extraua. Et ſi
dominici.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſacrilegiū cir
ca vſurpatam ſpiritualeꝫ iuriſdi
ctionem in abſoluendo a caſib' reſeruatis ⁊c. Et
quantum ad perſonas/confeſſores cōprehendun
tur. Quantum ad actiones vero/due ſunt in gene
re: ſcilicet abſoluere a reſeruatis que hic enumerā
tur/⁊ commutare vota hic reſeruata. Et declarat
quomodo in articulo mortis agendum ſit.

¶ Ubi nota caſus hmōi dupliciter īueniri. Primo
vt nō remāſerit penitēs obligat' ad ſatiſfaciēdū.
Et tūc pōt ī articulo mortis ꝗlibet abſolui cū pro
miſſiōe vel iuramēto ꝙ preſentabit ſe ſi euaſerit/
potenti legitime abſoluere: nō p abſolutiōe: ſꝫ ad
ſtandū mādatis eccleſie. Si aūt penitēs remāſerit
obligatus ad ſatiſfaciēdū: ſi poteſt premitti debet
ſatiſfactio. ꝙ ſi non poteſt: tunc preſtare dꝫ idoneā
cautionē anteꝗ̄ abſoluatur. Et vocat idonea cau
tio: pignoraticia: ꝙ ſi hanc nō pōt: det fideiuſſoriā

Universidad de Deusto
Biblioteca



⁊ ſi hanc etiam non poteſt/det iuratoriam. Et in
hoc aduertant bene confeſſores/ne illaqueentur.
Et eſt papalis/non ſolū hinc/ſed etiam ex proceſ-
ſu in cena domini/quantum ad abſoluentes a con
tentis in bulla cene domini.

¶ In eos qui aſſerunt tenentes beatam vir.
ab originali peccato fuiſſe preſeruatam hereſis
aut peccatum mortale incurrere ⁊c. Et eos qui
affirmant contrariam opi. tenentes in hereſim
vel peccatum mortale incidere. Ca. lxxviij.

Motu Proprio aſſertiones quorū
libet predicatorum qui affir
mare preſumerent eos qui crederēt
aut tenerēt dei genitricem ab origi
nalis peccati macula in ſua cōceptio
ne preſeruatam fuiſſe/propterea ali
cuius hereſis labe pollutos fore vel mortaliter
peccare: aut conceptiōis officium celebrantes/ſeu
ſermones illorum qui eam ſine huiuſmodi macula
conceptā eſſe affirmant audientes alicuius pecca
ti reatū icurrere vtpote falſas ⁊ erroneas/editoſ
qꝫ deſuper libros id continentes quo ad hoc au-
thoritate apoſtolica tenore preſentium reproba-
mus et damnamus.

℟ Ac motu/ſcientia et authoritate predictis ſtatui
mus ⁊ ordinamus/ꝙ predicatores verbi dei ⁊ qui
cunqꝫ alij qui decetero auſu temerario preſumpſe
rint in ſuis ſermonibus ad populuꝫ ſeu alias quo
modolibet affirmare huiuſmodi ſic per nos impro
batas ⁊ damnatas aſſertiones veras eſſe/aut di-
ctos libros ꝓ veris legere tenere vel habere poſt-



ꝙ de preſentibus ſcientiam habuerint. excommu
nicationis ſententiam eoipſo incurrant. A qua ab
alio ꝙ a ro. pont. niſi in mortis articulo/nequeant
abſolutionis beneficium obtinere. Itē motu ſciē
tiā ⁊ authoritate ſimilibus/ſimili pene ac cenſure
ſubijciētes eos qui auſi fuerint aſſerere contrariā
opinionem tenentes (videlicet glorioſam virginē
mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam)
hereſis crimen vel peccatū incurrere mortale quū
hoc nondum ſit a romana eccleſia et apoſtolica ſe-
de deciſum. Sixtus. iiij. i extraua. ca. graue nimis.

Canonis Iſtius materia eſt ſacrilega ſeu
ꝑceps aſſertio ſeu affirmatio cu-
iuſdam ambigui in doctrina chriſtiana circa conce
ptionē beate virginis. Et quoad perſonas in vtro
qꝫ caſu excōmunicatio eſt vniuerſalis. Quoad actio
nes, vero in vtroqꝫ caſu actio eſt audere aſſerere
ſeu affirmare hec vel illa: prout in litera. Et adiun-
gitur in primo caſu habere quoſdam libros pro ve
ris quo ad hoc.

℟ Nota cōfeſſor: ꝙ vbi ſimplici corde aliquis erraſ
ſet: non incurrit hunc canonē/pro quanto defuit
ibi audacia ſeu preſumptio: que non fruſtra in lite
ra appoſita eſt. Et eſt papalis.

¶ In ipediētes legatos vł nūcios aplīcos/ne
recipiant ⁊ faciāt ea ad q̄ miſſi ſunt. Ca. lxxix.

Aliqui Officium ⁊ poteſtateꝫ ro
mani pont. quam non ab
homine ſed a deo recepit/ſub ſuo ar-
bitrio redire molientes: legatos ipſi
us niſi ab eis petiti fuerint/vel de be-

Universidad de Deusto
Biblioteca



neplacito eorum tranſmiſſi: ſibi terras ſubiectas (dicentes hoc ſibi de conſuetudine cõpetere) ingredi non permittunt. Nos huiuſmodi ↄſuetudinem authoritate apoſtolica penitus reprobantes legatos ipſos ab omnib⁹ cuiuſcunq̃ preeminẽtie conditionis aut ſtat⁹ fuerint: debere admitti decernimus: nec eos in pretextu cuiuſuis cõſuetudis impediri poſſe a quoq̃ chriſtiano nomine glorian te: quo min⁹ regna: puincias terras quaſlibet ad que ipſos deſtinari cõtingerit / ingrediant libere: ac cõmiſſe ſibi legationis officiũ exerceãt i eiſdẽ. ¶ Qui vero decetero ſuper predictis dictos legatos aut etiã nũcios quos ad quaſcũq̃ partes pro cauſis quibuſlibet ſedes ipſa trãſmiſerit / preſumpſerint impedire: eoipſo ſniam excõicationis incurrant. Jo. xxij. in extra. ca. ſuper gentes.

**Canonis** Iſtius materia eſt ſacrilegiuꝫ in apoſtolicã authoritateꝫ. Quoad perſonas eſt vniuerſalis. Quoad actiones: vna phibetur: ſcꝫ impedire legatos ſeu nuncios apoſtolicos: ne recipiãtur ⁊ faciãt ea ad que miſſi ſunt. Et e. lepalis: quantum eſt ex hoc canone.

¶ In vocatos ad dirigẽdũ moniales in electionibus: non abſtinentes ab his vnde oriri vel nutriri poſſit diſcordia in ipſis electionibus faciendis. Ca. lxxx.

Quos ad dirigendas in electionibus moniales deinceps contigerit euocari: ab his prorſus abſtineant per que inter eas ſuper faciendis ipſis electionib⁹ oriri poſſit diſ-



cordia: vel exorta nutriri: alias eoipſo excommunicationis ſnie ſe nouerint ſubiacere. De elec. ca. indemnitatibus. li. vj.

**Canonis** Iſti⁹ materia eſt diſcordie occaſio in electione. Et quantũ ad pſonas / cõprehendit oẽs ⁊ ſolos vocatos ad dirigẽdum moniales in electionibus faciendis. Quantũ ad actiões / duas cõprehendit. Prima eſt non abſtinere ab his vnde poſſit oriri diſcordia in faciendis dictis electionibus. Secunda eſt non abſtinere ab his vnde poſſit nutriri diſcordia exorta ſup dictis electionibus faciendis.

¶ Ex quibus bene cõſideratis / clare liquet q̃ non vocati ad dirigẽdas ⁊c. quãtũcunq̃ ſeminẽt diſcordias ⁊ diabolice agant: exempti ſunt ab hoc canone. Et ſilr illi q̃ diſcordias ſeminant ſup electiõib⁹ factis / etiã ſi ſunt de numero vocatoꝝ: qm̃ pene nõ extendunt vltra caſus ſuos. Et eſt epalis.

¶ In eos q̃ ordini pdicatoꝝ aut minoꝝ ↄtumeliã ſeu iniuriã in ſeptẽ caſib⁹ inferunt. Ca. lxxxj.

**Intrantes** Monaſteria monialium predicatorũ (ſiue ſeculares ſiue eccl'iaſtice pſone ſint) in caſu non cõceſſo a cõſtitutionib⁹ earum vel ſine licentia magiſtri ordinis / aut alteri⁹ ab ipſo mgr̃o habentis ſuper hoc ptãtẽ ſunt ipſo facto excõicati. A qua excõmunicatione nõ poſſunt abſolui (preterq̃ in mortis articulo) niſi a papa vel a magiſtro ordinis / vel ab alio hñte ſuper hoc ſpãlẽ authoritatẽ ab aliquo predictorum.

Universidad de Deusto Biblioteca



Et iſta ſnīa eſt lata etiā per papā in bulla ordinis.
¶ Intrantes monaſteria ſancte clare ſeu monialiū
ordinis minoꝝ: in caſibus non ꝯceſſis in regula ip
ſarū: vel ſine licentia eorum qui dare poſſunt: ſunt
ipſo facto excommunicati. Et pape reſeruaſ abſo-
lutio/vel generali ipſius ordinis.

¶ Quicunq; libellos famoſos in vulgari in litera
li ſermone: necnō cantilenas vel rithmos edere vel
detinere vel publicare preſumunt: in infamiā ſtat⁹
ordinis predicatorum vel minorū ſunt excōicati.
A qua excōicatione non poſſunt abſolui/niſi per-
ſonaliter ſedi apoſtolice ſe preſentent. Alexander
in priuilegio ex alio: & in alio/non ſine multa.

¶ Quicunq; predicare/docere vel defenſare pre-
ſumunt ꝙ predicatores vel minores non ſint in ſta
tu perfectionis/& ꝙ nō liceat eis de elemoſinis vi-
uere: & ꝙ non liceat eis predicare vel ꝯfeſſiones au
dire de licentia ſummi pont. alioꝝ prelatorum in-
feriorum & rectorum eccleſiarū aut ſacerdotum pa
rochialium ꝯſenſu minime requiſito: ſunt excōmu
nicati. A qua ſententia non poſſunt abſolui/niſi p
ſonaliter ſedi apoſtolice ſe preſentent. Alexander
vbi ſupra.

¶ Idem boniſa. ix. in priuilegio/ſacre religionis.
Ubi etiam excōmunicantur omnes qui impediūt
eoſdem fratres ne poſſint in ſuis eccleſijs celebra
re/recipere elemoſinas/vel predicare.

¶ Quicunq; preſumunt in loca fratrum predica-
torum violentiam damnabilē exercere: eo ipſo ſen
tentiam excommunicationis incurrunt. A qua ab
ſolui nequeunt: niſi per ſedem apoſtolicā: vel per
conſeruatores



conſeruatores ordini predicatorū deputatos. Cle
mens in quibuſdā locis. & in alto.

¶ Quicunq; in monaſterio vel eccleſijs ſuis deti-
nent apoſtatas or. predicatorum/niſi eos eiecerit
poſtq̄ eis per fratres dicti ordinis ne eos detineāt
fuerint denunciatum: ſunt excommunicati. Boni
fa. in priuilegio/virtute.

¶ Itē fratres minores qui preſumunt recipere fra
tres or. predicatoruꝫ profeſſos ſine licētia ſummi
pont. faciēte expreſſam de indulto hmōi mētionē:
vel niſi prius ſuoꝝ prioruꝫ licentia fuerit petita et
obtēta: ſūt excōicati. Clemēs ad minores. qs nos.

¶ Idem de heremitanis. alexander ad heremitas
veſtram.

¶ Magiſtri: rectores artiſtarū & ſcolares ſtudij pa
riſieñ. qui publice vel occulte fratres predicatores
vel minores a conſortio vniuerſitatis pariſieñ. ex-
cludere moliūtur: ſunt ipſo facto excommunicati.
A qua excōicatione abſolui nequeunt: niſi perſo-
naliter ſedi ap̄lice ſe preſentēt. Alexander/ex alto.

Circa hos ſeptem canones relatos a ſancto
anthonino in tertia pte ſue ſumme: ad-
uerte ꝙ primus (ſcꝫ de ingreſſu monaſteriorum)
dolum ſeu preſumptionē requirit. Ita ꝙ non ſolū
excuſanſ ingredientes ex ignorātia quaſi inuinci-
bili (puta q: ꝯſueuerunt monaſteria alicubi liberū
habere ingreſſum: & nihil ſcitur de excōicatiōe) ſꝫ
etiā ſcientes excōicationē & exiſtentes in locis vbi
ſeruatur/ſi ingrediunſ in aliquo caſu putātes ſibi
licere: excuſantur: q: non preſumunt. & in decretali
prohibente ingreſſum in monaſteria or. predicato

Universidad de Deusto
Biblioteca



rum/ponitur verbum pꝛeſumat.
¶ In ſecundo quoqꝫ canone nota/ ꝙ non ſunt excõ
municati detrahentes huiuſmodi religioſis/ ſ3 de
trahentes ſtatui: vt litera clare dicit.

PReter has aũt excõicatio-
nes inueniũtur mul-
te alie/ in tria diſtincte genera. Ea
rum nãqꝫ alique cõmuis ſint note:
non tñ ſunt ꝯſenſu vtentiũ com-
probate: quales ſunt oẽs ꝯtra
non reuelantes ſimoniã/ et ꝯtra
dãtes ꝓ habẽda grã vel iuſtitia in curia romana.
¶ Alie ſunt cõiter ignote: quales ſunt multe quecõpl
cunt. Jo. xxij. Que non poſſunt eſſe vtẽtiũ ꝯſenſu
firmate: ex quo vt ignote aut incerte fuerũt ⁊ ſunt.
Vidit forte quiſpiã vnam copiã ⁊ ſcripſit: quod ea
facilitate reijcitur qua pꝛoponitur. Has ego nõ re
tali: q2 nolo eſſe doctoꝛ ſimilium. Et hec duo gene
ra non ligant q2: leges infirme ſeu abꝛogate ſunt.
¶ Alie ſunt note quidem: ſ3 noue et neſcio an ſint
recepte: ideo ambiguus ſum: vt ſunt ille que in cõ-
cilio lateraneñ. vltimo ſub iulio ſecundo ⁊ leone de
cimo ꝯtinentur. quas gloſare pꝛeſumere excõmu-
nicatũ ibi eſt. Et vna eſt ꝯtra cardinales ro. eccleſie/
reuelantes aliquid in conſiſtoꝛio vetitum a papa:
alia eſt contra impꝛeſſores libꝛoꝛũ. alia contra pre
dicatoꝛes miraculoꝛum. Quarum tenoꝛ eſt.

STatuimus Nequis cardinalium
vota in ꝯſiſtoꝛio da
ta/ ⁊ quecunqꝫ ibi geſta aut dicta/ que in
odium aut pꝛeiudiciũ aut ſcãdalũ alicu⁹



redũdare poſſent: verbo vel ſcripto vl' quouis alio
modo reuelet ſub pena periurij ⁊ inobedientie.
¶ Et quotienſcunqꝫ a nobis/ ⁊ ro. pont. pꝛo tempo
re exiſtente/ ſpecialiter ⁊ expꝛeſſe vltra pꝛemiſſa in
dictum fuerit ſuper aliqua re ſilentium ſiquis con
trafecerit: vltra dictas penas excommunicationẽ
late ſententie incurrat. A qua non poſſit abſolui ni
ſi a nobis vel pꝛefato ro. ponti. ⁊ cum expꝛeſſione
cauſe preterꝙ̃ in moꝛtis articulo. Leo. x. in. ix. ſeſ-
ſione concilij lateraneñ.

STatuimus Et oꝛdina
mus ꝙ de
cetero perpetuis futuris tꝑib⁹
nullus libꝛum aliquẽ ſeu aliam
quãcunqꝫ ſcripturã tam in vꝛbe
noſtra ꝙ̃ alijs quibuſuis ciuita-
tibus ⁊ dioceſibus/ impꝛimere
ſeu impꝛimi facere pꝛeſumat: niſi pꝛius in vꝛbe per
vicariũ noſtrum ⁊ ſacri palatij magiſtrũ: in alijs ve
ro ciuitatibus ⁊ dioceſib⁹ per epiſcopum vel aliũ
habentem peritiã ſcientie libꝛi ſeu ſcripture huiuſ
modi impꝛimende ab eodem epiſcopo ad id depu
tandum: ac inquiſitoꝛem heretice pꝛauitatis ciui-
tatis ſiue dioceſis in quibus libꝛoꝛũ impꝛeſſio hu-
iuſmodi fieret: diligẽter examinentur ⁊ per eoꝛum
manu pꝛopꝛia ſubſcriptionẽ ſub excõmunicatiõis
ſententia gratis ⁊ ſine dilatione apponẽdã appꝛo-
bentur. Qui aũt ſecus pꝛeſumpſerint: vltra libꝛoꝝ
impꝛeſſoꝛum amiſſionem ⁊ illoꝛum publicam com
buſtionem/ ac centum ducatoꝝ fabꝛice baſilice pꝛi
cipis apłoꝝ de vꝛbe ſine ſpe remiſſiõis ſolutionẽ/

Universidad de Deusto
Biblioteca



ac anni continui exercitij impreſſionis ſuſpenſionem. excommunicationis ſententia innodatus exſtat. idem ibidem in. x. ſeſſione.

**Si qui** In ſuis predicationibus ad populum / miracula falſa aut incerta vel ꝓphetias que ex ſacra ſcriptura non conſtant / predicare: ſeu epiſ aut ſuis ſuperioribus (ſcilicet eccleſie prelatis) detrahere auſi fuerint: vltra penas contra tales a iure ſtatutas excommunicationis etiam ſententiam (a qua non niſi a ro. pont. preterꝙ̃ in mortis articulo conſtituti abſolui poſſint) eos incurrere volumus. Item ibidem in. xj. ſeſ.

**Expeditis** Duobus (primo ſcilicet et quarto ꝑmiſſis ſuperius de excōicatione tractādis: ſcilicet in quibus caſibus incurritur excōicatio / ꝛ ad quē ſpectat abſolutio cuiuſꝗ) occurrit tractandum ſecundum inter ꝑmiſſa: ſcilicet que ſunt vetita excommunicato que ſi faciat peccat.

**Ubi** Scito ꝙ hec ſunt multa tam diuina ꝙ̃ humana. Excōmnicatus ſiquidez excluſus eſt a participatione ſacramentorum ꝛ diuinorum officiorūz communione. Ita ꝙ peccat mortaliter ſacramētis participando actiue vel paſſiue. Et ſi clericus eſt / ꝛ actum alicuius ordinis ſacri exercet aut ordinem ſuſcipit. efficit irregularis. Et ſimiliter peccat mortaliter orando cū alijs: ſiue dicēdo / ſiue audiēdo / ſiue intereſſendo ad hoc vt diuinis interſit: ꝛ hoc taz in eccleſia ꝙ̃ extra. Et ratio peccati

excomunicat⁹ est exclus a [illegible] [illegible] vel pas[illegible] sacrament[illegible] [illegible] irregularis



mortalis in his caſibus eſt preceptum eccleſie ſic communiter intellectum: quia excommunicatio directe excludit a diuinorum communiōe. Ex quo ꝙ ſuſpenſus ab eccleſiaſtico officio ꝛ beneficio. Et hinc eſt ꝙ non poteſt conferre beneficia nec iudicare / nec alia que iuriſdictionis ſunt: immo nec facere fructus ſuos ex beneficio quod habet quandiu eſt in mora petendi abſolutionem. Nullum preterea poteſt acquirere beneficiuz nec poteſt eligi aut eligere: nec valēt litere per eum impetrate a papa. Eſt et nihilominus excluſus a legitimis actibus: ſcilicet accuſare / teſtificari / conſtitui in procuratorem: conſtituere procuratorez / niſi ſit reus. Et geſta per eum ratione publici officij etiam ciuilis nō valent. Et demum a conuerſatione humana excluditur: ſcilicet colloquutione / conuiuio / ꝛ huiuſmodi. Ita ꝙ excōmunicatus contraria faciēs peccat: quia contra rectam rationem legis eccleſiaſtice facit. Non tamen peccat in quolibet predictorū mortaliter: ſed quandoꝗ.

¶ Diſcerni autem hoc poteſt / diſtinguēdo actus vetitos excōicato in tria genera: duo extrema: et vnū mediū. Excōicatio ſiquidē ſeparādo a cōmuniōe fideliū / ſeparat primo a ſacramētoꝝ ꝛ diuini cultus cōiōne: qd̄ ē primū cōe fidelibus. Separat deinde ab eccl'iaſticorū actuuz cōiōne: qd̄ ſcdm eſt in quo cōicāt chriſtiani. Separat demū ab humanorum operū communione: que cōia ſunt chriſtianis ꝛ nō chriſtianis. Et quantum ad duo extrema ſpectat / clara eſt differentia: in hoc ꝙ contra primum genus agere / eſt peccatum mortale: vt pre

Universidad de Deusto Biblioteca



dictum eſt. Contra tertium autem non eſt pecca-
tum mortale: quia excommunicatio directe exclu-
dit a communione hominum quatenus chriſtiani
ſunt et per quandam extenſionem a communione
hominum. Et ideo illud contra / hoc preter inhibi-
tionem eccleſie agitur: illud mortale / hoc veniale.
¶ Sed de medio genere / et de actibus legitimis ci-
uilibus / non vſquequaq; clarum eſt. Rationabiliter
tamen videtur ꝙ ſi in huiuſmodi actibus nō ſe im-
miſcet aliqua iniuſtitia aut aliquid aliud ex ſuo ge-
nere mortale / ꝙ non peccetur mortaliter. Verbi
gratia ſi excōmunicatus iudicat / eſt peccatum mor-
tale ex ſuo genere: quia incidit in iudicium vſurpa-
tum: quia poteſtas eius ligata / eſt ſicut non pote-
ſtas durante ſuſpenſiōe ſeu quaſi ſuſpenſiōe: vſur-
patum aūt iudicium eſt mortale ex ſuo genere: q:
iniuriam facit ꝑ illum actum ⁊ illis quos iudicat /
tanꝗ potens actu ſuper illos: et communitati cu-
ius actum vſurpat. Similiter ſi excommunicatus
electus acceptat: iniuſtitiam enim manifeſte incur-
rit. Et ſimiliter ſi eligit: iniuriatur ⁊ electoribus /
quorum numerum iniuſte auget / ⁊ eccleſie / cuius
ſe quaſi prouiſorem agit. Et multo magis confe-
rendo beneficia ⁊ faciendo fructus ſuos in caſu nō
cōceſſo: ⁊ ſic de ſimilib' vbi iiuſtitia immiſcet. Ubi
aūt nec iniuſtitia nec aliud ex ſe mortale immiſcet.
(vt ſi excōicatus ꝑ veritate teſtimoniū ferat in ec-
cleſiaſtico ēt iudicio: vel aliquid eiuſmodi faciat)
nō video vn̄ peccet mortaliter: quū ab his nō prio
ſed ſecūdario ſit excluſus. Petere aūt ēt exigē do
debitum in matrimonio / non eſt magis peccatum



ꝙ petere pecuniam a debitore: vtrumq; enim po-
teſt excommunicatus: licet poſſit debitor excipere
allegando excommunicationem.

Circa Tertium promiſſorum (ſci-
licet de peccatis participā-
tium cum excommunicatis) pro con-
ſtanti habetur / ꝙ participantes in
diuinis cum excommunicato in caſu
non licito / peccant mortaliter. ⁊ ꝙ participantes
in alijs in caſu non licito / peccant venialiter.
¶ Caſus autem liciti extra diuina tamen / conti-
nentur hoc verſu. Utile lex / humile / res igno-
rata / neceſſe: hec quinq; faciunt anathema ne poſ-
ſit obeſſe. Et exponuntur ſic. Utile hoc eſt pro-
pter vtilitatem propriam: quia licitum eſt / ab ex-
communicato et exigere et recipere quod mihi
debet. Rurſus propter vtilitatem anime ipſius
excommunicati: quia licitum eſt prouocare / mo-
uere ⁊c. ad ſalutem anime ſue / etiam ſi alia inter-
ponantur vt facilius aut fructuoſe agatur. Lex
matrimonij: quia vxor licite communicat marito
excommunicato: vt canon dicit. Et eadem ra-
tione vir communicat vxori excommunicate / ſal-
tem in his que debet illi. Humile / propter ſub-
iectionem: et canon explicat filios / ſeruos / an-
cillas ſeu mancipia / ruſticos ſeruientes: necnon
omnes alios qui non adeo curiales ſunt / vt eo-
rum conſilio ſcelera perpetrentur: et intellige de
his qui erant anteꝗ̄ excommunicatus eſſet in hu-
iuſmodi eius ſeruitijs: et econtrario ſuperior

Universidad de Deusto Biblioteca



cõmunicat licite ſubdito in his ad que ei tenetur.
Res ignorata ignorantia facti vel iuris quando ex
cuſat. ⁊ hec etiã excuſat a participatiõe in diuinis.
Neceſſe in articulo enim neceſſitatis ceſſat peccati
ratio.
¶Sed quia multipliciter dicitur neceſſitas. ſcito
neceſſitatem clare excuſare primo violentie: vt ſi
quis violente tenetur etiam in diuinis cum excom
municatis: ⁊ talis deberet animo intendere nõ in
tereſſe diuinis: vt ſit nullo modo agat ad commu
nionem: ſed patiatur quoad corporalẽ preſentiaꝫ:
cui et non conſenſui poteſt inferri violentia. Secũ
do corporalis indigentie mee: vt ſi non poſſuꝫ ne
ceſſaria aliunde emere vel habere ꝙ ab excommu
nicatis. vt patet in cap. quoniam multos. xj. q. iij.
Tertio rõne neceſſitatis corporalis ſuſtentatiõis
ipſius excommunicati: licet enim dare excommu
nicatis elemoſinam ad eorum ſuſtentationem: vt
ibidẽ dicitur. Et eadem ratione licitum eſt medica
re in infirmitate. ⁊ hmõi. Quarto ratione neceſſita
tis dãni vitandi ex cõtractu inito: licitũ eſt eiꝫ cõti
nuare cũ excõicato exequutionẽ cõtractus quẽ ex
cõicatus nõ vult reſcindere: ne dãnũ ideo ego inno
cens incurram. vt patet in ca. ſi vere. de ſen excom.
Quinto rõne neceſſitatis ſpiritualis cõſilij ꝑ me
vel alio. vt q: non habeo aliũ ſufficientẽ ad quẽ in
hac indigẽtia cõſilij ſpiritualis recurrã: ſi eiꝫ mihi
lꝫ ꝑ ſalute ſue anime excõicato cõicare/ cõſequẽs ẽ
vt ẽt idẽ liceat ꝑ indigẽtia anime mee. Sextus nõ
caſus ſcꝫ rõne: metus quãtũ ad ꝑticipationẽ in di
uinis reprobat a canõe. c. ſacris/ de his q̃ vi metuſ



ue cauſa fiunt: quia participatio in diuinis eſt pec
catum mortale: ⁊ pro nullo metu etiam cadente in
conſtantem virum debet quis peccare mortaliter.
Quantum vero ad communioneꝫ extra diuina/ in
dubitatus eſt (loquendo de metu cadente in con
ſtantem virum) ex ratione iuris: quia ſi ſecundum
iura licitum eſt cõmunicare extra diuina ratione/
neceſſitatis damni vitandi ex contractu inito: mul
to magis ratione damni vitandi ex metu cadente
in conſtantem virum: quum longe maius ſit hoc
damnum ꝙ illud ex contractu inito.

**Illicita** Autem cum excommunicatis conti
nentur hoc verſu. Os/ orare/ vale/ cõ
munio/ menſa negatur: ſi pro delictis anathema
quis efficiatur. Et exponuntur ſic. Os: hoc eſt lo
quutio/ ſiue coram/ ſiue per literas ſiue per nun
cium. Orare: hoc eſt communicare in oratione ⁊ di
uinis/ quod ſit ſimul cum eo orando/ vel audiẽdo
miſſam vel officium diuinum quodcunqꝫ. Nec pre
dicatio tamẽ nec lectio quantũcunqꝫ theologalis
computatur inter officia diuina in propoſito. Va
le: hoc eſt ſalutare. ⁊ loco ſalutationis dicitur ei/
deus te illuminet/ aut aliquid huiuſmodi. Cõmu
nio in quibuſcunqꝫ actibus ſpecialiter legitimis.
Menſa/ ſimul comedere ⁊c. Ita ꝙ in huiuſmodi/
non attenditur propinquitas aut etiam idẽtitas:
loci in quo vterqꝫ orat aut comedit: quoniam in ea
dem camera poſſunt ambo ſeorſum comedere et
orare abſqꝫ eo ꝙ communicent in comedendo aut
in orando: vt cõtingit quãdo pulſatur ad Aue ma
ria/ ⁊ ſinguli ſeorſum dicunt: quoniam non pulſa

Universidad de Deusto Biblioteca



tur ad oꝛationem communem ſed priuatam. Et ſimiliter in eadem eccleſia. ſi vnus audit miſſam in vna capella: ⁊ excommunicatus audit in alia capella: non communicant. Communicarent autem ſi ambo intereſſent veſperis aut vni miſſe aut vni ꝓceſſioni etiam ſi vnus eſſet in capite ⁊ alter in cauda proceſſionis extenſe per duo miliaria. Et hinc fit/ vt ſi excommunicatus tranſit per eccleſiã/ aut eſt ibi non vt interſit veſperis ſed propter negocium aliquod licet tranſeundo genuflectat ⁊ oꝛet priuata oratione/ non propterea communicãt dicentes veſperos cum illo/ ſicut nec ipſe communicat cum illis et ideo nullus in hoc peccat.

Excõmunicatio Minoꝛ (hoc eſt eccleſiaſtica cenſura qua homo excluditur a paſſiua tantum participatione ſacramentoꝛum: et ex conſequenti a paſſiua electione canonica: quia ius ſic diſponit extra de cle. excom.) Ante concilium conſtantienſe frequenter poterat incurri: ſed poſt illud cõcilium in duobus tantũ caſibus participãdo cum excommunicatis ⁊c. incurritur. Primus/ ſi participatio interuenit cum nominatim excõmunicatis publice. Secundus eſt ſi cum excommunicatis propter manum violentã in clericum notoꝛiam. Et intellige in vtroq; caſu tunc incurri minoꝛem excommunicationem/ quando participatio interuenit extra caſus a iure permiſſos: in caſibus enim a iure permiſſis etiam cum illis



participatio non inducit excommunicationem minoꝛem.

¶ Tenoꝛ autem decreti conſtantienſis relati a ſancto anthonino archi. flo. eſt iſte. Inſuper ad euitandum ſcandala ⁊ multa pericula que conſciẽtijs timoꝛatis contingere poſſunt chriſtifidelibus tenoꝛe preſentium miſericoꝛditer indulgemus ꝙ nemo deinceps a communione alicuius in ſacramẽtoꝛum adminiſtratione vel receptione/ aut alijs quibuſcunq; diuinis vel extra pretextu cuiuſcunq; ſententie aut cenſure eccleſiaſtice a iure vel ab homine generaliter pꝛomulgate teneatur abſtinere vel aliquem vitare aut interdictum eccleſiaſticũ obſeruare: niſi ſentẽtia vel cẽſura huiuſmodi fuerit in vel contra ꝑſonã/ collegiũ vniuerſitatem/ eccleſiam/ vel locum certum vel certam terram a iudice publicata vel denunciata ſpecialiter ⁊ expreſſe: conſtitutionibus apoſtolicis ⁊ alijs in cõtrariũ facientibus non obſtantibus quibuſcũq;. Saluo ſi quem pro ſacrilega manuum iniectione in clericum ſententiam latam a canone adeo notoꝛie conſtiterit incurriſſe/ ꝙ factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari/ nec aliquo ſuffragio excuſari. Nam a communione illius licet denunciatus non fuerit volumus abſtineri iuxta canonicas ſanctiones.

Peccat Igitur moꝛtaliter peccato ſacrilegij excõicatus minoꝛe: excommunicatione ſi ſe ingerit paſſiue participationi cuiuſcũq; ſacramẽti: q2 excluſus ab eccleſia/ ĩdignus accedit

Universidad de Deusto Biblioteca



ſicut excommunicatus maioꝛe ingerēs ſe diuinis. Participantes autē cum excōicato minoꝛe: nullā ex participio incurrunt cenſurā: qꝛ excōmunicatio minoꝛ non tranſit in tertiā perſonam. Et reſeruat abſolutio ab excōicatiōe minoꝛe / ſacerdoti ꝓprio hoc eſt ſacerdoti qui pōt abſoluere a peccato moꝛtali: non qꝛ excommunicatio minoꝛ habet annexum peccatū moꝛtale: ſed qꝛ eſt vinculū eccleſiaſticum: ac per hoc ſoluendū a miniſtro iuriſdictionis eccleſiaſtice: quā non habet quilibet ſacerdos qui pōt abſoluere ſolum a venialibꝰ a ratione qꝛ penitens ſe illi ſubmittit in materia nō neceſſaria in ſacramēto penitentie. qualis materia eſt peccatū veniale / quod homo nō tenetur ꝯfiteri. Ex hoc enim ꝙ penitens ſola peccata venialia ꝯfitenda habet: obtinet vt poſſit ſe ꝯfitendo ſubijcere cui maluerit ſacerdoti: qꝛ nulli tenetur de illis confiteri. Sed ex hoc non eſt priuilegiatus / vt poſſit a quo ſacerdote voluerit abſolui a vinculo eccleſiaſtice cenſure: qꝛ totum oppoſitum cōcurrit hic: quoniā tenetur de hac cenſura querere abſolutionē ꝛ obtinere cā ante abſolutionē a quibuſcū ꝙ peccatis / et cuiuſꝙ ſacramentū ſuſceptionem: ꝛ propterea opoꝛtet recurrere ad miniſtrū eccleſie habentem alias poteſtatem iuriſdictionis. Et poſſet diaconꝰ immo ſimplex clericus habens iuriſdictionem abſoluere a minoꝛe excommunicationis / multo magis ꝙ poteſt abſoluere a maioꝛe: quoniā vtriuſꝙ abſolutio non ſpectat ad poteſtatem oꝛdinis / ſed iuriſdictionis.



Falſarius Tam monete / menſurarum ꝛ ponderum / ꝙ ſcripturarum ſeu literarum aut ſigilloꝛum: peccat pꝛoculdubio moꝛtaliter: qꝛ interuenit ibi factum pernicioſum ex ſuo genere. Poſſet tū ꝓpter imperfectionē actus veniale tantum interuenire peccatum: vel ratione minimi nocumēti vel quum ioci gratia alieno nomine quis fingit literas. Contingit quoꝙ ſine omni foꝛte peccato fingere alieno nomine literas officioſe: dū vtiliter agitur alterius negociū: nec dubitatur ꝙ gratū erit illi cuiꝰ nomine ſcribitur. Et in hmōi priuatis lr̄is alieno noīe fictis / ratihabitio a falſitate excuſat.

Famā Pꝛopꝛiā falſo erecta negligere: tūc eſt pctm̄ quūz alijs hoc nocet ſeu nocere timet: nā fama ꝓpter alios nobis neceſſaria eſt. Et in tali caſu dicit aug. qui confidens conſciētie negligit famā: crudelis eſt: qꝛ alioꝛum animas occidit: vel blaſphemantiū viam dei audita bonorum infamia: vel imitantium malū quod factū putant excuſando ſe ſuper reputatos bonos. Verūz iuxta occurrentis neceſſitatis caſus ꝛ facultatem pꝛouidendi: iudicandū eſt in ſingularibus de peccato hoc: nā quandoꝙ melius pꝛouidetur pꝛoximis cum hilari patientia tolerando infamias noſtras ꝙ obſiſtēdo. Nec tūc negligit quis famā pꝛopꝛiā: ſed optimā curam habet eius / offerendo illaꝫ deo. Unde niſi charitas pꝛoximi imppellat: meliꝰ toleratur infamia ꝙ pro fama laboꝛetur.

Univerſidad de Deusto Biblioteca



FEſtos dies in honorem dei ſanctificatos violare: peccatū eſt ſacrilegij: q2 iniuria fit tēpori ſacro quantū ad illud ad quod ſanctificatum eſt. Et q2 ſanctificatū tps feſtiuū eſt ad exteriorem cultum exhibendū deo: ⁊ poſitiue vacando diuinis/ ⁊ negatiue abſtinēdo ab omni opere ſeruili/ ⁊ quibuſdam aliis per eccleſiā adiunctis extra de ferijs idcirco pctm̄ violationis feſtorum trifariam cōmittitur. vel omittendo diuina pro tunc precepta/ vel faciendo opus ſeruile: vel committendo aliquid ꝓhibitorum fieri in feſto.

¶ Et quantū ad primum: q2 ſola miſſa communiter eſt in ꝑcepto: ideo ſine rationabili cauſa omittere miſſam in feſto: pctm̄ mortale reputat̄. Et hic eſto prudens/ admittēdo pro rationabili cauſa omne motiuū rationi humane ꝯſentaneū: etiā ſi non fuerit vrgens: qm̄ deficiēte ꝯtemptu: ⁊ ſubſiſtente ratione que illi⁹ ꝯditiōis pſonas libēter ad miſſam euntes inducere videt̄ ad omiſſionē miſſe in tali caſu: nō incurrit̄ pctm̄ mortale. Quis ſi min⁹ ſufficiēs eſt ratio: peccet venialiter. Et vl'r ſic eſt/ qn̄ qs bona fide putā ſe excuſari ab auditione miſſe/ ⁊ ideo omittit illā. Et ſiłe eſt ſi preter intētionē ex aliqua negligentiola miſſa omittit̄. Et omniū ratio eſt: q2 nō formaliter agit̄ ꝯtra ꝑceptū: nec vſq3 adeo materialiter interuenit trāſgreſſio vt redeat pctm̄ in naturam ſue forme. Verbi gratia. rōnabilis cauſa omittēdi miſſam/ eſt occupari in ſeruitio infirmorū cuſtodire ea que cuſtodia indigēt: qn̄ op3 alterum omittere: poti⁹. n. omittēda eſt miſſa ꝙ ſeruitiū infirmorum: ꝙ cuſtodia rerum. Hinc em̄ excuſant̄ puelle nō euntes ad miſſam: q2 ſic eſt ꝯſuetum ⁊ ſic iubent matres: ⁊ mulieres p menſem luct⁹/ ⁊ p purificationē poſt ptum abſtinētes iuxta ꝯſuetudinē patrie a miſſa: ⁊ ſic de ſimilib⁹. Ex hoc aūt ꝙ ſol⁹ exterior cult⁹ cadit ſub hoc precepto: non ꝯtinetur ſub hoc precepto ꝯtritio peccatorū: nec vitatio aliorū pctōrum. Et propterea circūſtātia feſti diei: nō eſt circūſtantia neceſſaria aliorū peccatorū ꝯmiſſorum in feſto: niſi fiant in ꝯtemptum feſti. Minus aūt ſufficiens ſed rationem ſapiens ratio eſt: matutinū iter in feſto abſq3 vrgente neceſſitate aggredi cū ſociis qui ea tunc euntibus: putans enim propterea ſe excuſari: ꝯtra preceptū non agit: quis male faciat.

¶ Intelligitur aūt miſſa in feſto precepta chriſtifidelibus vt interſint ſacrificio miſſe. interſint autē corpore ⁊ mente: hoc eſt animo vacandi deo durante miſſa. Et propterea ſiquis corporaliter preſens ſit miſſe/ ſed mētē aduertenter a miſſa diuertat ad alia: non ſatiſfacit precepto miſſe: quoniā ita ſibi eſt ac ſi voluntarie ſibi dormiret: paria nanq3 ſunt longe a miſſa fieri per voluntarium ſomnū: ⁊ per voluntariam diuerſionē mentis ad alia. Unde ſicut obligatus ad horas canonicas nō ſatiſfacit ſi ex propoſito mētē ad alia diuertat ab officio: ita obligat⁹ ad miſſam: non ſatiſfacit ſi a miſſa mentem ad alia aduertenter diſtrahit notabiliter: modicū enim pro nihilo reputatur. Utrū autē audiatur vel nō: vtrū ſit miſſa propria vel nō: ſub precepto non cadit.

¶ Et quis dum ſacerdos non auditur: aut non intelligitur: vel ſecreta dicit: liceat aliquam ſpon-

Universidad de Deusto Biblioteca



tancam orationem dicere ad habendā mentē deo vacātem tempore ſacrificij durante: nō tñ videtur vſquequaq; tutum prima facie: in miſſa de precepto: dicere preceptas horas canonicas. aut iniunctam penitentiā: ſeu orationē ex voto debitā: q: duo diuini cultus debiti: debent vt duo exolui: et non confundi ſub vno tempore et vna actione. Si tamen de facto oppoſitū quis fecerit: non damno illum: q: licʒ forte maleſecerit: ſatiſfecit tñ precepto vtriuſq; quantum ad vitandū pctm̄ mortale omiſſionis vtriuſq; ex eo ꝙ idem tempus cōpatitur vtrunq; ſimul perſolui: dum ſolo interiore actu/miſſe poſſumꝰ attēdere: aut q: ſecreta dicunt̄: aut q: nō auditur ſeu nō intelligit̄ ſacerdos. Dixi autē forte maleſecerit: q: non oportet perſoluentē infra tempus miſſe precepte alias de precepto quoq; orationes peccare: ſed tunc tm̄ quum impedimentum preſtatur debite attentioni ad miſſam. Videmus enim abſq; vllo ſcrupulo ſacerdotē ipſum qui celebrat. dum chorꝰ cantat: dicere cum miniſtris horam aliquam canonicam: ex eo ꝙ dixit totum quod chorꝰ cantat: quaſi tempus illud ei vacet: lʒ in veritate ſit tempus miſſe. Et ſimiliter dum ſonant organa / poteſt ab omnibus fieri eadem ratione ſemper militante: q: ſcʒ non impeditur debita miſſe attentio: ſed vnus diuinus cultus alterum compatitur.

¶ Quo ad ſecundum vero: q: ſolum opus ſeruile ſeruilitate non myſtico ſed corporali (quod ſolum cōprehēdit exteriora opera ſeruis propria: ad que ſcʒ ſeruos deputatos habemus) intelligitur ad litteram: ideo exercere in feſto opera ſeruilia / peccatum



tum mortale eſt.

¶ Quod vt clarius percipias / ſcito exteriora opera trifariam diſtingui. Quedā enim ſunt ex ſuo genere ſeruilia. et hec ſunt ꝓpria ſeruis: vt opera mechanica: arare / fodere: ſuere: etc. Quedam vero ſunt ex genere libera: vt artium liberaliū exercitia: vt pulſare inſtrumēta muſica: diſſerere: ſcribere: etc. Quedam vero ſunt cōmunia liberis et ſeruis: vt itinerari curam ſui agere etc.

¶ Sola prima ſunt in feſto prohibita. Reliqua ſunt licita: et intantum licita: vt etiaʒ ipſa opera ſeruilia quando tranſeunt in cōmunia fiant licita. Tranſeūt autē in cōmunia dupliciter. Vel ratiōe neceſſitatis: quia. ſ. occurrit neceſſitas eorum ad ſalutem corporis mei vel proximi: vt ſunt opera preparantiū medicinalia: et ſeruitia infirmorū: et huiuſmodi. Vel ratione damni vitandi: vt q: ſegetes ſunt in periculo aut hoſtes timētur. oportet laborare: et ſimilia. quilibet enim ſiue ſeruus ſiue liber tenetur ſue et proximi ſaluti cōſulere: et damnum vitare.

¶ Quo ad tertium: quum ab eccleſia quattuor inueniantur in feſto prohibita que opera ſeruilia nō ſunt (ſcilicet fieri primo mercatum ſecundo placitum / tertio iudicium ad mortem vel penam / quarto iuramētū niſi pro pace vel alia neceſſitate: vt patet in ca. oēs. extra de ferijs) ſcōm ac tertiū intātū inhibent̄: vt nō ſolū iudicialis ſtrepitus cōquieſcat niſi neceſſitas vrgeat aut pietas ſuadeat. lʒ tā pceſſus habitꝰ ꝙ ſnīa ꝓmulgata annullet̄ i ca. cōqſtus.

¶ Ut autem ſingula clarificentur confeſſoribus / aduertendum eſt mercati nomine duo poſſe intelligi.

Primo nundinas que ſemel aut bis in anno alicu
bi iuxta diuerſarũ patriarum mores fiunt: ſeu qua
ſi nundinas que vulgariter dicuntur mercato: que
ſemel aut bis aut etiam ter in hebdomada alicubi
fiunt: dum ruſtici ⁊c. ad forũ deferunt oua: pullos:
fructus: vinũ ⁊c. ad vendendũ. Secundo actũ mer
candi: hoc eſt emendi ⁊ vendendi.

¶ Et ſi quidẽ nundine intelligantur: ius hoc cõtra
ria ꝯſuetudine preualente / nullibi forte locum hʒ.
Et q: prelati iamdiu viderunt ⁊ vident nec repre
hendunt: pro abrogato haberi põt vbi ſic fit. Si
vero quod vocatur mercat⁹ intelligatur iuxta vul
gare expreſſum: a ꝯſuetudine approbatur: ⁊ vbiq
quantũ memini vidiſſe / mercatus qui die feſto oc
currit: in alterum transfertur diem. Si autẽ actus
mercandi intelligatur: ⁊ ſub actu mercandi / omnis
actus vendendi: locandi: ꝯducendi ⁊c. tunc grano
ſalis eget: quoniam ꝯſuetudo populi chriſtiani in
multis oppoſitum hʒ. Panis enim vinum: herbe /
fructus / carnes ⁊ reliqua huiuſmodi ad minutum
(hoc eſt pro vſu illius diei) paſſim emuntur ⁊ ven
duntur vbi inueniuntur. Nec eſt dubium licite fieri
quodlibet horum ⁊ ſimiliũ: niſi epiſcopus aliquid
horum prohibeat aut reprehendat: vel per totum
diem feſtum: vel vſq ad certam horam puta veſpe
rarum: quod laudabile eſt fieri vbi obedientia ſpe
ratur. Et hinc habes quid de tabernarijs: hoſpiti
bus: lanijs: piezicarolis / ⁊ ſimilibus iudicare de
bes: ſcilicet iuxta conſuetudinem non reprehẽſam
a prelatis.

¶ Placiti nomine iudiciales lites intelliguntur.



Que duobus ſunt tantum caſib⁹ conceſſe in feſto:
vel vrgente neceſſitate: vel ſuadente pietate. Et
hinc excuſantur iudices rurales ius dicentes ruſti
cis iuxta patriarum aliquarum ꝯſuetudines: pietatis enĩ
cauſa hoc fit: ne pauperes perdant diurnum labo
rem neceſſarium eis ad victum: et eadem ratione
cauſis miſerabilium perſonarum intendere licet.
Vrget quandoq ad hoc neceſſitas: vt quia haberi
poſtea non poteſt teſtis aut iudex ⁊c.

¶ Iudicium ad mortem vel ad penam: niſi in fra
granti crimine repertus ſtatim puniendus ob ne
ceſſitatem ſit: q: timet ne impediatur iuſtitia ſi de
tinetur. vel quia latronum augmentum hoc exigit:
vel q: temporis / puta belli / conditio hoc requirit.
Hoc enim quod pro reuerentia feſti inſtitutũ eſt /
non debet contra recte rationis iudicium dilatio
nem vetantis militare: quoniam ſpiritusſanct⁹ eſt
ſpiritus ſapientie: intellectus: ſcientie ⁊ conſilij.

¶ Iuramentum demum in feſto prohibitum intel
ligo iudiciale: niſi pro pace aut neceſſitate: que re
cte rationi relinquitur iudicanda.

**Sunt autem** Quinq circa hoc precce
ptum diligenter conſide
randa: ne preceps detur ſententia de peccato mor
tali.

¶ Primum eſt: commune huic ⁊ alijs preceptis: vt
perſpiciatur ſi formaliter (hoc eſt ex intentione)
commiſit vel omiſit quis vt feſtum violare / ſeu
non curans ꝙ violet feſtum: nam hoc eſt pecca
tum mortale ex ſuo genere: ſiue id quod commit
titur ſit opus ſeruile / ſiue ab eccleſia prohibitum.

Universidad de Deusto Biblioteca



Si vero nec intentio fuit violandi feſtum/nec tam
affectus fuit commiſſioni aut omiſſioni vt non cu
rauerit implicite de violatione feſti (rediret enim
tunc actus in naturam ſue ſpeciei) non incurritur
peccatū mortale: quia non proprie fit contra pre
ceptum. Poteſt tamen grauius ꝛ minus graue ꝛ
leuius in huiuſmodi interuenire veniale peccatū
iuxta exceſſus modū/conſideratis/perſona noti
tia/ratione/ꝛ reliqꝫ ſingularibus circunſtantijs.
Et hinc excuſantur a peccato mortali infinite cō
miſſiones et omiſſiones/quaſi bona fide non cre
dendo agere contra preceptum patrate.

¶ Secundum quoqꝫ commune/eſt modicum pro
nihilo reputari: ita ꝙ ꝑpter imperfectionē actus
(hoc eſt violationis feſti) non reputatur violatio
ſicut propter inperfectionem nocumenti/ledere
proximū in minimo veniale eſt: vt patet in furto de
tractione/ꝛ cōtumelia. Et hinc excuſant a morta
li/parum laborantes: vel ſuēdo/tondendo/vel re
parādo aliquid ꝛc. et ſimiliter ementes aut vendē
tes rem vnam minimum tempus in hoc occupan
do. et ſimiliter qui modicū q̄d miſſe omittūt. Qui
vero cōicato ſacerdote a miſſa recedūt nō expecta
ta bn̄dictione: peccant abſqꝫ dubio: nō tn̄ mortali
ter: quia non omittitur pars notabilis: doctrina ſi
quidem et ſacrificium miſſe iam completum eſt.

¶ Tertium/eſt ꝙ ex cauſis ſex excuſantur opa in
feſto illicita. Primo ex diuino cultu. Hinc enim li
cita fiunt opera per ſe ordinata ad cultum diuinū:
q̄: ſcꝫ ſunt partes diuini cultus: vt geſtare cruces/
ſtatuas ſanctorum in proceſſionibus: et que ſunt



preparatoria quaſi ſimultanea cum diuino cultu:
vt pulſare campanas. Et que debuerūt prius pre
parari: ſi tamen tunc ſuperſunt agenda: vt munda
re ꝛ ornare templū/conficere hoſtias pro miſſis.
Hec enī debēt an̄ feſtum fieri: ſed ſi ex rationabili
cauſa non potuerint fieri poſſunt in feſto fieri. Di
ſi autem per ſe ordinata: quia opera ſeruilia que
accidentaliter ordinari poſſunt ad cultum diuinū
(vt fodere terram/colere agros/edificare domos
ꝛ huiuſmodi) non fiunt licita ex hoc ꝙ fiūt ꝑpter
eccleſiam: vt cōſuetudo chriſtiani populi teſtatur/
ꝛ ratio exigit: quoniam hec quia impediūt diuinū
cultum prohibita ſunt. Quod ſi alicubi neceſſitas
paupercule eccleſie hoc facit/licitum de conſenſu
epiſcopi/non damno: non tamen extendendum
conſulas: quum ipſi eccleſie ſeruitores et ruſtici te
nentur nō minus ꝙ alij ab operibus ſeruilibus in
feſto abſtinere. ꝛ ſi ipſi tenētur ſeruare/quomodo
alijs licet propter ipſas eccleſias non ſeruare.

¶ Scdo ex pietate. Et hinc licita ſunt in feſto iudi
cialia: vt decre. dicit: pro miſerabilibus enim per
ſonis noluit eccleſia hec prohibere. Vn̄ ꝛ tolerant
iudices in villis ius ruſticis dicentes cauſa pieta
tis/quia alijs diebus non poſſunt ſine damno cō
ueniri et ſimilia.

¶ De pietatis vero operibus/cum ſupradicta di
ſtinctione dicito opera per ſe pietatis ſemp eſſe li
cita: vt ſepelire mortuum/ſeruire infirmo/ꝛ huiuſ
modi. Seruilia aūt opa q̄ accidētaliter pn̄t ad pie
tatem ordinari/meliuſqꝫ ex pietatis ratione fiunt
in feſto licita: niſi neceſſitas expoſcat. tum quia in

Universidad de Deusto Biblioteca



ſure non concedit: ſicut opus iudiciale: quod eſſet
in feſto licitum niſi eccleſia prohibuiſſet/ quia non
eſt ſeruile: tum quia opus religionis (quale eſt ob
ſeruare feſtum) non eſt pretermittendum occupā
do ſe in ſeruilibus propter pietatem ceſſante ne
ceſſitate. Et ideo ex hoc capite non dicas ꝙ refice
re pontes ⁊ vias ⁊c. licitum ſit in feſto propter pie
tatem. Et confirmatur/ quia hec non ſunt licita
propter conſanguineos: ad quos vna eademqꝫ pie
tas eſt. Noli tamen damnare hec facientes ſimpli
ci corde/ arbitrātes obſequium ſe preſtare deo: quꝫ
aliunde illis ſubueniri poteſt ſcilicet ex conſuetu
dine/ vel authoritate maiorum/ vel ex neceſſitate.
¶ Tertio ex neceſſitate. Et hec habet multos ra
mos: ſcilicet neceſſitatem proprij corporis/ neceſ
ſitatem corporis proximi/ neceſſitatem vitādi im
minentis damni tam in rebus proprijs ꝙ̄ proxi
morum/ ⁊ demum neceſſitatem publice vtilitatis.
Ex his enim excuſant͂ in primis non ſolum iudicia
lia (vt decre. expreſſe docet dicens/ niſi neceſſitas
vrgeat) ſed etiam opera quecunqꝫ ad ſubueniēdū
infirmo oportuna/ minutorum/ aromatariorum/
tonſorum/ ⁊ breuiter omnium. Hinc quandoqꝫ et
lanij tēpore eſtiuo vel continuorum feſtorum/ ⁊ ſi
militer multores ⁊ piſtores ſuperueniente multi
tudine egētium pane/ ⁊ ſimiles excuſantur. Hinc
ſub haſta vendere in caſtellis authoritate publica
ne damnum incurrant domini rerum: excuſatur/
quia alijs diebus non comparent emptores occu
pati agriculture. Hinc bellare: foſſas/ aggeres/
propugnacula facere quādoqꝫ/ ſuccurrere ruine/



tollere fruges ab alluuione/ ab igne/ ab incurſio-
nibus/ ⁊ ſimilia operari: ferrare equos in itinere/
continuare mulioēs/ iter: excuſant͂. Et ſimiliter ar
tifices eorum que cōtinuatā exigunt operā (vt de
coctio laterum: ſaponum: calcis. ⁊ ſimilia) poſſunt
operas ſuas in feſtis continuare. Et ſimiliter qui
ſunt adeo indigentes/ vt niſi laborent in feſtis nō
poſſunt ſe ſuoſqꝫ filios ſuſtentare: magna vrgent͂
neceſſitate ad laborandū in feſto. ⁊ ideo excuſant͂/
audita tn̄ miſſa/ ſecreto laborādo ob vitandū ſcan
dalū. Precepta ſiquidē eccleſie: ſecundum id quod
in pluribus inuenit͂ intelligēda ſunt ligare: cōiter
aūt homines cōibus eccleſie feſtis ſeruatis/ pui-
dere ſibi ſuiſqꝫ pn̄e: ſed vbi aut tot ſunt multiplica
ta feſta/ aut tanta vrget neceſſitas/ vt non poſſit
quis illa ſeruando ſibi ſuiſqꝫ prouidere: ceſſat le-
gis vinculum. niſi quis dicat ꝙ tenetur ille mendi
care: quod eſt ſtultum.
¶ De violentia autem coactis ad laborandum in
feſto/ diſtinguendum eſt: quoniam ſi violentia in-
fertur ideo vt iniuria fiat feſtis: non eſt parendum
ſed potius eſt moriendum: nam ſicut tenetur quis
mori potius ꝙ̄ loco ſacro iniuriam facere. ita tene
tur quoqꝫ mori potius ꝙ̄ tempori ſacro iniuriam
inferre: vtrumqꝫ enim ſacrilegij crimen eſt. Vnde
machabei potius mori elegerunt ꝙ̄ carnes porci-
nas comedere/ quia ad hoc cogebantur vt cōtra le
gē facerēt: tūc enī vrget chriſti cōminatio/ q̄ meos
ſermones erubuerit coram hominibus ⁊c. Si vero
infertur violentia non propter feſti iniuriam/ ſed
propter exactionem operis: ⁊ niſi ſerui/ famuli/ ſub-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



diti aut quicunqꝫ ſic cõpulſi pareant/imminet eis
damnum magnū in perſona vel rebus:tunc ex ne-
ceſſitate imminentis damni vitandi/poſſunt audi
ta ſi poſſunt miſſa laborare.
¶ Neceſſitas demum publice vtilitatis rationabili
ter excuſat labores illos qui niſi abſqꝫ diſcretione
dierum fierent:magnum reſpublica ſentiret incō-
modum. In quo genere ſunt curſores/qui non ob
priuatum damnū ſibi aut alteri imminēs vitandū
ſed qꝛ ars ſua eſt omni tempore illam exercent ſem
per parati. Hos enim aut oportet dānare/aut ex
hoc ꝙ publica vtilitas huiuſmodi exigit artē excu
ſare nō ſolū a labore/ſed etiā ab omiſſione miſſe:in
quā frequenter incurrere hos oportet. Et quoniā
non damnantur alie licite artes que feſtorum vio-
lationem inducunt(vt nauigatiua/⁊ quecūqꝫ ꝯti-
nuum exercitiū pluſqꝫ ſex dierum inducunt) ratio
ni ꝯſentaneum eſt vt ars curſorū/ſiue peditum ſi-
ue equitum/valde vtilis reipub. excuſet dantes il-
li operam:⁊ inde viuentes:precipue qꝛ nō ſpectat
ad eos querere quanta ⁊ qualis eſt neceſſitas eun
dī:nec hoc eſt conſuetum querere. Unde hos ⁊ ſi-
miles ex neceſſitate publica excuſa. ita ꝙ ex ꝯſuetu
dine ſcita ⁊ nō reprehēſa a p̄latꝫ excuſatio ꝯpleat.
¶ Quarto ex occurſu lucri tranſitorij. Indulſit enī
eccleſia(vt patet in ca. licet. de ferijs) vt allecia que
quodam tempore tranſeunt/capere liceat in feſto.
Et pari ratione non ſolum alios piſces tranſitu-
rios:ſed quomodolibet repēte occurrat trāſitoriū
aliquod lucrum/aggredi licitum eſt:tanqꝫ huiuſ-
modi lucrum ceſſans damnum reputetur. Sed me

cursores excusant los correos de apié y de cavallo y Recueros

los pescadores excusant



mento moderaminis ſubiuncti/vt ſcilicet circum-
poſitis eccleſijs ⁊ chriſti pauperibus honeſta lucri
portio detur.
¶ Quinto ex hoc ꝙ corporale opus eſt ſpiritualis
actus exercitium. Et hinc ſcribere ad docendum/
vel diſcendum:vel ad ſignificandum alteri(vt fit ꝑ
literas) conſilium dare verbo vel ſcripto:⁊ legere
in ſcolis non ſolum theologiam:ſed philoſophiā
⁊ quamcunqꝫ aliam licitam ſcientiam:⁊ concilia ac
electiones facere:ſtudere:⁊ reliqua que mētis ope
ra ita ſunt/vt non ad exteriorem perficiendam ma
teriam ſint(vt artium mechanicarum exercitia ma
teriam perficiunt/formando lignum:ferrum:lanā
linum ⁊c.) procul dubio licita ſunt in feſto: quoniā
nihil horum eſt ſeruile opꝰ:nec inter prohibita ab
eccleſia computatur. Immo ex hoc capite excuſa-
ri videntur hi qui diebus feſtis picturis inſpicien
dis vacant diſcendo ⁊ retrahendo. non vt pingant
ſed vt diſcant:⁊ archimagiſtri qui deſignant ī char
ta quomodo aliquid ſit fabricandum ad inſtruen-
dum aliquem de futuro opere. Hec enim ſpiritua-
lis potius eſt exercitatio. non operis mechanici:ſꝫ
doctrine ⁊ diſcipline.
¶ Sexto vt conſuetudine chriſtiani populi genera
li aut ſpeciali in aliqua patria:ſcita:⁊ non ſolum to
leratas:ſed non reprehenſa ab epiſcopis ſeu prela
tis. Hinc enim coquorum/tabernariorum:hoſpi-
tum/nautarum in fluminibus:vendentium ⁊ emē
tium ad minutum comeſtibilia:cōducentiū equos
aut operarios pro die craſtina/nundinarum:itine
rumqꝫ exercitia/⁊ ſimilia conſueta excuſantur. Et

merito:quia ſicut conſuetudo poteſt facere de lici
to opere illicitum quantum ad tempus:ita econ-
trario poteſt de alias illicito in feſto efficere li-
citum.

¶ Quartum eſt:ne fallaris/iudicare volēs opus
licitum vel illicitum in die feſto ex hocꝙ fit vel nō
fit mercenarie:quoniam omne opus ꝙ licitū aut
ex ſe aut ex neceſſitatis articulo aut conſuetudine
et huiuſmodi in feſto eſt:ſi venale eſt poteſt merce
narie in feſto fieri:nec per hoc redditur ſeruile:vt
in cōmētarijs ſuper ſecunda ſecunde.q.cxxij.dif
fuſe declarauimus:vbi latius de feſtorum obſerua
tione diſſeruimus.

¶ Quintum eſt:ꝙ licet cum abſtinentia a ſeruili-
bus/ſolius miſſe cultus ſufficiat in feſto ad euitan
dum mortale peccatum:tenentur tamen fideles
diem expendere in diuinis laudibus/ſaltem eun-
do ad predicationem et ad veſperas.Unde qui fe
ſtos dies poſt miſſam vane conſumunt ludendo/
iocando/ocioſeqꝫ vagando aut venando ſpectacu
lis intendendo/et huiuſmodi.licet ex ipſis operi-
bus/vtpote non ſeruilibus/mortale non incur-
rant.ex omiſſione tamen diuini cultus ad quem fe
ſta inſtituta ſunt/grauiter peccant:quia non red-
dunt que ſunt dei deo:et quia quantum in ſe eſt/
ridiculo exponunt chriſtiana feſta:iuxta illud vide
runt eam hoſtes/⁊ deriſerūt ſabbata eius.Et hoc
precipue tangit viros graues et maiores ⁊ domi-
nos:ceteri nanqꝫ eos imitantur.

**Que ſunt** feſta ab omni chriſtiano populo
ſeruanda/ex conſuetudinē diſcer



ne.Nam certa quidem ſunt omnium dierum domi
nicorum natalis/circunciſionis/epiphanie reſur-
rectionis cum duobus diebus ſequentibus/aſcē-
ſioniſqꝫ domini/ac penthecoſtes cum duobus ſe-
quentibus diebus/et corporis chriſti:quatuor ſo
lennitatum beate marie ſemper virginis/purifi-
cationis/annunciationis aſſumptionis ⁊ natiui-
tatis:natiuitatis ioannis baptiſte/duodecim apo
ſtolorum quoad feſta principalia(quod dicimus
propter feſta eorum ſecundaria:vt cathedra petri:
⁊ ſimilia)martyrum duorum ſtephani ⁊ laurentij
⁊ feſtiuitatis omnium ſanctorum/et inuentionis
ſancte crucis.De feſtis vero ſanctorum angelo-
rum/et precipue in ſeptembris fine:de ſancto mar
tino/ſilueſtro ac innocentibus et ſimiliter de dedi
catione eccleſie/⁊ quibuſcunqꝫ alijs/poteſt confor
mare ſe quiſqꝫ conſuetudini patrie.Quod ideo di
xerim:quia non videntur predicta vbiqꝫ ſeruari
ꝗuis precepta dicantur.

**Circa** principium et finem feſtorum/patrie
conſuetudo ſeruetur.Ita vt licet com-
muniter feſtum celebretur de veſpera in veſperam
ſi tamen ars aliqua(puta ſutoria aut tonſoria)cō
ſueuit a media nocte in mediam noctem celebra-
re:ſeruari poteſt huiuſmodi conſuetudo:habetur
enim pro approbata patrie conſuetudine quan-
tum ad illas artes que ſic conſueuerunt abſqꝫ pre-
latorum reprehenſione celebrare feſta.

Conſuetu[illegible] eſt q a media nocte [illegible]
mediam noctem aliquae artes exercean[illegible]
tunc [illegible] abſque [illegible] poſſunt [illegible]

Filij Peccata: peculiaria ſunt tria. Primum eſt irreuerētia parentum: que ſi notabilis eſſet iniuriando irridendo aut operando: peccatuz procul dubio mortale impietatis eſt.

¶ Secundum eſt inobediētia quoad illa in quibus filius ſubijcitur patri. Subijcitur autem et quoad domeſticam gubernationem et morum inſtructionem eſt enim pater ex nature iure gubernator et inſtructor filiorum et domus . et ideo inobedientie crimen filius incurreret/paterna precepta contemnens.

¶ Tertium eſt omiſſio ſubuentionis. et hoc in caſu neceſſitatis: quoniam pater tenetur ſuſtentare filium et non econtrario: niſi in caſu neceſſitatis: in quo filius peccat pluſq̄ mortaliter non ſubueniēdo patri indigenti/iuxta vires prouidendi illi de neceſſarijs. Impietatis enim hec omnia crimina ſunt: quia pietas parentibus cultum obſequium qꝫ prebet: et ſunt contra primum preceptum ſecunde tabule.

Fornicatio (hoc eſt concubitus naturalis ſoluti cuz ſoluta) peccatum mortale eſt: dicente apoſtolo ꝙ excludit a regno dei. ad ga. v.

Fraus Peccatuz ſonat/ſicut et mendaciū: ſed mortale vel veniale iuxta materiā. Nā fraus ad damnum proximi tendēs/pernicioſa eſt: niſi circa minimū verſetur. Si vero iocoſa aut officioſa ē/venia-



lis eſt: quia non contra dilectionem dei aut proximi militat. Excuſatur quoqꝫ fraus nociua a mortali ſi preter itentionem accidit: ſed quum illam percipit: tenetur damnum reſarcire/et fame ſue conſulere n e ſcandalum ſit de eo tanq̄ doloſo.

Furtum (hoc eſt occulta acceptio aliene rei inuito domino) peccatum eſt mortale ex ſuo genere: quia iuſtitiam violat contra charitatē proximi. Poteſt tñ eſſe veniale ꝑpter imperfectionem actus/vel ex ꝑte primi motus vel ex ꝑte paruitatis rei: quia modicum pro nihilo reputatur non enim reputatur quis leſus in rebus ex parua re ablata.

Sunt Autem quatuor circa furti peccatum aduertenda.

¶ Primum eſt de animo furandi: ne erres intelligēdo ꝙ ſiquis ſurripit Pomum/peccet mortaliter quia hꝫ animū/illud pomuz furādi. Error eſt iſte: q̄m animus furādi importat animū inferēdi nocumētum proximo: non vocatur aūt nocumētum ſi eſt nocumētum ſecundum quid: quale eſt nocumētum in re minima. Et propterea per animuz furandi intellige ſolummodo animum ſurripiendi aliquid notabile. Et ideo ſiquis ſurripit aliquid minimū habēs animū nō ſurripiendi aliquid notabile. excuſatur a furto mortali. Si autem paruuz ſurripit/ ita ꝙ ſi poſſet notabile etiam aliquid acciperet. procul dubio animo furandi accipit et peccat ex furtiuo animo mortaliter.

¶ Et hinc habes vnde furta: famulorum famula-

Universidad de Deusto Biblioteca



rumq́ excuſes quum comeſtibilia domi ſurripiſſe ut comedant: ſunt enim communiter peccata venialia. Et ſignum animi non furtiui eſt/ quãdo nõ eſtimat quis accipere quia modicum eſt / aut pro modico eſtimant quod accipit.

¶ Secũdũ eſt de inuito domino: quoniam intelligitur reſpectu rei ad hoc ꝙ ſit furtũ. Poteſt ſiquidem dominus rei eſſe inuitus dupliciter. Vel quantum ad rem que ſurripitur. vel quantum ad ſolum modum accipiendi: puta quia diſplicet ei ꝙ occulte accipiatur: ꝛ non ꝙ res tollatur: vt ſepe contingit in furtis domeſticis inter patrem ꝛ filium. Nõ enim cõmittit furtum filius occulte ſurripiẽs res patris volentis filium res illas habere: ſed nolentis ꝙ occulte acciperet: quoniam tunc proprie loquendo non inuito ſed non vidente dño accipit.

¶ Et hic multas acceptiones domeſticas excuſare potes: dum pre verecundia aut reſpectu tolluntur res occulte non inuitis dominis quo ad rem. venialia ſiquidem ſunt omnia hec.

¶ Tertium eſt de re aliena. Intelligitur nanq́ in propoſito res aliena non ſolum quantum ad dominium: quia ſcilicet res eſt alterius: ſed etiam ſi tantummodo ſit alterius quantum ad cuſtodiam ſeu detentionem. Ita ꝙ ſiquis rem propriam quã alius tenet vel in pignus vel in depoſitum vel etiã quia furto illam ſubtraxit: furtiue accipit: furti crimen incurrit: quia rem alienam quantum ad cuſtodiam occulte accipit cuſtode inuito. debet enim iuris ordine ſeruato rem ſuam repetere: ꝛ non ſibiipſi ius dicere.



¶ Eſt autem aduertendum: ꝙ licet ita ſit regulariter: in caſu tamen quo quis non poteſt iuris via rẽ ſuam recuperare/ aut propter paupertatem / aut propter excellentiam detinentis: aut propter defectum iudicis vel probationum: aut propter ſcãdalum ꝛc. ꝛ abſq́ ſcandalo poteſt quis ſecrete rem ſuam recuperare: non creditur reus furti: qz tunc non proprie ius ſibiipſi dicit: ſed exequitur naturale ius circa rem ſuam/ ex quo ius ciuile impedimentum eſt ei. Tenetur tamen efficere vt qui detinebat/ ſciat ſe non teneri ad reſtitutionem illiꝰ rei: ne ſi ad penitentiam conuerſus fuerit/ damnũ incurrat ipſe aut eius heres iterum reſtituendo.

¶ Quartum eſt/ ꝙ inter aliena computantur inuenta. tenetur enim inuentor non ſibi ſed domino reddendam accipere rem inuentam/ ſi bona conſcientia accipere vult illam: alioquin furtum committit. Et ſi quidem dominus ſcitur/ aut diligẽtia premiſſa inuenitur: reddatur illi. Si autem dominus non inuenitur (quia forte viatori cecidit) debꝫ illi reddi in bonis ſpiritualibus: ex quo non poteſt in temporalibus reddi.

¶ Et ſi inuenta/ domino carent: ſunt inuentoris: ſicut quecunq́ in nullius bonis ſunt/ occupantis ſunt. De theſauris tamen vbi ius ciuile diſponẽs in obſeruantia eſt/ ſeruandum eſt. Naufragorum vero bona iuxta leges quorundam littorum confiſcata ex hoc ipſo ꝙ ex naufragio ſunt: neſcio qua iuſtitia occupentur/ niſi illa qua afflicto additur afflicto. Unde non leges ſed legum corruptiones

Universidad de Deusto Biblioteca



ac tyrannides ſunt. Nec excuſantur ſeruātes illas: immo vt patet extra de rapto. ca. excommunicationi: niſi ablata reſtituant excommunicationi ſe nouerint ſubiacere: qui chriſtianos naufragiū patientes ſpoliant.

GLorie humane appetitus ſi malus non ſit (nam ita licitum eſt cupere & querere humanam gloriā: ſicut licitum eſt cupere & querere alia bona humana. ſ. pecunias/ agros: & huiuſmodi eſt em̄ gloria vnum inter bona humana non paruū) inanis tamen glorie appetitus pctm̄ eſt: quia a recta diſſonat ratione omne vanum.

¶ Eſt autem gloria vana non ſolum quando de falſis eſt: ſed etiam quando de tranſitoriis aut a tranſitoriis expetitur: quia non ſolum de falſis vana gloriatio (vtpote de his que non ſunt) ſed etiam quum tranſitoria tanti ſunt: vt de illis aut ab illis queratur gloria: vanitas eſt. Sufficere debet homini a trāſitoriis gloria trāſitoria vt ſic: & non quaſi gloria abſolute: illa enim parui ſit ſi cognoſcitur dum aūt magni ſit: quia vt gloria abſolute eſtimatur vane appetitur: qꝛ reuera magnum quid non eſt.

¶ Non eſt autem ſemper mortale pctm̄: ſed ſolum quando amor glorie repugnat charitati: vel quantum ad illud de quo eſt gloria: vel quantum ad intētionem appetentis gloriam. Et primo modo ſolū peccat mortaliter: qui gloriatur de aliquo quod ē peccatum mortale: quicquid ſit illud. Secūdo vero modo: qui ponit ſuum finem vltimum in gloria

humana.



humana: hoc eſt qui tantum afficitur glorie vt illā preferat obſeruationi preceptorum: vt eſt ille qui ob amorem glorie conſequēde vel timorem glorie perdende incurrit aliquod peccatum mortale: vt lucretia elegit adulterium ne infamaretur: cuius oppoſitum elegit ſuſanna: preferens diuina precepta glorie humane & vite.

GVle Peccatum conſiſtit non in hoc: q̄ cibus delectabilis delectabiliter ſumitur. quoniam hoc nullū peccatū eſt: niſi quis ſit adeo inſipiens vt putet omnem voluntariam delectationem ſenſibilem eſſe peccatum. Sed conſiſtit in hoc q̄ inordinate delectatio cibi appetitur aut habetur: puta quia plus aut prius &c. q̄ deceat: delectatione cibi afficitur homo.

¶ Et tunc ſolum eſt mortale quando delectationē cibi habet quis pro vltimo fine: iuxta illud. quorum deus venter eſt. Hoc autē cognoſcitur ex hoc q̄ homo ob delectationem in comedendo non curat tranſgredi preceptum de aut eccleſie: vt ſi propter hoc furetur aut contemnat ieiunare &c.

¶ Frequenter autem eſt veniale/ & quandoq̄ valde graue: vt quum delectatio cibi allicit ad comedendum vſq̄ ad vomitum/ aut alia inconuenientia. Et ſimiliter quum inducit ad alia peccata: puta ad nimium ſumptum/ vel ad nocendum proprie ſanitati/ & ad quecunq̄ alia peccata: que ſecundū ſe ſunt iudicanda quanta ſint.

HAbitus debiti omiſſio vel oc
cultatio,/ niſi ratio-
nabilis cauſa excuſet: peccatum eſt:
quia contra aut preter rectam eſt ra
tionem.
¶ Quinq; autem habitus differē
tias debitas in communi conuerſatione humana
inuenimus.
¶ Prima eſt circa differentiam maris ⁊ femine. Et
conſtat peccatum eſſe marē in habitu femineo aut
econtrario conuerſari. ⁊ in deutero. ca. xxij. prohi
betur vt abominabile domino. ⁊ i decretis di. xxx.
anathema ſit mulier induens veſtem virilem. Vez
hec intelliguntur quando pro ſuperſtitione aut lu
xuria fiunt. vnde ſi in laruis aut comedijs hec fiāt
tranſire poſſunt. Sed in continua conuerſatione
non eſt permittendum: quia contra bonos mores
⁊ cuſtodiam caſtitatis cōmunis eſt. Et niſi ab epiſ
copo moniti ſub pena excommunicationis deſi
ſtant: excommunicandi ſunt/ ⁊ eijciendi de conuer
ſatione humana.
¶ Secunda eſt circa differentiam clericorum ⁊ laico
rum. De qua vide ſupra in verbo clericus.
¶ Tertia eſt circa differentiam religioſorum ⁊ alio
rum. Et quantū ad religioſorum dimittentiū ha
bitum/ peccatum: vide infra in verbo religioſus.
Quantum ad aliorum peccatū qui religioſo habi
tu in laruis vtuntur: diſtinguendum eſt an fiat lau
dabilis repreſentationis gratia: q: tunc nō eſt pec
catum. aut in religionis vel religioſi ludibrium: et
tunc ratione iniurie notabilis eſt peccatum mor-



le. aut ſola vanitate: ⁊ tunc inter vana tranſire po-
teſt/ ſi ſecūdum veritatem non irrogatur iniuria
alicui notabilis.

¶ Quarta eſt circa differentiam chriſtiane fidei ab
alijs ſectis: puta iudeis / mauris ⁊c. Nam ſi differē
tia certa diſtinctiua chriſtianorum ⁊ aliorum eſt: ita
vt quilibet vtens tali habitu fateatur ſuam fidem:
mortale eſſet peccatum chriſtiano: deferre habitū
iudei aut mauri. Nec ſic erat tempore quo beatus
ſebaſtianus ſub militari habitu degebat: ita ꝙ ex
eius exemplo non lz ex cauſa quacunq; in caſu po-
ſito contrauenire, puta chriſtianū deferre ſuper ve
ſtes characterem. O ex aliquo timore: vbi hoc eſt
proprium ſignum iudeorum: quoniam hoc nihil a-
liud eſt ꝙ ex timore fateri ſe iudeū. Nec ē ſimile de
clerico qui ob timorem iter agit in habitu laicali:
quoniam etiam explicite tunc negare ſe clericum:
non niſi officioſum mendacium eſt.
¶ Quinta eſt circa differentias ſtatuum perſonarū:
nobiliū vel ignobiliū ⁊c. Et huius violatio ad im-
modeſtiā ptinet. De qua infra in verbo/ ornatus.

HAſtiludium (quo pro exer
citatione belli
ca aut pro ſolennitate feſtiue alicui⁹
iucunditatis regie/ armati equites
duo cōtra ſeinuicem currunt cum lā
ceis) ex ſuo gñe pctm̄ mortale nō eſt:
q: i eo nō interuenit vt i plib⁹ mors aut mutilatio
aut qdcūq; notabile pſone nocumētū: hmōi enim

Universidad de Deusto
Biblioteca



ludi ex hac ſola cauſa pernicioſi ſunt: ſcilicet ex no
cumento perſonali. Et propterea ſi verum eſt qḋ
ſupponimus (ſcilicet ꝙ vt in pluribus non acci-
dat huiuſmodi nocumenti periculum) haſtiludiū
& quicunq; alius ludus militaris habens talem
conditionem, damnandus non eſt: quoniam actus
humani ex eo quod vt in pluribus inuenitur / iu-
dicantur. In cuius ſignum torneamentum dam-
natur / quia ſepe inde mortes proueniūt: vt patet
extra de torneamentis. ca. felicis.

**Hereſis** Crimen eſt infidelitatis / ex tribus conſtans: ſcili-
cet errore in his que ſunt chriſtiane fi-
dei pertinaciter.

¶ Et aduerte primo diligenter / ꝙ ter-
tia conditio requiſita ad hereſim (ſcilicet obſtina-
tio) non ſic requiritur / tanꝙ non ſit hereticus ni-
ſi qui ſit inflexibilis et immutabilis: ſꝫ ſic exigitur
ꝙ homo vult in his que ſunt fidei ſic credere non
obſtante ꝙ eccleſia oppoſitum decreuerit quan-
tum ad manifeſta / aut decerneret quantum ad am-
bigua. Verbi gratia quātum ad manifeſta / ſiquis
vult deliberate credere ꝙ ſpiritusſanctus nō pro-
cedit a patre & filio / aut ꝙ nō erit reſurrectio mor-
tuorum aut ꝙ mortuo corpore moritur etiam ani-
ma: non eget alia obſtinatione: quia iam eſt here-
ticus ex hoc ꝙ non dubitat hec eſſe contra fidem
ſancte matris eccleſie / et tamen ipſe voluntate de-
liberata credit hec: eſt enim ſatis pertinax qui eli-
git non captiuare intellectum ſuum ſacre ſcriptu-
re / ſancteq; matri eccleſie. Quantum vero ad am-



bigua / ſiquis ignē inferni aut aquas que ſuper ce-
los ſunt / credat eſſe vel non eſſe ſimiles iſtis igni &
aque exiſtentibus apud nos: non propterea eſt he-
reticus: quia neutra pars clarificata eſt a ſcriptura
vel eccleſia. Sed ſi ſic adhereat vni parti / vt etiam
ſi ſancta mater eccleſia decerneret alteram eſſe ne-
ceſſario affirmandam ipſe nihilominus vellet de-
liberate credere ſuam partem: hereticus eſſet pro-
pter hanc pertinacem animi preparationem ad-
iunctam.

¶ Aduerte ſecundo / ꝙ licet hereticus pure men-
talis ſit vere et perfecte hereticus: non eſt tamen
excommunicatus: ſed ad hoc ꝙ ſit excommunica-
tus / exigitur aliquis actus exterior: quia eccleſia
non iudicat actum interiorem nudum ſecundū ſe
ipſum. Unde talis poſſet abſolui a peccato libere.
Sed ſi etiam ſibiipſi dixit exteriori loquela: iaꝫ eſt
excōmunicatus in cena domini &c.

**Hiſtrionum** Peccatum nō cō-
ſiſtit ī exercitio hi-
ſtrionatus. nam licite poteſt officium
ſuum exercere: hoc eſt vacare: vt geſti-
bus / verbis / nouis adinuentionibus
delectationem alijs prebeat / ſeruatis debitis /
circunſtantijs. Sed precipue conſiſtit in materia:
vel inhoneſta: vtendo ſcilicet actibus aut verbis
inhoneſtis. Uel diuina ponendo res fidei aut ec-
cleſie in iocuꝫ. Uel iniurioſa deſpiciendo alios aut
adulatoria &c. Peccant quoq; ſecūdum locuꝫ tem-
pus / negocia & perſonas: dum horum aliquid nō
conſiderant aut paruiſaciunt. Peccant & tertio ex

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſine:nimis placere cupientes hominib⁹.
¶ Quando autem in huiuſmodi peccatum moꝛ
tale interueniat/non facile dixerim: quia iocoſe
hec dicuntur et ſiunt. Veruntamen in his que ex
ſuo genere ſunt moꝛtalia (vt iniurie diuinoꝛum et
hominum/et ſimilia) niſi paruitas offenſe excuſet
quia modicum pro nihilo reputatur: peccatū moꝛ
tale incurritur: quia licet iocoſitas excuſet a tanto
non tamen a toto. Propter huiuſmodi autem an
nexa hiſtrionatui/ab aug. tantopere damnantur
hiſtriones et dantes eis: vt habes in decretis di.
lxxxvj. ca. donare: et qui venatoꝛibus. el pꝛimo.

Homicidium (hoc ē illicita ho
minis/occiſio)
peccatum moꝛtale eſt contra iuſtitiam
et charitatem. Et quia occidere homi
nem dupliciter contingit (vel per ſe: hoc eſt ex in
tentione occidendi: vel per accidens: hoc eſt pꝛe
ter intentionem) ſi eſt ex intentione/eſt illicita ex
triplici capite.
¶ Vel ex parte hominis occidendi/quia non me
retur moꝛtem. Et hinc ſemper occidere innocen
tem eſt illicitum: niſi per accidens iudex excuſetur
in caſu in quo opoꝛtet ipſum ſecundum allegata ⁊
pꝛobata damnare innocentem ad moꝛtem. Et ſi
militer per accidens excuſatur carnifex exequēs
ſententiam iniuſtam/non continentem erroꝛē ma
nifeſtum. Et ſimiliter excuſantur milites ſubditi
in bello occidentes: ex obedientia ad bellum repu
tatum iuſtum/q̄uis ſecundum ſecretam veritatē
ſit iniuſtum/accedentes: iuxta illud aug. cōtra ma



nicheos. Vir iuſtus ſi foꝛte etiam ſub rege et ho
mine ſacrilego militet: recte poteſt illo iubente:
bellare: ſi quod ſibi iubetur/vel non eſſe cōtra dei
pꝛeceptum certum eſt/vel vtrum ſit certum non
eſt: ita vt foꝛtaſſe reum faciat regem iniquitas im
perandi: innocentem autem militem oſtendat oꝛ
do ſeruiendi. xxiij. q. j. quid culpatur.
¶ Vel ex pte occidētis: qꝛ. ſ. publicā authoꝛitatem
non habet ſupꝛa illius occidēdi vitā. Et hinc ſemꝑ
eſt moꝛtale occidere ex intētione hominē abſq; pu
blica authoꝛitate. Nec vllā noui exceptionē. Hinc
eñ homicidij rei ſunt non ſolum ex vindicta/rixa
⁊c. occidentes: ſed etiam qui ſeipſos defendendo/
alios occidūt: hoc eſt ideo ſe defendunt vt occidāt
vel non ſunt defenſione contenti niſi occidāt: quū
ſolūmodo in foꝛo conſcientie liceat eis occidere ꝑ
accidens: hoc eſt ideo occidere quia ſe defendunt
quia non poſſunt aliter ſe defendere niſi occidāt.
Iuxta hoc caput (ſcilicet ex pte occidētis) pctm̄
accidentaliter interuenit/ſi mala ſit occidentis in
tentio: vt q̄uis iuſta ſit occiſio: tñ ex odio/vindicte
q; liuoꝛe mādat aut exequit̄. Hoc eñ accidentale
omnino eſt: quia ex mala intētiōe etiā opa miſeri
coꝛdie polluuntur: et nō ſolum hec iuſtitie opera.
¶ Vel ex pte modi occidēdi: qꝛ. ſ. non ſeruato iuris
oꝛdie: ſcriptū ē eñ iuſte qđ iuſtū ē exeq̄ris. deute.
xvj. Et hic homicidij ſunt rei occidētes veneno vl
alias ſecreto de mādato dñoꝝ nō citatos/nō audi
tos/nō dānatos/ēt ſi leſe maieſtatꝫ dicerētꝫ rei. Nec
excuſat authoꝛitas pͥncipis/ēt ſi ꝯſtaret pͥncipi vꝫ
pꝛōe puate ꝙ mererētꝫ q̄s mille moꝛtes q̄m ſcia ⁊ ptās

currūt pari paſſu: hoc eſt ꝙ oportet poteſtatē pu-
blicā moueri a ſcientia publica et ſcđm illā regu-
ri. Nec hoc eſt de iure poſitiuo / vt poſſit princeps
legibus ſolutus nō ſeruare. ſꝫ eſt iuris naturalis:
exigit nanq̃ natura actus publici (qualis eſt iuſta
occiſio hoīs ex publica poteſtate) vt ſit ex publi-
ca voluntate et publica ſciētia: alioquin nec cauſe
ſunt ſibijnuicem cōmenſurate (dum poteſtas eſt
publica ꝙ ſcientia eſt priuata) nec adhibētur cāſ
commenſurate effectui: dum actio ptātis publice
ponitur exire a ſciētia priuata. Sunt igitur homi-
cide ⁊ princeps et conſulentes et exequentes oc-
ciſiones hominū indemnatorū ex publica ſciētia.
¶ Nec excuſat quā allegaret princeps rō ſcandali
vitandi. aiunt enim perſuadere necem conantes
ꝙ illum mortē mereri conſtat clariſſime: ſed vt ho
nor illius ⁊ familiet dignitatis ſeruetur: ⁊ vt ſcan
daluꝫ vitetur / oportet ipm ſine iudicio occidere cū
dexteritate: ſunt eñ diabolice artes ad excuſan-
das excuſationes in peccatis. Nec propterea dam-
nant iudices q̄ reptos in fragrāti crimie notorio
(vt latrones in vijs ⁊ hmōi) ſtatim ſuſpēdi iubēt.
Interuenit ſiq̄dē ibi notoriū facti loco accuſatoris
⁊ teſtiū / faciēs publicā ſciētiā / ⁊ excitans publicā
volūtatem ⁊ poteſtatem ad publicū iuſtitie actuꝫ.
¶ Et hinc videre potes nō excuſari officiales ⁊ ſub
dños quibus a regibus iubet vt aliquē in auditū
ſine vllo crimine notorio capiāt ac decapitēt / ſi iuſ-
ſa pficiūt. Debēt ſiq̄dē obedire quantū ad captu
rā ⁊ cuſtodiā (q: hoc ex rōabili pōt rex cā iubere)
ſꝫ nō quo ad occidēdū: q: hoc nō pōt rex abſq̃ ſciē



tia publica iubere; ſciētia aūt publica nō eſt niſi tri
pliciter: ſcilicet vel ex propria confeſſione iudiciali
vel ex pbatione iudiciali / vel ex notorio facto. Vn
de vbi nullus interuenit actus iudicialis / nulliq̃
extat notoriū crimen: non eſt exequendum princi
pis mādatum ad necem proximi. Nec excuſat obe
dientia tanq̃ in dubijs / quia non eſt ſubditi diſcer
nere ſupioris iudicium: qm̄ hoc habet locū in his
in quibus princeps poteſt bene ⁊ male iubere: nō
autem in his in quibus certum eſt eos eſſe homici
das: quale eſt mandatum propoſitum.
¶ Hinc quoq̃ mortaliter peccant iudices qui non
ſeruato iuris ordine damnant ad mortem aliquos
etiā ſi morte ſunt digni / ſi tamen aliquid de ſubſtā
tialibus omittitur: puta ſufficientia teſtium: eſt
enim tunc iudex ipſe homicidij reus: quoniam oc
cidit hom nem non vt ius ſeruans ⁊ dicens.
¶ Ex his demum clare habes / ꝙ occidere ſeipſum
ſemper eſt illicitum: quoniam occiditur homo cō
tra naturalē charitatē ſuijpſius ⁊ contra iuſtitiā:
quum nullus ſit ſuijpſius iudex / nec ꝑprie vite do
minus: ⁊ quilibet ſit pars ciuitatis: ⁊ ſolus deus
ſit qui occidit et viuere facit.

Occiſio Aūt hominis ꝑ accidēs (hoc ē pre
ter intentionē) illicita ex duplici ca
pite inuenitur: vel ex immoderata actione / vel ex
negligentia.
¶ Et ex primo q̄dē capite infiniti ſunt modi iuxta
plurima immoderata opa ex q̄bus pōt occiſio ho
minis p̄ter itētionē operātis euenire. Nā ⁊ immo
derata ſui aut pximorū aut rerū defenſio / illicitā

reddit inuaſoris occiſionez: que ſi moderata eſſet:
nō ei ad peccatū iputaref mors iuaſoris: nā nō ſo
lū ſeipſuz ſʒ primū (vt ambro. i p̄rio de officijs te
ſtaf: ⁊ habef. xxiij. q. iij. in ca. fortitudo: ⁊ ca. non in
ferēda) tuēdo lʒ occidere iniuriā irrogātē: ⁊ pari
rōne tuēdo libertatē mēbrorꝫ ſuorꝫ: ne ſcʒ turpiter
patiaf. ⁊ ſimiliter integritatē ne mutilef aut vul-
neref: ⁊ ſimiliter neceſſaria ad vitā ⁊ virtutē: ne p̄-
dat res ſuas aut ſuorūz. Que ſi vis / vide diffuſe in
cōmētarijs nr̄is ſup̄ ſcd̄a ſecūde. q. lxiiij. ar. vij. ad
ſcd̄z. Et notabis v̄ba ābroſij q̄ vl'r ō iiuria loquūf.

¶ Immoderata quoqꝫ venatio ſeu ſagitte emiſ-
ſio / equitatio ſeu relaxatio equorꝫ calcitrātiū aut
aialiū malignātiū ⁊ quorumcunqꝫ ledere valentiū
culpabilē reddit mortē inde ſequentē. Immode-
rata demū medicina tanto magis homicidā medi
cum reddit / quanto minus eſt p̄ter intentionē:
quia non debet tentare medicinarum vim cuz pe
riculo vite aliene: nec vbi certa notitia morbi deeſt
poteſt exhibere periculoſam de vita medicinam:
de cuius medicine viribus non poteſt ſe excuſare
qui profeſſionem facit medicine.

¶ Comprehenditur ſub hoc quoqꝫ genere oppreſ
ſio tenellorum paruulorum in lecto ex hoc q̄ tenē
tur ſimul ad dormiendum: quum hinc facile poſ-
ſit talis oppreſſio ſequi. Hoc aūt intellige cōiter:
poſſet em̄ in p̄ticulari caſu hoc licere: i quo ſcʒ ſcd̄ʒ
ſenſatorū iudiciū nō exponif infans oppreſſiōis
p̄iculo. Propter frigus aūt nō video licere: q: nō
ſunt faciēda mala vt euitef aliud malū: ſʒ p̄ōt ali
ter p̄uideri: puta ponēdo tabulam aliquam inter



mediam ne poſſit infans opprimi ⁊ huiuſmodi: ⁊
tanto plus quanto etas illa patiens eſt frigoris.

¶ Ex ſecūdo vero capite (ſcilicet ex negligētia)
infiniti ſunt modi / iuxta infinitos caſus in qui-
bus huiuſmodi negligentia interuenire poteſt.
Colligendo tamen ad genera / diſtinguitur negli-
gentia eorum qui poſſunt ⁊ debent ex officio pro-
uidere / a negligentia eorum qui poſſunt ⁊ debent
ex articulo occurrentis neceſſitatis prouidere: nu
lus enim negligit / qui licet poſſit nō tamē debet.
Exigit enim negligentia tria: ſcilicet poſſe debere
⁊ non facere. Imputatur igitur homicidij pecca-
tum dominis ⁊ officialibus ſi ex eorum negligen-
tia occiditur homo. Et hoc ſiue in caſu inuaſionis
particularis occurrat: ſiue i caſu quo publicis vijs
non prouidetur: ſiue in caſu quo ciuitas ſine iuſti-
tia aut quaſi ſine iuſtitia regitur: ⁊ quaſi cuilibet
licet ipune occidere: mutilare / ob fauores aut pe-
cuniam aut ignauiam ⁊c. omnium enim malorum
huiuſmodi rei ſunt: quia tenentur cuſtodire iu-
ſtum publicum.

¶ Sub hoc quoqꝫ genere conprehenditur negli-
gentia medicorum / qui curam egri alicuius ſuſce
perunt: quum ob eorum negligētiā in ſtudendo /
viſitādo ⁊c. perit: quoniā ex ſuſcepta cura tenent.

¶ Imputatur deniqꝫ homicidij crimen his / qui
poſſunt et ex articulo neceſſitatis occurrente tenē
tur occurrere. ſi nō occurrūt. Pri̇o ſi nō paſcit q̄s
fame morientem: iuxta illud ambro. ſi nō paviſti
occidiſti. Scd̄o ſi nō occurrit ad tuendū proximū
inuaſum / ſi poteſt cum moderamine inculpare tu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tutele:iuxta illud ambro.qui non repellit a proxi-
mo iniuriā ſi poteſt:tā eſt i vitio ꝙ ille q̄ facit. Uter-
ꝗ enim caſus eſt extreme neceſſitatis. Tertio ſi nō
reuelando aut retrahendo aut ⁊c. prouident ne a-
liquis ex ſibi noto tractatu aut propoſito ⁊c. inter
ficiatur:q: tenentur adiuuare ⁊ eruere quantū in
ſe eſt a morte proximos. Ad hec enim tria videntur
omnes negligentie caſuum neceſſitantiū ad occur
rendum nequis pereat reduci. in primo eñ mors
naturalis/in ſecundo mors violenta manifeſte/in
tertio mors violenta:occulte imminens cogit pro-
ximum vt occurrat ſi poteſt.

Horarum Canonicaꝝ omiſ-
ſio exigit ad ſui diſ-
cretionē peccati:vt tractentur quin-
ꝗ: ſcilicet qui:quid:qualiter:quan-
do:vbi:
¶ Et quantum ad primum (qui ſcꝫ
teneant ad horas canonicas) quis ex precepto in
iure contento ſoli preſbyteri expreſſi inueniantur:
cōmuniter tamen tenetur/ꝙ quicunqꝫ in ſacro or-
dine cōſtitutis abſqꝫ ratiōabili cauſa (que ſemꝑ ſub
intelligitur) omittit:peccat mortaliter. Et ſimili-
ter beneficiati:ſiue ſint in ſacris ſiue non obligati
dicūtur. In his tamen exceptio rationabilis vide-
tur:vt ſcꝫ excipiantur nihil percipientes de fructi-
bus beneficij/ita tamen ꝙ ex parte ſua non deſit ꝑ-
cipere fructus:q: ceſſat ratio obligatiōis:tenetur
enim beneficiatus ad officiū diuinum q: ſtipendiū
habet eccleſiaſticum. Et ſecundum hoc beneficia-



tus non appellatur quis quantū ad vinculum di-
uini officij ſi nō poteſt habere poſſeſſionem ac fru-
ctus beneficij. niſi fructus ei poſtmodū dādi ſunt:
quia tunc conſtat beneficium ei fructificare:cuius
actualis perceptio fructuum pro tūc ſit impedita.
¶ Dicuntur ⁊ tertio obligati religioſi profeſſi. Et
certe niſi cōſuetudo illos obliget (d quā nihil ſcio)
non tenentur ex profeſſione:vt patet ex hoc ꝙ mo-
nachorum ordo contra regulares clericos diſtin-
guitur:ex eo ꝙ iſti diuinis miniſterijs horarum ca-
nonicarum ⁊ miſſarum mancipati ſunt illi contem
plationem abſtrahendo ad huiuſmodi diuinis mi
niſterijs. Hinc eñ patet eſſe profeſſos monachos
in dei eccl'ia abſqꝫ horis canonicis. Uide ſi vis ſan
ctum tho. in. vlti. q. ſecunda ſecūde ar. vij. ad ſcōm
⁊ hiero. xvj. q. j. ca. alia. ⁊ ca. ſic viue. ⁊ ca. ſi clerica-
tus. Unde nec conuerſi qui ad ſeruitia clericorum
in religionibus recipiuntur nec profeſſi in habitu
clericali donec in ſacris ſint conſtituti:tenentur ex
iure ratione ad horas canonicas. Uictus nāqꝫ re-
ligioſis debetur ex eo ꝙ totaliter deo dicati in illa
religionis obediētia ſunt:non minus ꝙ̄ debentur
a temporalibus dominis ⁊ hoſpitalibus victus il-
lis qui eis per totā vitā in miniſteriū aſcripti ſunt.
Et de profeſſis clericis vt dixi/ſta cōſuetudini/de
conuerſis non dubites. Tertianos vero ⁊ ſimiles
longe ab hoc vinculo eſſe ſcito:q: modus tantum
quidā viuendi eſt eorum vocata religioſitas.
¶ Nec propterea de cōuerſis ⁊ tertianis fluctues:
qꝛ in eorū regula ſeu ſtatutis decernūtur illis que
dam orationes pro horis canonicis:quoniā hinc

Universidad de Deusto Biblioteca



ſit quidē vt teneantur ad illas orationes ſicut ad alias mādata; regule: nō autem vt teneantur ex ecleſie precepto ad horas canonicas. Hec de p'io.

**Quoad** Secundum (ſcʒ quid dicere tenet̄) ex iure quidem ſolū inueniūtur ſeptem hore canonice precepte: ex conſuetudine autem quilibet debet iuxta ſue eccleſie ſeu religionis conſuetudinē id dicere pro horis quod ſibi ꝯſueuit pro horis dici. Et idem reputatur iudiciū de adiūctis: ſiue ſuffragijs ſiue pſalmis ſiue horis beate virginis ⁊c.

¶ Diſcernendo tñ̄ cōſuetudinem habentē vim precepti a cōſuetudine ſimplici (ita ꝙ cōſueta ſm̄ vim ꝑcepti ſoluant̄ vt ꝑcepta ⁊ ꝯſueta vt ꝯſueta) nō eſt ꝓpterea re' mortali peccati: cōmutans qualitatē horarū: puta ſoluens de ſanctis quas deberet ſoluere de feria: ⁊ ſimiliter ſoluens iuxta ritū romane eccleſie qui deberet ſoluere iuxta monachalē ritū ⁊ ſimiliter cōmutans ordinē horarū: puta dicens ſextā prius ⁊ poſtea tertiam. Et horum ⁊ ſimiliū ratio eſt: q: ſubſtantia precepti conſiſtit in hoc ꝙ canonice hore dicantur: ⁊ non in qualitate aut ordine. Grauiter tamē peccant qui abſq; rōnabili cā hmōi mutationes ad libitū faciūt. Hec de ſecūdo.

¶ Ubi quoq; pro timoratis cōſciētiis memēto diſ-
cernere inter iudicium operis ꝛ iudiciū perſone.
Nam ſiquis non plus ſciens audit aliquem maledi-
centem (puta in mala hora) aut videt aliquem ex-
ercentem aliquem turpem actum/ꝛ credens actus
huiuſmodi eſſe ſecūdū ſe peccata mortalia iudicat
illos peccati mortalis: non incurrit peccatū iudi-
cii temerarii de quo eſt cōmunis ſermo: quoniam
nō iudicat perſonam ſed opus. nec errat in iudicio
perſonali ſed in iudicio rerum. Tunc autem iudica-
ret temerarie/quādo eſſet iudicium perſonale: ita
q; ex parte intentionis ſeu animi iudicaret illū pec-
care mortaliter audens diffinire in actibus dubiis
aut venialibus intentionem mortalem.

Iurare ſi ſuos habet comites/
iudiciū/iuſtitiā ꝛ verita-
tem: actus virtutis religiōis eſt: vt-
pote profitens deum infallibilē om-
nium notitiam ac veracitatē habe-
re. Propter quod ſcriptū eſt. lauda-
buntur omnes qui iurant in eo.

¶ Cōtrariantur autem iuramento duo crimina. pe-
riuriū/ꝛ iurare per falſos deos aut creaturas. Et
de periurio quidem in loco ſuo inferius tractabit.
¶ De hoc aūt crimine quod grauius eſt. nec hꝫ nomē

Universidad de Deusto Biblioteca



proprium: aduerte ꝙ ad blaſphemiam reducitur: q: dum aliquis intendit vere iurare/intendit teſtimoniũ infallibile afferre: ⁊ dum per creaturã quã cũq; aut falſum deũ iurat/profitetur creaturaꝫ illã ſeu illum eſtimatũ deum eſſe infallibilem teſtẽ: qḋ eſt proprium dei veri: ac per hoc attribuit quod eſt proprium dei: alteri: quod eſt blaſphemare. Eſt ergo iurare per creaturas aut falſum deũ/pluſq̃ periurium: q: eſt peccatum blaſphemie.

¶ Veruntamen quũ chriſtiani iurare videntur per creaturas (vt per ſancta euãgelia aut per ſanctos ⁊c.) pie interpretandum eſt: hoc eſt ſecundum chriſtianum morẽ ⁊ ſenſum: hoc eſt vt intentio iurãtis ſit deum in creatura afferre in teſtẽ/⁊ non ipſam ſecundũ ſe creaturã. Et iuxta hanc diſtinctioneꝫ diſcerne diuerſa ſcripta prohibẽtia ⁊ concedentia iurare per creaturas. Nam prohibentia intelliguntur de creaturis ſecundum ſe: cõcedentia intelligũtur de creaturis vt in his eſt deus.

**LArvarum** Vſus illicit⁹ ex circunſtãtia aliqua redditur: ⁊ non eſt ſecundum ſe illicitus: vt patet ex hoc ꝙ in repreſentationib⁹ eſt licitus. Nec ſolũ redditur illicitus ex malo fine/et incongruo tpe/loco ⁊ modo: ſed ex conditione perſone plurimum penſatus eſt. Nam q: tempore quo quaſi inſanire lꝫ larue aſſumuntur: iuuentutis hec eſt. Inia: ⁊ propterea a grauibus viris aliena cenſetur.

¶ Et licet magnates etiaꝫ eccleſiaſtici ad excuſan



das excuſationes in peccatis/dicant ſe maxime decere vt laruati incedant vt poſſint libere diſcurrere incogniti: qḋ nõ deceret illos manifeſtos: nihilominus non excuſantur. Tum q: tales non egent ꝓpter graues toto anno occupationes huiuſmodi recreatione. Tum q: non ad recreandum animum: ſed ad ſuperfluam agunt delectationeꝫ. Tum q: nõ curant cognoſci: immo plures eoꝝ volunt cognoſci. Tum q: ſcandalizãtur puſilli ex prelatis preſertim eccleſiaſticis laruatis. Et merito/q: perſonas ſubeunt leuium ⁊ iuuenũ ſecundum moreꝫ. Et hoc eſt valde penſandum: ſcriptum eſt enim. qui ſcandalizauerit vnũ ex iſtis puſillis/expedit ei vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius ⁊c.

**Latrocinium** (quo obſeſſor viaruꝫ ſiue publice ſiue occulte ꝑ vis aufert res a tranſeuntibus) ſpẽs eſt rapine/⁊ manifeſte peccatum mortale: a quo denominantur latrones.

**Lenocinium** (quo pſona mediat: fouet: allicit ad venerea aliena) peccatum eſt mortale: tanto grauius quanto reatum in ſe habet omnium criminum que inde ſequũtur. Hinc enim lenones ⁊ lene perſone infames latis note denominantur.

**Lex** Iniuſta peccatũ eſt maximi criminis: nec meretur vocari lex: ſtatutum: aut ⁊c. ſꝫ corruptio legis.

¶ Conſurgit autem iniquitas legis ex quattuor. Primo ex materia: vt quũ mandatur fieri aliquid quod eſt peccatum: et precipue mortale: vt ſunt le

Universidad de Deusto Biblioteca



ges de ſacrificando idolis/de fallendo proximum.

¶ Secūdo ex forma:vt ſunt leges grauantes inequaliter ſubditos inequalitate ꝓportionis:que cōſtituit iniuſtitiã diſtributiuã. Ut quū fit edictū de colligendis decem milibus ducatorum a populo:ita ꝙ tales ſoluant centum et tales viginti ꝛc. quum tamen ſecundum proportionalē iuſtitiam econuerſo forte fieri deberet: ſed quia attenditur ad fauores vel ad amicitiam/ideo ſic inique diſtribuitur onus. Et ſic de ſimilibus.

¶ Tertio ex authore legis:quia ſcilicet non habet poteſtatem ſtatuendi/vel non habet poteſtatem ſuper illos vtpote exemptos/aut ſuper illam rem ſeu illud opus.

¶ Quarto ex fine:quia nō ordinatur in veritate ad commune bonum:ſed ad proprium commodum principis.

¶ Et quocunꝗ horum modorum lex ſeu mandatū iniuſtitiam habeat:non ſolum eſt iniqua:ſed non obligat ſubditos ad ſui obſeruantiam.

¶ Ad ſecundum modum ſpectant oēs gabelle inique ex forma:vt videnť omnes gabelle de his que deferunť pro proprio vſu que etiam ex ciuili iure ſunt prohibite. Ad quartum autem omnes inique ex non durante amplius fine:vt ſi gabella fuit poſita ad faciendum muros ciuitatis:ꝑfectis muris iniuſta eſt ſi perſeuerat exactio.

**Libellus** famoſus(quo quis proximum infamat exponendo iniurioſam alicui ſcedulam vt inueniatur/legatur ꝛc.)ad detractionis crimen ſpectat/ſi actoris nomen occu-



catur. Si vero ſeipſum nominat/ad contumelie ne quiciã ꝑtinet. Et ꝓpterea ſemꝑ eſt ſcelus magnū.

**Literas** alienas ſigillatas aperire inuito dn̄o/pctm̄ eſt iuſtitie ꝛ curioſitatis. Interuenit ſiquidē in hoc ope iniuſtitia qm̄ fit iniuria cuſtodienti literas ſub ſigillo ideo enim apponitur ſigillum:vt cuſtodiatur ſcriptura interior per ſigillum.

¶ Et quia cuſtoditur duobus/ſcilicet mittenti et ad quem mittitur(mittens ſiquidem cuſtodiam ſigilli appoſuit vt ſic cuſtodita litera perueniat ad eum ad quem mittit)ideo appellatione domini in ꝓpoſito venit vterꝗ. Et ꝓpterea niſi alter eorum cōſentiat/aperitur ſigilluꝫ inuito domino. Et vtriꝗ fit iniuria:quia ius aperiēdi quod vtriꝗ ſoli cōuenit/non ſolum vſurpatur ſed tollitur non enim reſtat quod aperiatur poſtꝗ apertum eſt.

¶ Curioſitas quoꝗ inueniť in hoc actu:q: ad hoc aperiunť litere:vt legãtur/vt ſciat legens id qđ ſcire nō decet/aut ſaltem vnde ſcire non decet:q: ex alienis ſecretis non decet acquirere notitiam. Eſt igitur peccatum iniuſte curioſitatis aperire literas ſigillatas inuito domino.

¶ Et quia iniuſtitia ex ſuo genere eſt mortale peccatum formaliter loquendo ideo actus iſte,ex ſuo genere eſt peccatum mortale ſi formaliter fiat.

¶ Dupliciter nanꝗ contingit hoc facere. Primo formaliter et per ſe:hoc eſt ex intentione:iniuriam talem faciendi: ſicut detrahens animo detrahendi/et dicens/conuitium/animo iniuriandi ꝛc.

Et ſic eſt moꝛtale:quia iniuria iſta nõ eſt inter par
uulas iniurias/ꝙ quaſi pꝛo nihilo ab hominibus
habentur ſed eſt iniuria eſtimata ab hominibus:
vt patet. Et ſi queratur in quo iniuſtitia hec no
cet pꝛoximo:dicendum eſt ꝙ leditur pꝛoximus in
ꝓpꝛio iure cuſtodie ſcriptoꝛum ſuoꝛum:quod con
tra ius gentium violatur/quaſi ius legatoꝛum in
animatoꝛum:cõmuni enim fidei ſigilla literarum
credita intelliguntur.

¶ Alio modo aperiuntur lr̃e ſigillate non animo in
iuriam hãc irrogandi. Et tunc non pꝛopꝛie incur
ritur iniuſtitia:quia non fit iniuſtum foꝛmaliter/ſʒ
materialiter:ac per hoc non eſt pctm̃ moꝛtale/niſi
actus redeat in naturam ſue foꝛme aliunde: puta
ex nocumento ſubſequuto in fama/honoꝛe rebus
⁊c.vel foꝛte ex excellentia ꝑſone offenſe/puta pꝛin
cipis:vel ex alio accidente.

Ex his Autẽ hr̃e potes tria ſpãlia. Pꝛimũ
eſt/ꝙ ſi quis ſigillatas alienas lr̃as le
gat ſub ratihabitionis ſpe in mittente vel ad quẽ
mittitur: excuſatur: quia non aperit inuito dño.

¶ Secundũ eſt/ꝙ ſi quis hmõi literas aperiat ex cu
rioſa leuitate putans pꝛo certo ꝙ non ſunt ibi ſcri
pte res impoꝛtantie/paratus tamen ad ſecretum
ſi caſu ibi inueniretur aliquid ſecreto tenendum:
peccat quidem ſed venialiter tãtum:quia nec per
ſe facit iniuſtum/nec per accidens redit iniuſtum
materialiter in naturam foꝛmalis iniuſtitie: quia
nullum eſt periculum nocumenti.

¶ Tertiũ eſt:ꝙ authoꝛitate publica ex cã rõnabili
apire hmõi literas/nõ eſt iniuſtũ ꝗuis fiat inuito



dño:quia reſpublica ius hʒ ꝓuidẽdi ſibi opoꝛtu
ne:ad ꝓuidã autẽ cautelã publici boni ſpectat tpe
belli vigilare ſup inſidijs/ꝓditionibus ⁊ tractati
bus ⁊c.que ꝑ literas poſſent ſignificari. Et idcirco
excuſant aperiẽtes hmõi literas de mãdato publi
co ex cã belli aut alia rõnabili cã. Et ſibi ipſi impu
tet extraneus vel dominus eccleſiaſticus aut ſecu
laris qui mittit literas/ſi diſplicet factũ:ſcire em̃
debet/ꝙ nulli iniuriã facit qui vtitur iure ſuo. Et
hac eadem ratione (quia ſcilicet vtitur iure ſuo)
maritus aperit literas vxoꝛis ſeu ad vxoꝛem /et
pater filioꝛum/⁊ pꝛelatus religioſoꝛum:et ſic de
ſimilibus.

LItigium Duo ſignificat pctã. Al
terũ qd̃ vocat ꝯtentio/
qua quis cõtra veritatem ex ꝓpoſito
litigat:de qua ſuperius dictum eſt. Al
terũ quod pꝛopꝛium nomen nõ habet
quo homo in cõuerſatione humana omnibus op
ponit verbo vel motu aliquo.ac per hoc moleſtam
habet cõuerſationem vt pote triſtitiam ingerens
his cum quibus conuerſatur. Eſt aũt peccatũ hoc
contrarium affabilitati: qua homo conuerſatur:
cum omnibus delectabiliter vt decet.

¶ Et põt hoc peccatũ incurri dupliciter. Vel foꝛ
maliter:hoc eſt ex intentione contriſtandi hominẽ
cõtradicẽdo. Vel materialiter hoc eſt abſqꝫ hmõi
intẽtiõe. Et vtroqꝫ mõ eſt pctm̃:q꞉ ꝯtra rectã rõnẽ
exigẽtẽ hominẽ debere cõuerſari delectabiliter:
vt decet Et cõiter eſt pctm̃ veniale ꝓpter paruita
tẽ nocumenti intenti ſeu ſubſequẽtis:nã hmõi tri

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtitia minimũ quid eſt. Si tñ intenderet aliquis cõfundere hominem aut contemptibilem reddere ꝑ huiuſmodi contradictiones: eſſet peccatum mortale propter notabile proximi nocumentum.

**Litigare** In iudicio pro tẽporalibus reb⁹ ſibi iuſte debitꝫ/vt q̃tidie ſit: peccatum eſt quadrupliciter.

¶ Primo ex irrationabili cauſa: puta ſi ex cupiditate ſeu auaricia aut pertinacia quadam vel opprimendi aut moleſtandi cauſa litigatur.

¶ Secundo ex modo perſonali: ſi contentioſe et quaſi inimice/non colloquendo ⁊c. litigatur.

¶ Tertio ex mõ iudiciali: ſi fraudulenter/ſi ꝑuerſe producendo/probando prorogando ⁊c. litigatur.

¶ Quarto ex ſcandalo puſillorum: vt contingit q̃ñ frater contra fratrem: aut religioſi contra: laicos grauatos filijs ⁊ filiabus/ſeu alias indigentes ⁊c. quibus deberent donare litigant. Deberent enĩ prepoſiti preponere capitulo/⁊ cũ capituli cõſilio blãda charitate aut donare/aut differre ĩ pinguiorem fortunam. Hec enim eſt vera fides boni diſpẽſatoris rerum chriſti et non ſcandaliſare mundũ litibus/quaſi ſuffocando debitorem (redde quod debes) pretextu eccleſie: quaſi chriſtus nõ habeat vnde aliunde cultores ſuos paſcat.

**Ludere** Ex duplici capite inuenit̃ peccatũ vel ex gñe ludi/vel ex circunſtãtijs.

¶ Ludus autem ex proprio genere peccatum eſt qui conſiſtit in actionibus turpibus vel iniuſtis. Et diſtinguitur in tria genera.

¶ Primum genus eſt/quum ludus aſſumit turpia



verba vel facta. Et ſi quidem verba vel facta ſint peccata mortalia/ludus eſt peccatum mortale: ſi autẽ verba vel facta ſunt peccata venialia/ludus quoq̃ erit peccatum veniale.

¶ Secundum genus eſt: quum ludus aſſumit nociua proximo: ſiue noceant in perſona/ſiue in fama ſiue in honore ⁊c. Et ſic ſemper eſt peccatum mortale: quia nocere proximo eſt mortale peccatum: niſi propter imperfectionem actus excuſetur. Eſto tamen hic prudens interpres: quoniam moderata haſtiludia et moderata gladiatoria et ſimiles exercitationes armorum que parum nocumenti periculo exponunt ob commune bonum militaris diſciplĩe/que exercitatione comparatur prouocatur et fouetur: non comprehenduntur ſub his damnatis ludis.

¶ Tertium genus eſt/quum in ludum aſſumuntur ſanctorum geſta: tanq̃ contemnantur et in deriſionem deducantur: hoc enim peccatum mortale eſt: iniuriam inferens nõ homini ſed deo in ſanctis aut ſacris ſuis.

**Ludus** Uero ex circunſtantijs malus cenſetur ex ſeptem. Primo ex fine: vt ſi quis ita eſſet affectus ludo vt multum tempus conſumeret in ludis: et hoc eſſet veniale: vel etiã non curaret de preceptis dei vel eccleſie propter ludum: quia hoc eſſet mortale. ¶ Secundo ex ꝑſona: vt ſi dedecet ꝑſonã talem ludere tali ludo/vt prelatos ⁊c. ¶ Tertio ex loco: vt ſi in eccleſia luderetur: quod eſſet mortale quoad ludos theatra

Universidad de Deusto
Biblioteca



les ⁊ ſimiles. Veniale autem ſi ſine rationabili cau
ſa quis ibi luderet ad ſcaccos.
¶ Quarto ex tēpore: vt ſi diebus feſtis nimis ab
ſtraheretur a diuinis propter ludum.
¶ Quinto ex qualitate vt ſi talis ludus (puta alea
rum) ſit prohibitus. Hodie tamen ſolis clericis
prohibiti quidam ludi videntur: vide in verbo cle
ricus: laicis enim omnis ludus non ſecundum ſe
malus licitus videtur niſi vbi ſpecialiter prohibi
tio ſeruari conſueuit.
¶ Sexto ex modo: vt ſi fraudulenter ludatur.
¶ Septimo ex abuſu: dum multi ludo qui cauſa re
creationis licitus ⁊ ſanctus eſt / abutuntur vt ne
gociatione ad lucrum. ita ꝙ nō ludunt propter de
lectationem principaliter ⁊ pecuniam interponūt
quaſi ſtimulum ad vere ludendum: ſed ludūt prin
cipaliter propter lucrum. Et hoc ſemper eſt pctm̄
qm̄ eſt dare operā turpi lucro: ſi tamē nulla alia de
formitas immiſceatur / nō eſt peccatum mortale.

LUxuria apud morales pecca
tum generale eſt ani
mi ſuperfluitatib' vacātio. Appro
priate tn̄ vſurpaṫ ꝑ ſuperfluitate
in venereis. Et ſic ponitur vnum in
ter ſeptem vitia capitalia.
¶ Poteſt autē dupliciter ſuperfluitas venereo
rū inueniri. Primo ſecundū ſolas circūſtātias: vt
ↄtigit inter ↄiuges. Et ſic cōiter ē venialis luxuria.
¶ Secūdo ſecūdum ipſam ſpeciem actus: vt ↄtin
git in fornicatione / ſtupro / adulterio: ⁊c. ⁊ his que
ad hec ordinantur. Et ſic ſemꝑ eſt mortale pctm̄: vt



de qualibet ſpecie in ſuo loco patet.

MAgiſtrorum pctā cir
ca / tria
ſunt doctrina mores / ⁊ lucrū.
¶ Quātum ad doctrinā pecca
tur primo docēdo noxia anime
ſiue cōtra fidē catholicā / ſiue ꝯ
bonos mores. Et hoc ſiue dire
cte ſiue indirecte: hoc eſt ex mō dicēdi magnifican
do cōtraria / ⁊ quaſi deſpiciendo ea q̄ ſunt fidei ſeu
bonorū morū: vt cōtingit doctoribus multis phi
loſophie / ⁊ poetis arrogantibus ſibi philoſophie
authoritatē libertate ingenij ⁊ contemptu fidei ⁊
bonorum morum: quaſi non ſint veri philoſophi
nec veri poete. qui boni chriſtiani ſunt.
¶ Scḋo docēdo falſa vt vera. Et hoc ſi ex induſtria
ſit / incurritur mēdaciū ꝑnicioſum mētiēdo in his
q̄ ad ꝑfectionē ſpectāt intellectus: qualia ſunt ſci
bilia oīa nocumētū enī inferre ī bonis intellectus
nō ē minus ꝙ nocere in bonis corporalibus. Secus
aūt eſt mentiri de aliquo ſingulari: qm̄ ſingularia
non ſunt ſcibilia / ⁊ illorum notitia nō ꝑ ſe ſpectat
ad ꝑfectionē intellectus. Si aūt nō ex ꝓpoſito fal
ſum diciṫ in ſcibilibus / nō ē pctm̄ mortale: quū nō
ſit mēdaciū niſi materialiter: niſi forte nocumētū
notabile inde ꝓueniēs ex incuria aut temeritate
doctoris aſſerētis temere falſū reducat actū ī na
turā mēdacij tāꝙ nō curauerit mētiri in nocumē
tū alioꝝ. ¶ Tertio negligēdo ſtudere vt docere bū
poſſit ⁊c. ¶ Quarto nolēdo docere aliqd egregiū
ex inuidia. ¶ Quīto deuiādo ſcolaſticos auditores

Universidad de Deusto Biblioteca



ab aliis doctoribus in damnum ipſorum auditorū ⁊ iniuriā doctoris. Et hoc eſſet mortale ſi ſic fieret.

¶ Quātū autē ad mores non ſolū peccat min⁹ corrigendo vel excedendo in correctiōe: ſed quod magis vrget fouendo aut inuitando ad turpia ſeu ludos ⁊c. ſunt enim cauſe multorum per hoc malorū inde ſubſequentiū in adoleſcentulis.

¶ Quo ad lucrum vero peccatur/ ſi exigit pluſq̄ ſibi debeatur/ aut a quibus non ſibi debetur.

**Maledictio** Qua quis imprecatur alicui malum/ peccatū eſt mortale ex ſuo genere: q: contra charitatem eſt cupere alicui malum.

**Aduertenda** Tamen ſunt hic quattuor. Primū eſt/ ꝙ eſt ſermo de malo ſub ratione mali/ ⁊ non ſub ratione boni honeſti vel vtilis: hoc eſt/ ad maledictionē requiritur ꝙ deſideret homini malum: puta mors/ infamia/ damnū rerum/ infirmitas/ ⁊ ſiquod aliud malū occurrit. Ita ꝙ non deſiderent iſta illi vt iuſtitia dei aut reipublice habeat ſuum locū: ſicut letabitur iuſtus quū viderit vindictā. Et ſimiliter ꝙ nō deſiderentur iſta illi vt medicina corrigens illū ⁊ reducēs ad ſanitatē anime: aut ſaltem reuocans ab oppreſſione bonorū. Sed deſiderantur iſta proximo non curando plus: hoc enim eſt deſiderare malum formaliter.

¶ Secundū/ ꝙ ſermo eſt de creatura rationali: cui ſoli pōt aliquid mali obuenire. Ubi caute aduerte ꝙ ſi maledicuntur creature irrationales abſq̄ alia adiunctiōe: peccatum eſt ocioſi verbi. Si vero ma-



ledicerentur vt ſunt creature dei non eſſet ſimplex maledictio: ſed blaſphemia: ſicut etiā blaſphemia eſt maledicere ſanctos aut deū. Si autem maledicerentur in ordine ad homines: vel vt ſunt res alicuius (vt ſiquis imprecetur ſterilitatē agro alicuius aut mortē pecudibus alicui⁹/ ⁊c.) perinde eſſet vt imprecari damnū homini qui eſt dominus. Vel vt ſunt cōtentiue/ ⁊ breuiter relatiue ad bona humana: vt ſiquis hac ratione maledicat diem natiuitatis ſue vel alterius: idem eſt acſi maledixiſſet hominem illum naſcentē. Si vero relatiue ad mala humana/ nullū peccatum eſt: ſicut nec maledicere humanis malis. ſic enim iob maledixit diem natiuitatis ſue/ pro quanto continet tot mala culpe ⁊ pene huius vite. Et dauid montes gelboe/ pro quanto ibi occiſus eſt populus domini. Et ſic de ſimilibus Demonem demū maledicere abſolute non eſt peccatum: quia ratione ſtatus ſui mali intelligitur a chriſtianis maledici.

¶ Tertiū eſt/ ꝙ maledictio dupliciter incurritur ſcʒ vel per ſe: hoc eſt intentione maledicendi vt malum eueniat. Et ſic eſt peccatum mortale ſi homo maledicitur directe vel indirecte: vt declaratū eſt. Niſi propter imperfectionē actus. vel ex parte mali/ q: minimum pro nihilo reputatur: vel ex parte affectus/ quia non ex ꝯſenſu rationis cupiebat. Et materialiter incurritur maledictio: quum quis maledicit verbo/ ſed non aīo maledicendi: ſed ex ſurreptione vel lapſu lingue aut malo vſu huiuſmodi profert. Et eſt veniale peccatum.

¶ Quartū ē/ vt nō fallaris ꝯfeſſor q̄d ad duo. Prio

Universidad de Deusto Biblioteca



ad diſcernendum ſi perſona irata maledixit ex animo vel non: nam oportet inſpicere ad tẽpus quietis: ſed ad temp⁹ ire ⁊ furoris. Ex hoc enim ꝙ poſt iram perſona quieta nollet malum illi cui imprecata eſt: non habetur ſignum ſufficiens ꝙ non maledixit ex animo: ſed ſolummodo ꝙ non perſeuerat in malo animo. Sꝫ oportet ſcire ſi tunc quando imprecabatur: paſſio ire ⁊ furoris intãtum preualuit ꝙ flexit voluntatem ad conſenſum: ita ꝙ tunc voluiſſet vt eueniret quod imprecabatur. Nam ſi ſic eſt: non excuſatur a mortali: ſicut nec qui ex nimio libidinis ardore conſentit vt vellet fornicari: quis tranſacta tentatione nollet et gaudeat ꝙ non feceritet multum doleret ſi feciſſet. ſimile eſt enim hic et ibi.

¶ Secundo ad diſcernendum animum eius qui maledixit irrationabili creature reſpectiue ad bona humana: puta maledictus ſit dies in qua nat⁹ eſt: aut in qua natus ſum: et ſimilia. quoniam ipſimet qui dicunt non intelligunt verborum propriũ ſenſum: ꝙ lex redundet in maledicendum illum hominem naſcentem. Et propterea oportet examinare animum dicentis: ſi tunc per illam maledictionem optabat aliquid mali notabilis illi homini: ſiue ſit ipſemet ſiue alter. nam ſi optando illi malum notabile dicit maledictus dies in qua natus eſt: quaſi optans illũ non fuiſſe natum aut fuiſſe male natũ: peccatũ eſt mortale ſine dubio. Si vero ex ira maledicit diei illi: et intendit ꝙ dies ſit maledictus: ſed non intendit per hoc velle vt ille habuerit vel habeat malum ex natiuitate ſua: peccatum veniale eſt: quia eſt



quia intentio maledici non protenditur ad cupiẽdum malum proximi

# Maleficium

Maleficium Peccatũ eſt gñale quo quis nocet proximo. Vſurpatur tamen appropriate pro peccato quo quis nocet proximo per aliquã demonis inuocationẽ. Unde malefici dicuntur qui, impediunt cõſummationem matrimonij/pueros ledũt aut etiaꝫ occidunt/⁊ quicuis alia mala incantationibus ſuis inferunt.

¶ Conſtat autem crimen hoc eſſe mortale ex duplici capite: ⁊ q: inuocatio eſt demonum/⁊ q: nociuũ eſt humano generi. Confunditur tamen plerunq; nomen maleficij ad inuocationes demonum etiaꝫ vtiles hominibus/quum diſputatur an liceat maleficium ſoluere maleficio altero.

Ubi Scito ꝙ ſoluere maleficiuꝫ alio maleficio peccatuꝫ quoq; eſt mortale: qm̃ maleficiũ eſt ſecundũ ſe prauum/⁊ nulla poteſt intẽtione bene fieri. Et ſimiliter inducere maleficũ paratuꝫ ad maleficia perpetranda/ad ſoluendum maleficium alio maleficio: eſt peccatũ mortale. q: nulla ratione licitum eſt inducere hominem quantũcunq; paratum/ad offendendum deum.

¶ Nec habet locum in propoſito diſtinctio inter inducere ad peccandum ⁊ vti iniquitate alterius parati ad peccandum/vt diſtinguitur in vſura ⁊ in iuramento infidelium: quoniam illa diſtinctio non hꝫ locum niſi in illis in quibus actio petita põt ab illo

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



parato fieri ſine peccato ſi vult/⁊ ex iniquitate ſua prouenit ꝙ apponit ipſe peccatum. tunc enim pe‑tens petit opus bonuȝ: ſed quia ille a quo petitur nõ vult niſi cũ peccato efficere/ideo petens vtitur iniquitate parati ⁊ nõ communicat peccato illius. Verbi gratia. petens mutuum ab vſurario/ petit opus bonum ſcȝ mutuuȝ: quod vſurarius ſi vellet poſſet ſine peccato concedere. ⁊ ſimiliter petẽs iu‑ramentũ ab infideli/petit opus religionis ſanctũ ſcȝ iurare: quod idolatra poteſt ſi vult ſine pecca‑to ↄcedere/recognoſcendo verum deũ ⁊ per illum iurando. In propoſito autẽ petitur a malefico vt ſoluat maleficiũ: quod ille non poteſt etiam ſi vult preſtare ſine peccato. Et propterea cõuincitur ꝗ ꝙ petit peccatũ/ ⁊ inducit paratum ad peccanduȝ: digni autẽ ſunt mortẽ (inquit apoſtolus) non ſo‑lum qui faciunt/ſed etiã qui conſentiunt faciẽtib⁹. ¶ Si autẽ maleficus ſciret maleficiũ factum conſi‑ſtere in laqueo ibi alligato/nullũ pctm̃ eſſet roga‑re vt ſolueret illam alligaturã: q2 hic nulla interue‑nit demoniaca opera/ſed humana tm̃ actio: quam quilibet alius poſſet efficere ſi ſciret vbi eſſet illa alligatio.

MAlicia Peccatum eſt genera‑le/quo homo ex ſola in‑tentiõe mali eligit malum. Hinc eſt diſtinguẽdo peccãtes ex malicia vel īfirmitate vel ex malo vſu: excuſam⁹ illos qui ex paſſione ab vſu aut ipru‑dentia peccant/aggrauãtes eos qui nõ niſi q2 in‑tendũt malũ eligunt peccare: ſunt enim peſſimi &



quocũq3 gñe peccent: difficile enim videnť corrigi poſſe. Cõtingit tñ pp īperfectionẽ actus eſſe venia‑le pctm̃ ex malicia: vt ſiquis vana mendacia eligit dicere ex intentione huius mali qđ eſt vane menti‑ri/⁊ nõ propter aliud. Eſt ſiquidẽ imperfectio act⁹ ex parte mali/q2 eſt malum pernicioſum.

MAtrimonium quãtum ad pec‑cata que in illi⁹ ↄtractu interueniũt/tractandũ eſt prio deinde de peccatis que in illius vſu oc‑currunt.

¶ In ↄtrahẽdo igitur matrimoniũ per verba de preſenti põt ex ſeptem capitib⁹ pctm̃ incurri. Pri‑mo agendo ↄtra impedimenta dirimentia. Scđo contra impedimenta nõ dirimentia. Tertio cõtra modum. Quarto contra intentionem ſacramenti Quinto ex intentione finis mali. Sexto ex prepo‑ſtera intẽtione finis. Septio ex indignitate pſone.

QUantum Ad primum/impedimenta di‑rimentia cõtinentur in his ver‑ſibus. Error/conditio/votum/cognatio/crimen: cultus diſparitas/vis/ordo/ligamen/honeſtas: ſi ſis affinis/ſi forte coire nequibis: hec ſocianda ve‑tant connubia/facta retractant.

¶ Quorum ſummaria explanatio eſt. Primũ im‑pedimentum eſt error circa ſubſtantiam perſone: puta intendit quis contrahere cum primogenita/ ⁊ ſupponitur alia: erratur ibi in perſona. Sed ſi er‑retur in qualitate (puta quia non eſt bona aut di‑ues aut ſana ⁊c. vt ei dicebatur) non ſuffragatur. Error

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Secundū eſt conditio/ſcilicet ſeruilis:nā ſi ignoranti ſeruitutē/libero datur ſerua/quā ſi ſciret ſeruam non acciperet:non tenet matrimonium.

¶ Tertium eſt votum ſcilicet ſolenne religionis approbate:ſiue fuerit profeſſio expreſſe ſiue tacite facta:nam illius matrimonium nullum eſt.

¶ In quarto impedimento clauduntur tria impedimenta iuxta tres cognationes:ſcilicet naturalem ſpiritualem et legalem. Cognatio naturalis tollit matrimonium vſqȝ ad quartum gradum incluſiue:ita ꝙ inter cōſanguineos ac cōſanguineas in primo/ſecundo/tertio ⁊ quarto gradu non poteſt eſſe matrimonium.

¶ Cognatio ſpiritualis/que contrahitur in baptiſmo vel confirmationis ſacramento:tollit matrimonium ſecunduȝ tres tantum lineas. Prima eſt inter ſpiritualem parentem et filium ſeu filiā: hoc eſt inter tenētem ad baptiſmum vel chriſma/⁊ baptizatum ſeu confirmatum. Secunda eſt inter cōpatrē ⁊ cōmatrē. Tertia eſt inter fratres ſpirituales:hoc eſt pſonam baptizatā ſeu confirmatā ⁊ filios ſeu filias naturales patris ſpiritualis. Et aduerte hic duo. Primū/ꝙ idē eſt iudiciū de tenēte ad baptiſmum ⁊ baptizante. Secundum ꝙ idē eſt iudicium de tenente ad baptiſmum ⁊ illius vxore/ſi iam conſummatum matrimonium erat.

¶ Cognatio legalis (que contrahitur ex adoptione alicuius in filium ſeu filiam) tollit matrimoniū ſecundum tres lineas. Prima eſt inter adoptantem ⁊ adoptatum/ac illius filium/et iterum filium filij ⁊ deinceps. Secunda eſt inter filios naturales ac legitimos adoptātis ⁊ adoptatuȝ. Tertia eſt inter vxorem adoptantis ⁊ adoptatum/⁊ inter vxorem adoptati ⁊ adoptātem. Inter quas ponitur differētia ꝙ tam prima ꝙ̄ tertia eſt perpetua: ſecūda autem temporalis/ſcilicet ꝙ̄diu manet in poteſtate patris adoptantis:⁊ ideo mortuo patre/aut emancipato filio naturali vel adoptiuo:poteſt inter eos eſſe matrimonium.



¶ Quintum impedimentum eſt crimen:quod duplex eſt:adulterium ⁊ homicidium. Sed quattuor conficiuntur hinc caſus impedientes. Primus eſt ex puro homicidio:quando alter coniugum procurat alterum occidi per aliquam tertiam perſonam nam inter coniugem remanentem et perſonam illam tertiam conſortem in homicidiꝭ talis criminis: non poteſt eſſe matrimoniū in perpetuum:vt patet extra de conuerſatione infideliū ca. laudabilē.

¶ Secūdus eſt ex homicidio mixto adulterio quādo alter coniugum adulteratur/⁊ per ſe vel alium occidit alterum coniugem:nam inter remanētem coniugem ⁊ perſonam illam cum qua adulterium commiſſum fuerat/non poteſt eſſe coniugium: vt patet extra de eo qui duxit in matri. quam pol. per adul. ca. ſuper hoc. ⁊ .xxxi. q. i. ſi quis viuēte. Et ſcito ꝙ multi ⁊ forte omnes exponunt hos duos caſus limitando cum vna conditione:ſcilicet ſi dictū homicidium fiat ea intenſione vt ſit ſeu fiat matrimonium inter predictos:ita ꝙ ſi non propter hāc intētionem coniūx occidens per ſe vel aliū occidat ſuum cōiugem:non incurrit impedimētū dirimēs matrimoniū. Sȝ quū hoc ſpectet ad ius poſitiuū:

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



⁊ iura non inueniantur apponere dictam cōditio nem (vt patet dicta capitula intuenti) nec aliquis alius canon allegetur hanc limitationē apponēs neſcio qua ſecuritate limitatio hec aſſeri poſſit.

¶ Tertius caſus eſt ex adulterio nō puro/ſed mixto promiſſioni fide vallate ꝙ quum alter coniūx morietur accipiet illū vel illam in coniugem: ſiue p̄cedat ſiue ſequatur adulteriū huiuſmodi ꝓmiſſio. Nam inter iſtos adulteros cum tali promiſſione: in eternum non poteſt eſſe coniugium: vt patet extra de eo qui duxit in matri. quam pol. per adul. ca. ſiquis vxore. et. xxxi. q. i. ca. relatum.

¶ Quartus caſus eſt ex adulterio quoqꝫ mixto cōtractui ſecundi matrimonij de preſenti: ita ꝙ iſti non ſolum adulterium commiſerunt/ſed de facto coniuges ſe fecerunt ſtante altero eoruꝫ ligato in priore matrimonio: nec refert an adulterium precedat aut ſequatur huiuſmodi contractum ſecundi matrimonij: nam inter iſtos ſic adulteros non poteſt vnꝗ̄ eſſe coniugiuꝫ: vt patet extra de eo qui duxit in matri. quam pol. per adul. ca. ſignificauit. ⁊ ca. ex literarum. ⁊ ca. ſiquis. Et hunc caſum intellige cum grano ſalis: hoc eſt ſi perſona ſoluta/puta bertha/ſciebat eſſe coniugatam perſonam illā cum qua contraxit matrimonium ⁊ cōmiſit adulterium/puta ioannem. Sciebat inquam aut tunc qn̄ contraxit: aut ſi tunc neſciebat ⁊ poſtea ſciuit: ⁊ nihilominus poſtꝗ̄ ſciuit commiſit adulterium illud/ſcilicet cum illa perſona coniugata cum qua ignoranter contraxerat ſcilicet cum ioanne. Si vero perſonam illam ſcilicet ioannem eſſe coniuga-



tam neſciuit ꝙdiu vixit alter coniunx ſcilicet ioānis/ſed poſt illius mortem tantum ſciuit: poteſt ſi vult matrimonialiter coniungi cum eadem perſona/ſcilicet ioanne (vt patet in ca. propoſitum. et ca. veniens. de eo qui duxit in matri. quam pol. per adul.) quoniā ipſa bertha nunꝗ̄ commiſit adulterium cum ioanne formaliter. i. ex intētione ſed materialiter tantum quia putabat ſe cuꝫ proprio marito dormire.

¶ Aduerte hic adiūgi dictis quatuor caſibus quintum ſcilicet ſi mulier occiderit vxorem alterius vt illum habeat in maritum. aut econtrario ſi vir occidit maritum alterius vt illam habeat in vxorem: ita ꝙ inter talem homicidā ſic ⁊ illum ſeu illam relictam non poteſt eſſe coniugium. Et allegatur ca. ſiquis viuente. xxxi. q. i. Sed quoniam canon ille loquitur de homicidio coniugis non puro ſed mixto adulterio (vt patet intuēti) ⁊ hec ex poſitiuo iure robur trahunt: ideo in ſolis illis caſibus qui in iure poſitiuo ſunt ſtandum videtur.

¶ Sextuꝫ eſt diſparitas cultus: ita ꝙ inter bapti diſparitas cult⁹
zatū ⁊ nō baptizatū nō pōt eſſe matrimoniuꝫ. Si āt ſint baptizati ꝙuis heretici ⁊ apoſtate tꝫ matrimoniū. ¶ Septimum eſt vis/hoc eſt violētia. Et vis
ſub hoc clauditur nō ſolū violētia abſolute: ſed violētia ꝑ metū cadentē in cōſtātē virū: q metus in ꝓpoſito diffinitur quadruplex: ſcꝫ ſtupri que ſtatus/verberis/atqꝫ necis. Ita ꝙ ſiue metu mortis/ſiue verberū/ſiue ſtatus. i. libertatis/ſiue ſtupri/ꝯſentiēs in matrimoniū: nō cōſentit ſufficiēter ad ꝑpetuuꝫ matrimonij vinculū: vult eñ eccleſia matrimonia

Universidad de Deusto Biblioteca



que ꝑpetua ſunt/habere conſenſum non qualem-
cunq; ſed liberum. Poteſt autem impedimentū
hoc tolli ſi poſtea libere vult cõſentire in qḋ prius
coactus aut non conſenſit aut non liber conſenſit
ſeȝ ex metu cadente in conſtantem virum: vt di-
ctum eſt.

ordo ¶ Octauum eſt ordo/ſcilicet ſacer. Nam ordina-
tus in ſacris non poteſt contrahere matrimoniū:
⁊ ſi contrahit/non valet.

¶ Nonum eſt ligamen/ſcilicet alterius coniugij.
ligamen Aligata enī perſona alteri cõiugi per verba de pre
ſenti/non poteſt contrahere cum perſona alia: ⁊ ſi
contrahat et conſummet etiam matrimonium ſe-
cundum/nihil valet: etiam ſi primum non ſit con-
ſummatum ſed oportet ſtare in primo.

¶ Decimum eſt honeſtas: hoc eſt publice hone-
honestas ſtatis iuſtitia/vetans illos inter quos ſunt vel fue
runt ſponſalia/poſſe contrahere cum conſangui-
neis alterius partis; vſq; ad quartum gradum.
Ita ꝙ ioannes mortua ſua ſponſa/non poteſt cū
conſanguineis ſponſe olim ſue contrahere ⁊ ſimili
ter ex parte ſponſi: ſtatuit enim eccleſia ſponſum ⁊
ſponſam quoad hoc pares marito ⁊ vxori carnali-
ter commixtis.

¶ Vndecimū eſt affinitas: hoc eſt parētela cõtra
cta ex carnali cõmixtione naturali cõſummata vi
affinitas ri ⁊ mulieris ſiue ſint maritus ⁊ vxor/ſiue quecun
q; alie ꝑſone: ⁊ durat vſq; ad quartum gradū. Ita
ꝙ ꝑſonis carnaliter ſic cõmixtis/puta petro ⁊ an-
thonia nõ põt petrus aliquā anthonie cõſangui-
neā vſq; ad quartum gradū habere vxorē q: ſunt



effecti ſibi: affines. et ſimiliter anthonia nõ poteſt
aliquē conſanguineū petri vſq; ad quartū gradū
habere in maritum: quia ſunt ſibi effecti affines.
¶ Duodecimum impedimentum eſt impotentia impotentia
coeundi: ſiue hoc proueniat ex natura ſiue ex ma- coeundi
leficio perpetuo. Et quia hoc impedimentū quum
accidit ſubiacet ſpeciali examini accidentis facti/
quod a prelatis eccleſie fit: ideo ſufficiat confeſſo-
ri hoc noſſe.

¶ Hec ſunt impedimenta que ⁊ impediunt matri
monium contrahendum/⁊ dirimunt illud ſi de fa-
cto contractum fuerit etiam ſi fuerit conſumma-
tum ⁊ inde geniti filij et filie. Hoc eſt primum ca-
put ex quo contingit peccare in contrahendo ma-
trimonium.

Secundum vero caput ex quo pecca-
tur in contrahēdo matrimo
nium: conſtat ex impedimentis non dirimentibus
quidem matrimonium/ſed impedientibus ⁊ effi-
cientibus, vt de iure non poſſit contrahi matrimo
nium/ſi tamen contrahatur valet.

¶ Sunt autem impedimenta hec. xj. Primuȝ eſt
interdictum eccleſie: ſi epiſcopus vel curatus inhi
beat aliquibus ne contrahant propter aliquam ra
tionabilem occaſioneȝ donec conſtet clare ſi eſt ali
quod impedimentum inter eos. Scḋm eſt votum
ſimplex caſtitatis. Tertiū eſt ſpõſalia cū altera ꝑ
ſona. Ille enī q̇ hȝ caſtitatis votū/⁊ iſte q̇ iā pmi-
ſit alteri: nõ debet violare fidē ſuā: ſȝ ille dȝ ſerua-
re fidem deo/iſte homini. Quartum eſt ſiquis iun
ctus eſt alteri cathecismo q: tenuit ipſum ad cha-

Universidad de Deusto
Biblioteca



thecismū qui fit ante baptiſmum. Quintū eſt ince
ſtus cum affinibus: hoc eſt cū conſanguineis cōiu
gis. ita ꝙ talis punitur vt decedente coniuge nō
poſſit ↄtrahere matrimonium cum quacūqꝫ perſo
na. Sextum eſt vxoricidiū. Septimum eſt raptus
aliene ſponſe. Octauū eſt propriꝫ filij de fonte vel
ad chriſma ſuſceptio inſidioſa matrimonio: vt ſcꝫ
coniunx priuetur debito matrimoniali. Nonum eſt
preſbytericidium. Decimū eſt ſolēnis penitentia.
Et vndecimum coniugium ſi ſcienter cū monali.
¶ Hec eīn impedimēta ex inſtitutione eccleſie ſunt
preter ſecundū ⁊ tertium/que ex nature iure ſunt:
q: ad fidelitatē ſpectant. Et primū quantū ad clā
deſtinū: quia cōtra morem humane ſocietatis eſt.
¶ Et ſcito peccm̄ eſſe mortale ſi cum tribus primis
impedimētis cōtrahitur matrimonium: hoc eſt ſi
contra interdictum eccleſie iudice prohibēte/ſi cō
tra votū ſimplex/ſi contra ſponſaliciū alterius con
trahit matrimoniū: q: matrimonia clandeſtina to
taliter damnata ſunt ⁊ eccleſie debetur obediētia
omnimoda in re tanta: ⁊ fidē tā deo ꝙ homini vio
lare in re tanta mortalis offenſa eſt. Notanter autē
dixi contra votū ſimplex ⁊ contra ſponſalicium al
terius: q: ſiquis poſt votū ſimplex cōtraheret ani
mo tamen ingrediendi religionem anteꝗ̄ conſum
met matrimonium: nō contraheret votum: q: non
ↄtraheret cū animo violandi votū: ac per hoc nō
peccaret mortaliter contrahendo. Sed teneretur
implere votum: immo teneretur ad religionem ꝓ
fitendam: ex quo poſuiſſe in ſtatu in quo non poſ
aliter implere caſtitatis votum niſi per religionis



profeſſionem. Similiter non contraheret contra
ſponſalicium: ſi ſponſalicia eſſent ſoluta.
¶ Cum reliquis autem octo impedimentis contra
here ſi contemptus deſit noli iudicare mortale: ſi
non eſt conſuetum petere diſpenſationem. ⁊ reue
ra ſi non eſt in memoria hominum ꝙ epiſcopi diſpē
ſent circa hec: videntur tacite conſenſiſſe. Tutior ta
men pars eſt eligenda: vt habens aliquod horum
impedimentorum non dirimentium petat diſpen
ſationem ſaltem ſecrete per tertiam perſonam ab
epiſcopo: vt licite contrahat. Poteſt enim in om
nib⁹ epiſcopus diſpenſare: niſi circa votum ⁊ ſpon
ſalicium: q: aliūde ꝙ ex poſitiuo iure hec robur ha
bent peccati. Hec de ſecundo capite.
¶ Tertiū caput vnde peccat in ↄtractu mr̄imonij
eſt mod⁹ clandeſtin⁹. Et hic mod⁹ dupl'r intelligit.
¶ Primo ſi ↄtrahit omiſſis bannis vt ſciant impe
dimēta ſiqua ſint ⁊c. Et hoc habet locū vbi hec cō
ſueuerūt ſeruari. vbi aūt nō ↄſueuerūt hec fieri nō
incurrit peccm̄ omittēdo hec q̄ ex poſitiuo ſunt iure.
¶ Alio modo intelligitur ſi contrahitur non in fa
cie eccleſie: hoc eſt occulte ſine ſufficientib⁹ teſtib⁹
qui eccleſiam repreſentant. Et quia hoc eſt de iu
re nature/tum ratione publici actus qui exigitur
ad hoc vt in ſociali vita perſone ſe habeant vt cōiu
ges/tum ratione ſcandali: tū ratione periculi quo
tidiani quo tranſitur ad ſecunda coniugia omiſſo
ↄiuge clandeſtino: ideo hoc non poteſt fieri abſqꝫ
peccō mortali: niſi ꝑ accidens: vt ſi poſt ↄtractū de
facto tātum matrimoniū i facie eccleſie ⁊ conſum
matū ad qđ rediēs alter ↄiugū ꝗ̄ impedimēti ſecreti

Universidad de Deusto Biblioteca



dirimentis eſt conſcius obtenta diſpenſatione con
trahere iterum velit: tunc abſq; teſtimonio ſufficit
contrahere ad euitandum ſcandalum immo debet
etiam coniugi occultare/ et petere vt pro ſua conſo
latione velit iterum acceptare ſe in coniugem/ et ſic
cōtrahere non ceſſant in huiuſmodi caſu omnia in
conuenientia. Poſſunt etiam per accidens contin
gere multi caſus excuſantes a mortali cōtractum
clandeſtinū ad horam/ quaſi ſtatim publicandum.
De quibus vide ſi vis in commentarijs noſtris ſu
per tertia parte diui tho. circa finem.

¶ Quartū caput pcti in ɔtrahendo matrimoniū
eſt intentio contra ſacramentum. Et hoc pctm̄ cō
mune eſt ſacrilegium contra quodlibet eccleſie ſa
cramentū/ quando perſona exteriori actu ſimulat
ſacramentum: q2 ſecundum intentionē interiorem
non intendit ſacramentū ſuſcipere ſeu efficere: vt ſi
quis dicat accipio te in coniugē/ et non intendit qđ
dicit. Huiuſmodi enim mendaciū pernicioſum et
ſacrilegiū non ſolum mortale eſt peccatum/ ſed irri
tum reddit ſacramentū: et tenetur talis deceptor ſa
tiſfacere leſe parti/ etc. Simile ſacrilegium irritans
matrimonium committitur contrahēdo matrimo
nium cum pacto contra aliquod trium bonorum ma
trimonij: ſcz fidei/ prolis et ſacramenti: vt ſi deduca
tur in pactum ſterilitas/ aut ſeparatio totalis/ aut
non reddendū debitum: hoc enim eſt contra fidē/
primum contra prolem/ ſecundum autē contra ſa
cramentū. Et ideo vltra peccatum nō tenet matri
moniū: vt patet extra de cōditionibꝰ appo. ca. vlti.

¶ Quintum caput peccati in contrahendo matri



monium/ eſt intentio mali finis. Et hec quoq; pec
catum commune eſt reliquis ſacramentis et bonis
actibus exterioribus: ſemper enim eſt peccatum
exercere illa ad malum finem. Unde cōtrahere ma
trimonium ad finem malum (puta ad libertatem
adulterandi/ ad furandum/ ad occidendum/ ad le
nocinandum etc.) peccatum eſt mortale manifeſtū.

¶ Sextum caput peccati in contrahendo matri
monium/ eſt intentio prepoſtera reſpectu finium
ſeu bonorū ex coniugio expectatorum: expectant
ſiquidem ex coniugio primo proles/ ſecundo vita
tio fornicationis: tertio amicitia affinium/ vtilitas
bonorum temporaliū/ delectatio carnalis cum con
iuge etc. Quando ergo aliquis contrahit et nō prin
paliter propter prolem (niſi ſenes ſint) peccatum
interuenit veniale. Quando vero nec propter pro
lem nec propter vitandā fornicationem mouentur
ad contrahendum/ ſed propter commoditatem tē
poralium bonorū aut obſequiorum: prepoſterus
eſt ordo finium. Et ſimiliter quando propter nihil
horū principaliter/ ſed propter pulchritudinē con
iugis et delectationē etc. valde preponitur delecta
tio ceteris bonis: et q2 non ſeruatur debitus ratio
nis ordo/ peccatū incurritur. Nūq; tamen propter
hec et ſimilia incurritur pctm̄ mortale/ nec interue
nit abuſus ſacramēti: q2 non ordinatur propterea
ſacramentum coniugij ad finem extraneum: ſed re
manet ordinatū ad ſuum finem/ qui eſt mutua po
teſtas corporū coniugum/ et ſanctificatio eorum vt
ſciat vnuſquiſq; ſuum vas poſſidere in ſanctifica
tionem. quoniam intendunt ſe habere vt coniuges

Universidad de Deusto Biblioteca



ſecundũ eccleſiã:ſed aduẽticius finis delectatiõis
vel diuitiarum ꝛc. ponitur vt eſt finis non coniugij
ſed vel quare magis cum iſta ꝙ cũ illa cõtrahat: vt
iacob maluit cum rachele pulcra ꝙ alia lippis ocu
lis cõtrahere. vel mutationis voluntatis ad appli
candum ſe ad contrahendum coniugium: ſicut da
uid q2 egebat calefaciente ſe/ mutauit voluntatem
vt acciperet vxorem abiſac ſunamitem. ſicut etiam
ſacerdos, non celebraturꝰ hodie/ mutat voluntatẽ
vt complaceat alicui/ et celebrat. Non eñ propter
hec/ ſacramenta ordinantur ad hec: ſed mutatiões
noſtrarũ voluntatum. In his igitur aut nõ inueni
tur pctm̃ ſi voluntas eſt ordinata aut veniale/ quã
do inordinata eſt intẽtio preponens poſtponẽda.
¶ Septimum caput peccati in contrahendo ma
trimoniũ eſt indignitas perſone. Et hec eſt duplex
Prima eſt excõmunicationis: vt ſi perſona eſſet ex
cõmunicata ſiue maiore ſiue minore excõmunica
tione: q2 excommunicatio minor excludit a paſſiua
participatione ſacramentorũ. Cõſtat autem vtrũ
qꝫ coniugem ſuſcipere ſacramentum matrimonij
q̃ñ cum contrahitur per verba de preſenti.
¶ Secunda eſt peccati mortalis: vt ſi eſſet in pecca
ti mortalis ſtatu. Cenſetur autem quilibet in pec
cato mortali eſſe/ ſi poſtꝙ commiſit mortale pecca
tum non eſt contritus: ſi autem eſt contritus/ iam
non eſt in peccato mortali. Igitur anteꝙ contra
hant matrimonium/ debet vterqꝫ conteri de omni
bus peccatis ſuis. Et ſi tunc non confitetur/ et ſcit
aut dubitat ſe excõicationi maiori aut minori ſub
iacere: faciat ſe abſolui/ vt digne poſſit cõtrahere:



nam contrahẽs cũ altera excõicationũ ſciẽter aut
cũ pctõ mortali ſciẽter: peccat mortaliter peccato
ſacrilegij: notabilẽ exhibẽs ſacramẽto irreuerẽtiã.

**Matrimonij** Peccata quantũ ad vſum cõiugij ſunt ex capitibus
xiiij. Primo ex fine. Secundo ex modo. Tertio ex
indiſpoſitione. Quarto ex periculo. Quinto ex de
bito. Sexto ex loco. Septimo ex tempore. Octa
uo ex more. Nono ex voto. Decimo ex adulterio.
Undecimo ex abuſu. Duodecimo ex ĩpudicitijs.
Tertiodecimo ex qualitate dãnata. Quartodeci
mo ex innaturalitate cõtra ipſuꝫ matrimonij vſuꝫ.
¶ Primum igitur caput peccati in coniugij vſu
eſt finis nam cauſa generandi exercendus eſt/ aut
in remedium concupiſcentie. Si igitur ſolius dele
ctationis cauſa fit: peccatum eſt veniale tamen.
¶ Secundum caput peccati eſt modus innatura
lis. Et quia infiniti ſunt modi quos humana dele
ctatio adinuenit: hoc ſcito ꝙ niſi ex rõnabili cauſa
mutet naturalis modus ſeruato ſemꝑ vaſe natura
li/ ſp eſt pctm̃. Et niſi modus ſit itãtũ exorbitãs vt
impediat poſſe cõcipere (hoc eſt poſſe bene recipe
re ſemẽ ita vt poſſet cõcipere ſi aliud nõ obſtaret)
cõiter eſt peccatum veniale. Uidetur autem valde
obſtare facultati cõcipiẽdi ſi mulier ſuper virũ ſit:
et propterea hoc videtur mortale aut prope. Si
tamen poſſet mulier ſic concipere noli damnare.
¶ Tertium aut caput eſt ex indiſpoſitione men
ſtruorum. Mulier eñ menſtruata peccat petẽdo
debituꝫ: reddendo autem excuſatur ſi viro cõſulit.
Non tamen eſt peccatum / mortale petere aut

Universidad de Deusto
Biblioteca



reddere menſtruatam: quia nulli facit iniuriã qui
vtitur iure ſuo.

¶ Quartum caput eſt periculum aut abortus aut
notabilis nocumenti: hoc enim eſt manifeſte cõtra
charitatem proximi: nam vita prolis ⁊ ſanitas ma
tris/bona ſunt non ledenda. Unde non curare de
huiuſmodi eſt peccatum mortale.

¶ Quintum caput eſt debitum. Nam negare de
bitum coniugale petenti coniugi/peccatũ eſt mor
tale ex ſuo genere: qꝛ eſt iniuſtitia.

⁋ Excuſatur tamen coniũx a reddendo debito in
duobus caſibus. Primus eſt ſi non poteſt ſine pe
riculo vite vel egritudinis: quoniam debitũ coniu
gij intelligitur ſalua cõſiſtentia ⁊ ſanitate ſubiecti.
De periculo autem infectionis lepre canonica lex
non eripit: dicens authoritate apoſtoli pauli tene
ri ſanum coniugem reddere debitũ leproſo exigen
ti: vt patet extra de coniu. lepro ſo. ca. quꝰ. Quod ta
men a quibuſdam moderate exponitur: ſcꝫ quan
do ex redditione debiti non imminet ſano pericu
lum infectionis. Et ſatis rationabiliter: quoniam
redditio debiti coniugalis intelligitur ſalua nõ ſo
lum conſiſtentia ſed ſanitate ſubiecti. qꝛ non tenet
egritudinem notabilẽ incurrere propter redden
dum debitum hoc: generãdi enim opus ordinatũ
eſt a natura, ad bonum ſpeciei ſine malo indiuidui.
Et ideo ſicut non tenetur incurrere ex hoc notabi
lem debilitatẽ: ita nec lepram: que maius malũ eſt.
Unde in huiuſmodi caſu videtur ſtandum conſilio
medicorũ de periculo infectionis conſideratis par
ticularibus circunſtantijs ⁊ qualitatibus.

⁋ Secundus

Año de 1588 a



⁋ Secundus eſt/ſi petens fornicationem commi
ſit: quia ex hoc alteri authoritate domini licet con
iugis thorum dimittere. Ad hunc caſum reducun
tur omnes caſus/in quibus cõiunx perdit ius exi
gendi debitum. Niſi ergo rationabile impedimen
tum adſit/peccat mortaliter negans debitũ/etiã
ſi dies paſche fuerit in quo debeat communicare.

¶ Sextũ caput eſt locus duplex: ſacer/vel publi
cus. Nam actus polluens locũ ſacrum/nõ poteſt
licite ibi exerceri: conſtat autem ꝙ omnis effuſio
voluntaria ſeminis humani polluit locum ſacrũ
ſicut effuſio ſanguinis iuſta a iudice facta: vnde cõ
mitteretur ſacrilegium etiam tempore obſidiõis
in eccleſia matrimonio vtendo. Nec incõuenit con
iuges teneri ad caſtitatẽ ex penuria loci: quum te
neantur ex mutua abſentia per multos annos vi
ro exiſtente occupato in militaribus ⁊c.

⁋ In publico autem loco nõ patitur honeſtas hu
mane ſocietatis id fieri.

¶ Septimum caput eſt tempus ſacrũ duplex. ſci
licet commune: vt ſunt dies feſti ⁊ quadrageſima
les in quibus niſi cõtẽptus feſtorum interueniat
conceſſus eſt vſus coniugij. Aliud eſt ſacrum tem
pus ſpeciale: quo ſcilicet prohibite ſunt nuptie: de
quo in verbo nuptie dicet. Sed nũc dicit̃ ꝙtuꝫ ad
cõſummationẽ matrimonij: ꝙ cõſummare matrimo
niũ tali tpe pctm̃ eſt: qꝛ cõtra finẽ p̃cepti fit. Nõ tñ
eſt pctm̃ mortale/ſi ſine ſolennitate nuptiarũ/ſine
traductione vxoris in domum: fit cõſummatio ma
trimonij: qꝛ hoc nõ inuenitur prohibitum. Nec ca
dit ſub prohibitione eccleſie vt prohibitum/ſꝫ vt

Universidad de Deusto Biblioteca



ſinis prohibiti:aliud autem conſtat eſſe quod pre
cipitur ⁊ aliud:quod eſt ſinis precepti: ſicut ſinis
precepti ieiunij eſt eleuatio mentis:ſi tamen quis
ieiunat ⁊ nõ eleuat mente/nõ eſt traſgreſſio: prec
pti. Uti autẽ cõſummato matrimonio/nullũ pec
catũ eſt hoc tempore:ſicut nec alio ſacro tempore.
¶ Octauum caput peccati eſt mos benedicendi
ſponſas ante nuptias:⁊ vere peccatum vti coniu
gio ante benedictionem ſolitam. Si tamẽ deſit cõ
temptus/non eſt peccatum mortale conſummare
matrimonium ante benedictionem:q: nec ſtatuti
nec conſuetudinis violatio ex infirmitate paſſio
num infert peccatum mortale:vt latius declaraui
mus in commentarijs tertie partis circa finem. Ui
de ibi ſi vis.
¶ Nonum caput peccati eſt votum ſimplex caſtita
tis. Contra quod coniunx volo aſtrictus agit petẽ
do debitum:non autem reddendo/ſiue expreſſe ſi
ue interpretatiue petatur. Et ratio peccati morta
lis in petendo eſt/q: votum caſtitatis eſt votum de
negatiuo obligãs ſemper ⁊ ad ſemper:q: obligat
ſe ad non exercendũ actum venereum. Et ꝓpterea
licet excuſetur reddendo (q: tenetur maiore vincu
lo ad reddendum actum illum alteri) non habet ta
men vnde excuſetur petendo:quũ teneatur ex vo
to ad non exercendum/⁊ in libertate ipſius ſit nõ
petere.
¶ Et bene nota/ꝙ ſecus eſt de habente ſimplex vo
tum religionis. Ille nanq; qui vouit ingredi ⁊ per
ſeuerare in religione/⁊ poſtea abſq; diſpenſatione
vxorẽ duxit:poteſt poſt conſummatum matrimo



nium petere debitum ab vxore:q: votum eius eſt
de affirmatione/ſcʒ de aſſumendo ſtatum religio
nis:⁊ non eſt de caſtitate ſicut nec de paupertate/
niſi per viam ſequele ad ſtatum religionis:votum
autem caſtitatis (vt dictuʒ eſt) de negatiuo eſt. Et
propterea iſte tenetur ad negatiuam quãdoq; eſt
in ſua libertate:⁊ ſimiliter ille tenetur ad affirmati
uam quandocunq; eſt in ſua poteſtate/ſcilicet mor
tua vxore.
¶ Unde ſicut habens votum religionis ⁊ poſtea il
licite vxoratus/non tenetur ad paupertatem niſi
quando erit religioſus:ita nec ad caſtitateʒ ex ſuo
voto. Et ne hoc tibi videatur mirabile:vide ꝙ ſi ho
mo poſt emiſſum caſtitatis votũ fornicatur/peccat
contra votum:ſi vero poſt emiſſum ſimplex religio
nis votum fornicatur/non facit contra votũ. Hinc
enim perpendere potes dictam differentiam eſſe
in cauſa:q: ſcilicet ille vouit negatiuã/iſte affirma
tiuam:⁊ ideo ille non poteſt petere debitũ iſte ſic.
¶ Decimũ caput pcti eſt adulteriũ. Quod põt in
telligi vel de ꝓprio vel alterius ↄiugis. Et ſi de ꝓ
prio quidẽ agit:ꝙuis alter poſſit ei ob hoc negare
debitũ authoritate domini noſtri ieſu chriſti/nõ tñ
peccat petẽdo aut reddẽdo:ſiue hoc petẽs ei⁹ ſciat
a ↄiuge ſiue non:q: nõ eſt adhuc priuat⁹ ſed priuã
dus:vt lati⁹ in volumine prio rñſionũ diſſerum⁹.
¶ Si vero de ↄiugis adulterio manifeſto agit/gra
uis eſt cã ꝑtertim mariti. Veruntamẽ (vt in primo
quolibeto noſtro diſcuſſim⁹ diffuſe) vxor ſciẽs viꝝ
publicã ↄcubinã tenẽtẽ:⁊ ob hoc triſtis ⁊ dolens
nõ ſperãs ex hoc ꝙ ↄtineret ſe ab illi⁹ ↄcubitu mẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



dationem eius/faciens quod in ſe eſt vt maritus
corrigitur poteſt illius coniugio vti:quia ceſſat in
ea tam ratio ſcandali(quia nullus putat de ipſius
conſenſu fieri hoc adulterium)ꝙ̄ ratio patrocinij
ꝛ pticipij:et quo nullã habet viã prouidẽdi.Et
aũt ſciẽs vxorem publice adulterari/quia tenetur
ad correctionem eius non ſolum verbo ſed opere
vtpote caput:debet omnibus poteſt modis cohi-
bere ipſam a crimine adulterij/ꝛ prouidere ſcãda-
lo ne patronus turpitudinis habeatur.Et q: diffi
cile eſt hec duo facere/ꝛ ſimul vti coniugio illius:
ideo niſi caſus occurrat in quo vtrunq₃ horum ſal-
uum ſit vtendo coniugio/non licet ei vti tali con-
iugio:vtrũq₃ eniz eſt de iure charitatis debite.In
caſu autez quo vtrũq₃ ſaluum eſſet:non video qua
re inuoluatur peccato ſaltem mortali talis vſus:
quũ omnis legis ratio:ceſſet/ꝛ contemptus deſit.
¶ Undecimum peccati caput eſt abuſus coniugij
quo quis abutitur actu coniugij ad delectationez
in opere/ita vt perficiat opus extra naturale vas:
ſicut maritus thamar faciebat.Et hoc eſt manife-
ſte ſcelus magnum.
¶ Duodecimum eſt impudicitia/cõſiſtens in ta-
ctibus venereis.Verũtamen tactus venerei tripli
citer inueniuntur inter coniuges.
¶ Primo ratione vſus coniugij.Et ſic vt liciti et
quandoq₃ vt neceſſarij tranſeunt.
¶ Secundo non propter actum coniugalez:ſed ni
hil aliud intenditur ꝙ̄ ſiſtere in hmõi tactibus.Et
tũc ꝑprie ẽ impudicitia.Et ſi ſine piculo pollutio
nis in vtroq₃ coniuge hec fiãt/tolerabile eſt:vtpo-



te veniale:quia non niſi ſuperfluitas eſt delectatio
nis infra coniugales terminos.Si vero cum peri
culo pollutionis in altero ipſorum fiant:dicendũ
eſt ſicut de multũ bibentibus cuz periculo ebrieta
tis.Et peius hic:quia non eſt in poteſtate pſone
continere pollutionẽ/ſicut continere decimam po
tationem ne inebrietur.Unde ſi experta perſona
eſt ſe polluti ex ſimilibus tactibus tot ꝛ talibus/et
aduertit periculum ꝛ non obuiat:neſcio excuſare
a mortali/etiam ſi non ſequatur pollutio.
¶ Tertio fiunt huiuſmodi tactus ex intẽtione aut
quaſi vt polluantur:et eſt manifeſte peccatum ne-
fandum.Dixi autem aut quaſi/propter vacantes
huiuſmodi tactibus non cogitando ſi eueniat pol
lutio vel nõ eueniat/eſſent autem contenti vt eue-
niret:dant ſiquidem operã actibus illicitis ex qui
bus nata eſt ſequi pollutio:ꝛ ideo tanꝙ̄ intẽta im
putatur illis ſic male affectis.
¶ Tertiũdecimum caput eſt dãnata qualitas ſci-
licet matrimonij clandeſtini.Nam ꝛ ipſum clande-
ſtinum coniugium et ipſius vſus per ſe loquendo
eſt peccatum mortale:vtpote offendens ſocietatẽ
humanaz ſcandaloſus ꝛ damnatus ab eccleſia.Si
tamen per accidens quãdoq₃ liceat/vide diffuſius
ſcripta in ſupradictis commentarijs.
¶ Quartumdecimuz caput peccati eſt innatura
lis qua naturalis vſus immutatur in eum vſum
qui eſt contra naturam:hoc eſt cognoſcendo vxo-
rem extra vas naturale:eſt enim hoc peccatuz peſ
ſimum/ꝛ omnino execrabile.

Universidad de Deusto Biblioteca



MEdici Peccata peculiaria con
ſiſtunt in temeritate. Nã
ante cognitã egritudinẽ peccat vel
temere curando (quia morbi inco-
gniti nulla eſt via cure) vl' temere tẽ
tando: dum ad explorandam natu-
ram morbi adhibet periculoſa / ⁊ exponit hominẽ
di crimini vite vel grauis leſionis melius eſt enim
relinquere infirmum regimini nature / ꝙ diuinan-
do exponere illum periculo alteri: ſed propter lu-
crũ / aut ne videatur ignorans medicus / aut ꝑpter
ignorantiam / aut propter negligentiam ſtudendi
diuinando procedit / contra charitatem.

¶ Poſt cognitũ aũt morbũ peccat temere curãdo
dum aut negligit ſtudere / aut viſitare / aut conſu-
lere / aut perſpicere fidelitatem medicinarum vbi
hoc vertitur in dubium. Uel quod peius eſt erube
ſcit mutare ſententiam / et pertinacia ſua reuocat
in dubium rectam curam quam alius adhiberet.
Nec eſt dubium hoc eſſe mortaliſſimum crimẽ. Nec
eſt a temeritate cure diſtans: ꝙ medicus cognito
morbo experiri vult medicinam non certam quan
tum ad efficaciam / in periculum vite aut grauis le
ſionis pauperis infirmi: eſt enim hoc (ſicut quodli
bet aliorum quod infirmi vitam aut valetudinem:
mortis aut leſionis grauis periculo exponit) mor-
tale peccatum vtpote contra charitatem / quã qui
libet tenetur diligere proximum ſicut ſeipſum.

SUnt Preter hec duo alia medicorum pec-
cata. Unus contra diuinum ius: quum
conſulunt aliquid facere contra ſalutem anime /



quodcunqꝫ mortale pctm̃ cõſulãt nã ſecundũ apo
ſtolum non ſunt facienda mala vt eueniant bona
ſiue ſanitatis ſiue vite.

¶ Alterũ contra eccleſie ꝑceptũ (extra de pe. ⁊ re.
quum infirmitas) quando omittunt infirmos mo
nere ⁊ inducere vt medicos aduocent animarum.
Intellige hec de infirmitate ex qua merito homo
decumbit: qm̃ intentio textus clare patet / ꝙ vult
preueniri infirmum ad confeſſionem: ne exinde cõ
cipiat deſperationem vite corporis / ⁊ forte anime
Unde nec ĩ qualibet egritudine tenetur medicus
ad hoc: ne in deriſum monitio veniat. Nec expectã
da eſt egritudo periculoſa: quia ſic non preueniri e
tur infirmus: ac per hoc nõ ſatiſfit intentioni ⁊ ver
bis litere. Sed media via incedendo: quũ infirmi-
tas eſt talis ꝙ nõ ex delicijs nec ex podagre ĩpedi
mẽto ſꝫ ex ſe lectũ egritudis exigit vt text' ẽt ſonat
¶ Siſte tñ pedẽ: et ne cito iudices mortale pctm̃
medici hoc non ſeruãtis niſi poſt viſum periculũ
quaſi vicinũ morti: ⁊ tũc ẽt non ob cõtẽptũ ꝑcepti
eccleſie / ſꝫ q: ſic cõſueuerũt medici facere / nõ ꝑ ſe
ipm̃ ſꝫ ꝑ cõſanguineos vel alios monẽtis de cõfeſ-
ſiõe. Nã ſi cõſtitutio hec ſic eſt cõſenſu vtẽtiũ acce
ptata / ⁊ plati quibus ibidẽ cõmittit̃ executio cõ-
tra medicos trãſgreſſores diſſimulãt: excuſant̃ me
dici a pctõ mortali: qm̃ iuris poſitiui decreta ꝑ nõ
vſuꝫ abrogari cõſtat: ꝑcipue nũqꝫ recepta adamuſ-
ſim vt hoc videtur. Et rõnabile videt̃ decretũ hoc
ſcriptũ tãtũ fuiſſe: ⁊ nũqꝫ cõſenſu vtẽtiũ cõprobã
tũ: quia medicorum officio contrariat̃: ac per hoc
ſemper videntur obſtitiſſe. Medici enim habent

Universidad de Deusto
Biblioteca



ex artis ꝑcepto/ſemper ingerere leta/et que ſunt
ſanitatis ⁊ ſpei infirmo/⁊ propterea aiunt non ſpe
ctare ad ſe hmõi triſtitia inferre ſi periculũ eſt: et
ſi periculum nõ eſt/nõ debere exponere ſe aut ver
ba ſua ridiculo. Intellige hec ad excuſandam con
ſuetudinem bonorum medicorum.

Mendacium (hoc ē falſe vocis
ſignificatio cũ in
tētiōe fallendi/hoc eſt falſum dicendi)
ſemper eſt peccatũ: quia eſt per ſe pra
uũ: vtpote rectė rationi repugnans.
¶ Eſt autem triplex. Aliud iocoſum quod nulli no
cet/ſed delectandi cauſa dicitur. Et hoc eſt venia
le. Aliud officioſum: quod ſine alicuius iniuria fit
vt alicui proſit: ⁊ hoc etiã eſt veniale. Aliud demũ
ꝑniciosum: quod iniurioſum ſeu nociuũ ē diuinis
aut humanis. Et hoc eſt mortale ex ſuo genere:
quia contra charitatem eſt vt patet.
¶ Poteſt autem hmõi mendacium deficere vt
non pertingat ad peccati mortalis perfectionem
tripliciter: vel propter imperfectionem actus ex ꝑ
te dicentis: et in primis motibus cõtingit propter
non deliberate conſentire. Vel propter imperfe
ctionē actus ex parte nocumēti: vt in minimis con
tingit. Vel ꝓpter imperfectionē actus ex pte for
me: vt contingit in detractione non animo detra
hēdi et ſimilibus. Ita ꝙ mentiens in materia ꝑ
nicioſa (puta in ſcientificis) non animo nocendi
alicui ſed ex loquacitate non putans inde aliquẽ
notare ⁊ concipere falſam doctrinam quia non for
maliter dicit pernicioſum non peccat mortaliter



niſi nocumentum ſit adeo notabile ad peccatum
redeat in naturam ſue forme.
¶ Et ſcito pernicioſum eſſe mendaciũ/omne mē
dacium circa ſacram ſcripturam/omne mendaciũ
circa ſcientifica pro quãto ſunt bona intellectus/⁊
omne mendacium predicatoris contra veritatem
ſpectantem ad predicatoris officium/et ſimiliter
omne mendacium iudicis contra veritatem ſpe
ctantem ad iudicis officium: quoniam hec tan
tum ſunt predicatoris vt ſic ⁊ iudicis vt ſic mēda
cia: reliqua ſunt per accidens/⁊ ideo venialia: niſi
ratione ſcandali aliud occurrat cenſendum.

Mercatura Nuda (hoc ē ſolius lu
cri gratia) vituperabi
lis eſt: vtpote infinita/ac per hoc inſacia
bilis. Ordinata autem ad finẽ politicũ
(hoc eſt ciuitatis bonum) vel ad finem economi
cum/hoc eſt domeſticum bonum: laudabilis eſt: ſi
iniuſtitia fraudum mendaciorum et hmõi deſinit.

Meretricis Turpitudo/ſiue venalis ſit
ſiue non peccatum eſt mor
tale. Et quoniam multis implicat criminum ma
culas: dum omnium aut multorum libidini patet
(quoniã ⁊ adulterij ⁊ inceſtus ⁊ ſacrilegij reatus
facile incurrit/preter fraudes extorſioneſqȝ quas
exercent aut quibus conſentiunt) earum peniten
tie relinquamus. Que quando euenerit: ſit confeſ
ſor prudens/non curans diſcernere ſpecies a ſpe
ciebus dictorum criminum: ne ſe et illam in tenta
tionē precipitet inutiliter: ſat eſt enim ꝯfuſe tũc
hec dici: vt declarauim⁹ in ꝯmētarijs tertie ꝗtio.

Universidad de Deusto Biblioteca



**Militum** Peccata peculiaria ſunt tria.
Concutere pauperes: hoc eſt ex
torquere vi vel metu ab eis/ ⁊ ledere etiam in per
ſona quandoqꝫ. Calumniam inferre diuitibus: im
ponendo illis ꝙ ſunt factioſi/ ꝙ ſunt rebelles/ ꝙ
ſunt hoſtes ⁊c. Et tertium quod eſt cauſa omniuꝫ/
non contentari ſtipendijs ſuis: hinc eñ concuſſio
nes hinc calumnie/ hinc prede/ rapine ⁊c.
¶ Preter hec autem tria/ que a ioanne baptiſta
didicimus luc. iij. ponit ariſtoteles luxuriam: tan
ꝙ gens militaris nata ſit ad carnis petulantiam.
Implicantur quoqꝫ hodie multi eorum blaſphe
mie vitio.

**MInari** Actus eſt vindicati
uus: ⁊ poteſt bene
et male fieri.
¶ Contingit auteꝫ in minis in
ueniri quintupliciter peccatuꝫ.
Primo ex malo cõminato: ſi ſci
licet nõ eſt iuſtuꝫ. Et tunc eſſet
peccatum mortale: quia iniuſtuꝫ ex ſuo genere eſt
mortale: niſi minimum quid ſit.
¶ Secundo ex ratione comminandi: ſi ſcilicet mi
natur non ratione iuſtitie vel correctionis ⁊c. ſed
ad vltionem. Et hoc tunc eſt mortale: quum volun
tas vltionis vſqꝫ adeo procedit/ vt non curet ſiue
iuſta ſit ſiue non.
¶ Tertio ex modo ſi nimis accenditur ita commi
nando. Et hoc communiter eſt veniale.
¶ Quarto ex deſiſtendo ab exequutione iuſtarum
minarum/ preſertim iuramento firmatarꝫ. Et hic



oportet diſcernere an mutatio aliqua ſupueñerit/
ob quã mine poſſint aut debeant remitti mine eñ
iuſte intelliguntur ⁊ ſunt ſecundum preſens deme
ritum: quia ſcilicet tunc qñ fiunt mine/ ille contra
quem fiunt meretur illam punitionem. Et propte
rea ſi ante punitionem mutatio aliqua ſuperuenit
(puta quia penitentiam agit/ aut petit veniã/ aut
alij bene meriti rationabiliter intercedunt aut me
lius eſt non punire ꝙ̃uis ille demereatur) non pec
catur remittendo minas. Repente inquit deus lo
quar aduerſus gentem: ſi penitentiã egerit gens
illa/ agã ⁊ ego penitentiam ſuper verbo quod lo
quutus ſum. Et dauid iurauit extincturum ſe na
bal cum eius domo: ⁊ tamen precibus abigail pla
catus remiſit. Et hoc mõ mater que iurauit ver
berare filiũ vel famulã: poſtea ne quietã dom⁹ pa
cẽ turbet nõ exequit̃/ tãꝙ̃ exequutio eſſet ĩpediti
ua melioris boni. Et ſic de ſimilib⁹. Si añt oĩa im
mutata ſunt exequẽde ſunt mine iuſte: alioquin
peccatum inconſtantie eſt negligens iuſtitiam. Et
iuxta naturam cauſe/ de grauitate eius iudicãduꝫ
eſt ſi iurate non ſunt: nam iuramentum in hoc caſu
obligaret ſub periurio ad exequutionem: vt infra
in verbo periuriam declarabitur.
¶ Quinto peccatur ex fictione: vt ſiquis minatur
ſolo verbo non animo exequendi quod dicit ſe fa
cturum. Et tunc committitur peccatum mendacij
officioſi/ ad terrendum vtiliter delinquentes.

**Miſſe** Celebratio tot poteſt habere omiſſio
nis peccata annexa quot ſunt requiſi
ta ad celebrationem miſſe. Et illa quidẽ que mani

Universidad de Deusto Biblioteca



feſta ſunt omnibus (puta ꝙ celebrans ſit ieiunus:
ꝙ adſint veſtes ſacre neceſſarie/ꝙ altare conſecra-
tum ſaltem portatile:ꝙ calix/ patena/et alia hmõi
tranſeunda puto.
¶ Tacendum autẽ non eſt multorum crimen valde
intolerabile circa immundiciã corporaliũ ⁊ veliũ
ſacrarum/damnatã non ſolũ a canonico iure extra
de cuſto.euch a.ſed etiã a naturali iure; quũ dede-
ceat immundicia hmõi etiam prophanos:⁊ illi met
non vterent ſudariolis ita immũdis/nec ad mẽ ſas.

**Scire** Quoqꝫ decet celebrantes/ꝙ tota cõio
reputatur pro vno actu. Et propterea
ſi particula aliqua hoſtie inter ſumendum ablutio
nem poſt partẽ ablutionis aſſumptam ſumitur/a
ieiuno ſumitur: q: menſe reliquie cum menſa ↄpu
tãtur:vt latiꝰ diſſeruimꝰ i noſtro primo quolibeto.
¶ Si contingat quoqꝫ inaduertenter aliquid omit
ti ex neceſſarijs ad celebrationẽ/non eſt iudicandũ
mortale:qñ formaliter ⁊ per ſe non eſt omiſſio vo-
luntaria. niſi forte inaduertentia ſit adeo culpabi-
lis vt redeat omiſſio in naturã ſui criminis.

**Mollicies** Triplex eſt ⁊ ſemper
mala. Pro quãto nã
qꝫ eſt defectus oppoſitꝰ perſeueran
tie (quo ſcꝫ homo adeo eſt deditus
delectationibus vt non ſolũ a cõtri-
ſtantibus ſed a tollentibus delecta
tionem abducatur vt viam virtutis deſerat) mani
feſte peccatum eſt: quum ſit contra rectam rõnem.
¶ Poteſt autẽ eſſe ⁊ mortale ⁊ veniale iuxta mate-
riam. Nã ſi quis ita eſt mollis animo/vt cedat omit



tendo neceſſaria ad ſalutem aut incurrendo cõtra
ria ſaluti: peccat mortaliter. Si autem nihil cõmit-
tit aut omittit contra ſalutem/ſed preter illam: pec
cat venialiter.
¶ Pro quanto vero mollicies eſt vitium infimus
contra naturam (ſcꝫ ſolius pollutiõis voluntarie)
peccatũ eſt mortale: vt patet. Et ſimiliter pro quã-
to eſt crimen contra naturam quo mas patitur vt
mulier (vt gl. interlinearis exponit. j. ad. cor. vj. vbi
molles excludunt a regno dei) pctm̃ eſt nefandũ.

**Monachorum** Et monialium pecca-
ta propria: ipſi ex ſuis:
regula/ſtatutis ac cõſuetudinibus ſcientes diſcu-
tiant. Circa dotem tñ earum que recipiunt in mo-
niales/vide in verbo excommunicatio. ca. lxxiij.
¶ Circa clauſuram illis indictam a iure/ſi nunq̃
fuit acceptata/⁊ epiſcopi ſic ſemper gubernarunt
dando eis licentiam exeundi: excuſantur quoniam
iura non recepta tanto tempore/infirma ſunt. Nec
ſufficit eſſe ſcripta ⁊ inſerta in corpore iuris/⁊ eſſe
rationabilis.

**Mulieris** Peculiaria peccata quatenus
ad ſexum ſpectant/non egent
ſpeciali tractatu: quia proportionaliter ſunt com-
munia eis ⁊ maribus non ſolum naturalia carnis
peccata: ſed etiam que cõtra naturam ſunt vſqꝫ ad
molliciem incluſiue.
¶ Peccata autem concernentia ornatum/in verbo
ornatus tractabuntur.

**Que autem** Ex poſitiuo ⁊ diuino iure ſũt
eis peccata q: phibita/mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ta dicunt: puta ꝙ non tondeant/ꝙ non vtantur ve
ſte virili/ꝙ non predicent aut doceant publice/ꝙ
non tangant ſacra vaſa ⁊ pallas/ꝙ non deferant in
cenſum circa altare/ꝙ non benedicant/ꝙ nullum
ordinis actum exerceant.
¶ Sed aduerte/ꝙ horum quedam ſunt omnino
mulieri illicita: vt actus ordinum: quia mulier eſt ex
natura irregularis. et ſimiliter publice predicare
aut docere ea que ſunt fidei: quoniam hec ab apo-
ſtolis interdicta rationabiliter ſunt. Cum quo ta-
mē ſtat ꝙ poſſunt ſuas ſubditas prelate in ſuis ca-
pitulis inſtruere exhortari ⁊c. vt conſueuerunt: quo
niam hoc non eſt docere eccleſiam. Sed ad qualdā
particulares perſonas: reſtringitur huiuſmodi do
ctrina: que magis materna inſtructio ⁊ exhortatio
vocanda eſt: ſicut mater naturalis inſtruere poteſt
⁊ debet filias ſuas.
¶ Quedam autē horum intelligenda ſunt non vt ſo
nant. nam tonderi/nullum eſt peccatū: niſi pro ſu
perſtitione aut aliqua alia mala ratione fieret. nec
aliter intelligitur iure prohibitum: vt patz diligenter
intuenti di. xxx. ⁊ ca. vxoratus de cōuer. coniuga. ibi
enim ⁊ de ſuperſtitionibꝰ hereticorum agitur ⁊ ex
preſſe dicitur quaſi reſoluens ius ſubiectionis: vbi
notat actum fieri pro ſuperba religionis libertate.
Hic autem tonſurare importat mulierem quaſi vi
rum tondere in religioſum: vt pluries legitur olim
factum. hoc eſt enim quod lex prohibet. prout etiā
in ſtatutis religioſorum prohibitum ſub eiſdē ver
bis inuenitur.
¶ Veſte autē virili vti mulierem, contra bonos mo-



res eſt ⁊ ſcādaloſum. ⁊ ideo intolerabile eſt: niſi ſo
lati cauſa quandoqꝫ fiat vel neceſſitas expoſcat.
Sacra autem ſcriptura ⁊ ius canonicum hoc pro-
hibent vt non ſuperſtitioſe fiat.
¶ De ſacris autem alijs actibus crediderim ego
poſſe conſuetudinem antiquam tolerari; nam ali-
cubi moniales in veſperis cum cappa ſerica altare
thurificant intra clauſam eccleſiam ſuam/in qua ſo
le moniales ſunt. Et hoc ſi ab h̄ vſu abduci nō poſ-
ſunt quum a tēpore ſother pape mandatū ſit epi
ſcopis italie vt hanc peſtem curent di. xxiij. ca. ſacra
tas/⁊ adhuc duret. male quidem: ſed non pernicio
ſe/ſi contemptu deſit.
¶ Prelate tamen que benedicunt in profeſſiōe ve-
ſtes profitentium/in nullo errant. Et que lauant
corporales pallas poſtꝙ certe ſunt ꝙ nulla eſt par
ticula ſacramenti in eis/⁊ ſunt aliqualiter ablute:
merentur vitam eternam: nam cauſa videtur ratio
nabilis/quia ratione maioris mundicie hoc fit.

Murmuratio vt ad vitio-
ſos actus trāſ
fertur/peccatū eſt coincidens cū de-
tractione: ſꝫ quis minus ſignificetur
murmurationis nomine: quia ma-
gis ſoni ꝙ vocis peccatū ſignificat.
Unde ſonum querule impatientie murmur vocare
ſolemus: quaſi multum preſſus aut pulſus homo
ſonet. Et tamen ſecundum rem detrahitur illi con
tra quem murmuratur: tanꝙ iniuſte aut irrationa
biliter ⁊c. ſe habuerit vel habeat.

Universidad de Deusto Biblioteca



**Mutilatio** Siue ſui ſiue alterius (niſi ex
neceſſitate ſanitatis abſciſio-
nem membri expoſcentis fiat) peccatum eſt morta
le: vtpote cõtra charitatem qua ꝟ nos ⁊ proximos
ſicut nos diligere tenemur. Judici tamen ſecũdũ
iuſtitie ordinem ſicut licet occidere ita licet mutila
re malefactorem.

**Necromantia** (qua diuinatur
ꝑ mortuos / ſeu
mortuorum perſonas agẽtes demones
vt petẽte ſaule rege / mulier ſuſcitauit ſa
muelem conſulendum de bello philiſtinorum) pec
catum eſt valde: vtpote ad inuocationem demonũ
recurrens. Inchoant ſiquidem tales hic ſocietatẽ
quam perpetuo habituri ſunt cum demonibus.

**Negligentia** qua homo deficit a
ſollicitudine debiti
operis intus vel extra: peccatum eſt: q̃
recte rationi diſſonat.

¶ Eſt autem mortale peccatum dupliciter. Vel ex
opere debito de neceſſitate ſalutis / vel ex contem-
ptu. nam ſiquis ex contemptu diuini amoris negli
git / aut negligit illũ ad quod de neceſſitate ſalutis
tenetur: manifeſte incurrit mortale peccatũ. Extra
hos autem caſus venialis eſt negligentia.

**Nemeſis** (hoc eſt triſtitia
quã homo habet
de alieno bono temporali / quia ille
habens tale bonum eſt indignus ta
li bono: vt quũ quis triſtatur quia
homo malus habet diuitias / eſt be
ne fortu-



ne fortunatus / omnia illi ſuccedunt ad votum ⁊c.)
peccatũ eſt: pro quanto diuine prouidẽtie actionẽ ar
guit / tanq̃ iniuſte diſtribuentẽ bona tẽporalia. Et
propterea ſi ad hmõi deteſtationem extenditur tri
ſtitia hec / proculdubio pctm̃ eſt mortale. Et ſimili
ter ſi triſtitia hec ita afficit / vt ducat hominẽ ad imi
tandum malos vt proſperetur: mortale peccatũ eſt
vt patet.

¶ Suppoſita autem debita reuerẽtia ad diuine pro
uidentie diſtributionem / triſtari aliqualiter de tẽ-
poralibus bonis indignorum: nullum apparet pec
catum ex propria ratione: ſed eſſe licitum: ſicut tri
ſtari demonſtris. De his vide cõmentaria in ſecũ
dam ſecunde / ſi profunde vis perſcrutari.

**Notariorum** Pctã peculia
ria ſunt in pri
mis periurium / ſi iuramentum qđ
fecerunt non ſeruant: deinde falſum
conficere inſtrumenta in toto vel in
particula quacunq; / aut de actu re-
probato: aut quomodolibet alias. i. illicitũ: occulta
re quoq; inſtrumẽta ſeu prothocolla aut lacerare.
Iſtorũ enim quedam ſunt manifeſte crimina ma-
xima. Nullũ tamen ſcio excuſare a peccato mortali
niſi forte deceptus qui faceret inſtrumentum illici
tum. tunc enim iuxta ignorantie excuſantis regu-
las iudicandus eſſet in foro conſcientie: ⁊ cum illo
ſalis grano / q̃ modicum pro nihilo reputatur.

**Nuptiarum** Peccata duo ſunt. Primũ
ſi fiant tempore interdicto: ⁊
hoc eſt a principio aduentus vſq; ad epiphaniã / ⁊

Universidad de Deusto Biblioteca



a ſeptuageſima vſqꝫ ad octauas paſche/et a trib⁹
diebus rogationis qui ſunt ante aſcenſiones vſqꝫ
ad penthecoſten:hoc eſt totam hebdomadam pen
thecoſtes. Hec tempora ſunt certa. De octaua ve
ro epiphanie ꝛ de die octauo penthecoſtes ſerua
ambroſii documentuꝫ:vt ſcꝫ conformes te eccleſie
in qua es conſuetudini:vt omnium diſputationes
effugias.

¶ Et quoniam nuptie tria important (ſcꝫ benedi
ctionē ſponſi ꝛ ſponſe/traductionem ſponſe in do
mum viri/ꝛ celebritatē cōuiuii) ſcito tria hec intel
ligi his temporibus interdicta. Et quoniam pene
non ſunt extendende/nihil aliud eſt dictis tempo
ribus interdictum:poſſunt enim contrahi matri
monia de preſenti/ꝛ ſponſalia. Unde putātes eua
dere violationē legis/ꝛ facientes primum tantum
(ſcꝫ benedictioneꝫ) in ſabbato ante aduentum vel
ſeptuageſimā/ꝛ in dominica reliqua duo:non effu
giunt legis iram:pl⁹ enim ſunt prohibita illa duo
ꝙ primum:quod non niſi qꝛ ſimul cum nuptiis fit
intelligitur prohibitum:qꝛ illa ſunt carnalia/bene
dictio eſt ſpiritualis.

¶ Reputatur autē mortale peccatum/violare hoc
eccleſie ſtatutum. Et merito ſi ſcienter fit:qꝛ quum
deliberate ꝛ preparate ac publice hec fiant ꝛ cum
ſcandalo:non videtur poſſe niſi cōtemptu interue
niente trāſgreſſio huiuſmodi ſcienter eſſe.

¶ Secundum nuptiale peccatum eſt ſuperflua va
nitas:ꝛ vtinā nō admixta turpib⁹ verbis ꝛ actib⁹.

**Obſtinatio** (qua homo pertinaciter inhe
ret peccato) dupliciter incur



ritur. Primo per ſe:hoc eſt intētione:vt quum de
intēdit pertinaciter perſeuerare in peccato. Et hic
eſt proximus ſtatui damnatorum.

¶ Altero modo quaſi per viam ſequele:vt quum ho
mo eſt adeo habituat⁹ in peccando/ꝛ tam delecta
bile ac connaturale factum eſt ei verſari in peccato:
vt nullus aut leuiſſimus inſit illi vnꝙ motus ad re
ſurgendum in veritate a peccato. Et hic parū di
ſtat a damnatorum ſtatu.

¶ Uterqꝫ tamen poteſt per dei gratiam preueniri
ꝛ conuerti. Primus tamen non ita difficile/ſi non
ex habitu ſed ex accidente aliquo (puta odio inimi
ci) obſtinationem elegit:quoniam tranſeunte acci
dente illo curabilis eſt. Habitus autem tanꝙ con
naturalis factus/difficillime abiicitur.

**Ocium** Seu ocioſum ad vitia tranſlatuꝫ eſt
quod caret neceſſitate aut vtilitate:
extenſo vtilitatis nomine. Et hoc conſtat eſſe pec
catum:quia a recta diſſonat ratione aliquā huma
nam operationem aut omiſſionem non regulari
ratione recta. Si tamen ocium aut ocioſum ſit nu
dum (hoc eſt nihil aliud deformitatis habens niſi
ocii) veniale eſt. Fugiendum tamen eſt valde ociū/
tanꝙ dans aditū malis multis:precipue malarum
cogitationum/cupiditatum/machinationum ꝛc.

¶ Scito tamen laudabile eſſe ocium inter num et
externum/ad quietem ad recreationem nature in
tentum:quoniam ꝛ hoc habet recta ratio vt laſſis
detur requies/ſicut ꝛ ſomnus.

Universidad de Deusto Biblioteca



ODium Boni peccatuȝ eſt: quia actus voluntatis habet materiam repugnantem: odij enȝ materia eſt malum/ſicut amoris materia eſt bonum. Summi autem boni quod eſt deus odium grauiſſimum eſt ſcelus: quum nihil ſit in deo quantum eſt ex ſe odibile: vtpote pura bonitas. Proximi vero aut etiā ſuipſius odiū peccatū eſt mortale ex ſuo genere: vtpote directe charitati contrariuȝ. Niſi ob imperfectionē actus ſit pctm̄ veniale vel quia non eſt odium deliberatum/vel quia circa minimum bonum.

¶ Nec excuſatur ab odij crimine qui inimicuȝ odio habet: ſi ipſum proximum odit: hoc eſt ſi illi vult malum corporis aut damnum honoris fame aut rerum. Niſi hec velit ei iuſtitia mediante: quia tūc non eſt odij ſed iuſtitie vindicatiue affectus. Eſt autem odio habēda inimicitia proximi: ⁊ non proximus qui eſt inimicus.

Odij Effectus ſeu ſigna prohibita: ſunt ſubtrahere primo debita beneficia eo modo quo ſunt illi debita ab hoc/⁊ ſimiliter debita colloquia eo modo quo ſunt illi debita ab iſto. Sunt autē debita proximo a conciue que debent ciuitati in communi a conſanguineo que debentur conſanguinitati in communi a chriſtiano q̄ debent ſancte eccleſie ⁊ cōioni fideliū in cōi. Et ppterea niſi caſus accidat in quo debeā huic in pticulari: ſicut nō teneor actu interiori cogitare de iſto in pticulari/ita nec teneor illi i pticulari bn̄facere aut loqui: ſufficit enī vt in cōibus orationibus et cōionibus



eccleſie nō excipiam chriſtianū inimicum/in communibus ciuitatis nō excipiam conciuē inimicū/in cōibus cōſanguinitatis nō excipiā ꝯſanguineū inimicū. Sic enim docuit ſaluator noſter: docens in benefaciendo inimicis imitari deum: qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos et malos/⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos: hoc eſt cōia bn̄ficia humano generi (ſcȝ ſoleȝ ⁊ pluuiaȝ) non ſubtrahit inimicis. ¶ Et hinc tu cōfeſſor tollere potes multos ſcrupulos perſonarum offenſarum/que abſ odio cum illo qui offendit nolunt particulariter cōuerſari aut colloqui: quia non tenētur niſi in caſu debiti: vt dictum eſt: ⁊ in commentarijs ſecūde ſecunde tractatum/vbi de dilectione inimicorum agitur.

Officiorum Secularium venalitas licet ſpeculatiue loquendo ſit licita (quia vēditio ⁊ emptio habet materiam vēdibilem) vt tn̄ ad cōmunes humani generis morē cōtrahit: turpis ac pniciosa reipublice non parum eſt: quoniam viri digni reputant indignum/vt quod ſue virtuti debetur pecunia emant: ⁊ indigni communiter habent officia vbi ſunt venalia. Tollitur et ratio ſtudiorum bonorum et virtutum/ex eo ꝙ nō niſi pecunia habentur officia. Et oportet nō virtuoſi ſed pecunioſi ibi inueniantur vbi pecunioſi honorātur: immo honorant ſeipſos emēdo officia honorabilia. Preterea qui prius emit officium/quuȝ non emerit niſi vt lucretur: oportet vt vendat actus officij et plerunꝗ iuſtitie/et inhumanus ſit in gratijs tāꝙ ius

Universidad de Deusto Biblioteca



habeat vendēdi ⁊ que ſunt iuſtitie et que ſunt gra
tie/qua prius emit. Teſtatur magiſtra rerum expe
rientia ruinam publicam vbi officia ſunt venalia.
¶ Et quia actiones humane iudicande ſunt ſecun
dum quod in pluribus inuenitur: ideo huiuſmodi
venalitates vt abhominabiles exterminãde ſunt.

**Opinio** Tripliciter eſt illicita. Pꝛimo ex eo
ꝙ voluntaria: nam in omni genere
ſcibilium voluntaria eſt illicita: quia nõ ex eo ꝙ ma
gis placet: ſed ex eo ꝙ rationabilioꝛ eſt/ non ex vo
luntate ſed ratione amplectẽda eſt opinio. Et hinc
errant ſectarum emulatoꝛes; opiniones ſue ſecte
ſequentes non vt rationi magis, conſentaneas/ ſʒ
quia nati ſunt aut nutriti in ſecta illius doctrine.
¶ Secundo ex non relatione ad ſuã regulã: omnis
enim opinio examinanda eſt ad ſuam regulam. Et
quia in his que ſunt fidei et moꝛum/ regula eſt ſa
cra ſcriptura expoſita ab eccleſia catholica: nõ ex
cuſatur aliquis a quantuncunqȝ rationabili opi-
nione in huiuſmodi/ ſi ſuſpecta eſt communi eccle
ſie ſeu apoſtolice ſedi. Et hic damnantur creden-
tes hereticoꝛum ⁊ antiquoꝛum et nouoꝛum/ adhe
rentes doctrinis repꝛobatis aut ſuſpectis ſaltem
apud ſedem apoſtolicam.
¶ Tertio ex modo: dum nimis firmiter inheretur
opinioni/ et aſſeritur vt certum atqȝ indubitatum
quod tamen eſt infra latitudinem opinabiliū. Et
hinc ſepe erratur ex nimio affectu ad noſtra/ et mi-
noꝛe ꝙ̃ opus fuerit examine/ reſolutione ac iudi-
cioꝛum pꝛobabilia accipiuntur vt demonſtrata.



**Opinione** Uti vt regula operum interio
rum et exterioꝛum eſt quan-
doqȝ licitum et quandoqȝ illicitum. In credendis
quidem illicitum eſt: niſi ſubmittendo opinionem
regule ſuperioꝛi/ ſcilicet ſancte matris eccleſie et
apoſtolice ſedis: quoniam ambiguitati aliquid ha
bens regula: qualis eſt opinio omnis; reſoluenda
eſt in regulam certam/ ne erroꝛ poſſit in fide inue-
niri. In operandis vero niſi tutioꝛem partem eli-
gendo/ non licet opinionem cuiuſcunqȝ aſſumere
vt regulam operis: quoniam eoipſo quo operatio
regulanda committitur opiniõi committitur re-
gule ambigue: quia opinio omnis ambigua eſt/
vtpote cū formidine alterius partis. Et quia pꝛe
ſupponitur ꝙ non eligatur tutioꝛ pars/ cõſequēs
eſt vt operatio committatur regule ambigue ad ca
ſum peccati/ ac per hoc exponatur periculo peccã
di: quod conſtat eſt illicitum. Et ſi de peccato moꝛ
tali agitur: conſtat eſſe peccatum moꝛtale/ facere
ſcienter operationem dubiam an ſit moꝛtalis: quo
niam talis operans mauult adimplere volunta-
tem ſuam in tali opere etiam ſi ſit moꝛtale/ ꝙ̃ abſti
nere ab illo; ac per hoc pꝛefert diuine amicitie opus
illud non curando ſi contingat perdere diuinam
amicitiam ex tali opere.
¶ Et hec intellige de opinione pꝛopꝛie dicta vt di
ximus que eſt cum formidine alterius partis: et
per ſe loquendo. Non enim propterea aliquid
opinione tenetur quia diuerſi doctoꝛes contra-

Universidad de Oviedo
Biblioteca



ria ſentiunt: quoniam cum huiuſmodi cōtrarieta-
te ſtat ꝙ vna pars ſit ratione ſufficiente ad moralē
certitudinem fulta. ⁊ iam non eſt opinio apud ca-
pientes rationem illam. Sed quia neſciunt mul-
ti diſcernere inter certitudinem moralem et ma-
thematicam / omnia quodammodo loquãt ſub
opinionibus.

¶ Dixi quoq; per ſe loquendo: quia per accidens
cōtingit neſciētes diſcernere inter notum opinio-
ne et notum certa ratione morali errare ⁊ excuſa-
ri: credētes abſq; formidine alterius partis / viris
probis ⁊ doctis dicentibus / facite ſic quia poteſt
licite fieri. Non eni3 exigit deus ab homine pluſꝙ
conditio hominis habet quia diuina ſapientia di-
ſponit omnia ſuauiter.

**Oratio** Ex intentione ſine attentione / illi-
cita eſt propter irreuerentia3 inſertã.
Oportet enim etiam ſupererogationis bonu3 be-
ne agere / aut ſaltem non male: conſtat autem irre-
uerenter loqui deo / qui ex propoſito loquitur ſine
attentione: irreuerentia autem peccatum eſt.

¶ Et hoc intellige loquendo de oratione per ſe / vt
oratio eſt. nam ſiquis oratione vt exercitatiōe qua-
dā aut quaſi cantico delectabili vtat ne ſe occupet
vanis: nō intēdēs attēdere ſ3 tp̄s ſic ꝑ trāſire: be-
ne facit: ⁊ nō ꝑprie ⁊ formaliter orat niſi extēſo ora-
tiōis nomine: quo dicit. ſꝑ orat qui ſemper bene fa-
cit. Sed materialiter tantum orat: pro quāto ora-
tiōis ꝟba ꝑ materia ſue occupatiōis pie aſſumit.

**Ordinantium** Et ordinandorū peccata
tot cōtingit eſſe quot ne-



ceſſaria cōtingit omitti volūtarie aut negligenter.

¶ Sed quoniam hec in pontificalibus habentur:
attendendū eſt confeſſori ſi ordinantes ſeruarunt
ritum pontificalis. Et quoniā pontificalia non cō-
cordant adinuicem nullius eccleſie antiquū in vſu
pontificale damnandum videtur: ac per hoc non
videtur iterandum aut ſupplendum alicubi quod
forte ſecundum aliud pontificale iterandum aut
ſupplendum eſſet. Et de horum numero videtur eſ-
ſe contactus materie: vbi diuerſa pōtificalia anti-
qua ⁊ in vſu diuerſa ordināt. Propter qđ in cōci.
flo. ſub euge. iiij. quū traditur materia ordinis: nū-
ꝙ fit mentio de tactu ipſius / ſed ſolū de actu tenen-
te ſe ex parte miniſtri ſcilicet porrectione / datione /
traditione ⁊ aſſignatione. Attendendum quoq; eſt
ſi ordinantes admiſerunt indignos aut inhibitos
ſi non contulerunt gratis. Et ſimiliter ſi ordinādi
ſunt indigni ex parte intellectus / quia ignorantes
ex parte affectus / quia mali: puta in peccato mor-
tali. ex parte etatis ſtatute a iure. ex parte licentie
ſui ſuperioris. ex parte motiui ad ſuſcipiendum or-
dinem: ſi ob lucrum ⁊c.

**ORganorum** Uſus in eccleſia
licet ſit nouus (in
cuius ſignū eccleſia romana adhuc nō
vtitur eis coram pōtifice) licitus tamē
eſt pro carnalibus adhuc fidelib⁹ ⁊ im-
perfectis.

¶ Nulla tamen ratione licitum eſt inter diuina in
organis canere ſeu pulſare ſeculares cantus aut
plauſus: aut quod peius eſt / turpes et amatorias

Universidad de Deusto Biblioteca



cantilenas. Et ratio eſt: q: ſonus organorum ap-
poſitus eſt diuinis officijs vt pars eccleſiaſtice ſo-
lennitatis: inſerere autem diuinis vt partē ſolenni-
tatis prophana & turpia: nihil aliud eſt ꝙ coniun-
gere chriſtum cum belial/lucem cum tenebris. Un-
de per ſe loquendo crimen eſt ſuperſtitionis ſacri-
lege & peccatum mortale talis mixtio: contraria tā
fini diuini cultus (ſcʒ vt excitetur deuotio) ꝙ veri-
tati eccleſie: contra cuius ordinationem loco anti-
phonarum & diuine laudis offeruntur ex ipſi⁹ ec-
cleſie perſona/prophana a falſarijs miniſtris.
¶ Nec excuſantur ex eo ꝙ ſonus abſtrahit ab omni
materia/& quelibet melodia ſoni pōt ad ſacra ver-
ba applicari. Tum quia ſecunduʒ rei veritatem iſti
ſoni fiunt vt accommodati ad delectationem audi-
torum: qui nouerunt illos niſi vt ſonos illorū ver-
borum prophanorum aut turpium. in cuius ſignū
audentes/ex illo ſono excitantur ad illa prophana
ſeu turpia: vt experientia teſtatur/ita ꝙ non eſt lo-
cus inficiationi. Tum q: cantus etiam abſtrahit ab
omni materia: & tamen eccleſia interdixit propha-
nos cantus in eccleſia/vt cantus theatrales: vt ps
di. xcij. cantātes. Memento hic apoſtolice ſentētie
nolite errare/deus non irridetur aut fallitur. In-
uoluunt aūt eodem crimine nō ſolū pulſantes/ſed
qui conducunt & cōſentiūt pulſantib⁹ hec: vt implea-
tur ſcriptura. glorіati ſunt qui oderunt te in medio
ſolennitatis tue.
¶ Excuſandos tū illos crediderim: qui ſimplici cor-
de credentes licere non turpia ſed vana quaſi pro
recreatione pulſare pro eo ꝙ vbiq; ſic vident fieri/



errauerunt ita ꝙ ſi ſciuiſſent criminoſum eſſe non
feciſſent. tales enim ex ignorantia probabili erra-
uerunt: q: eccleſiaſtici paſtores non queſierunt q̄
ieſu chriſti ſunt. Et excuſant a tāto/ꝯ́pulſa nō a toto.
¶ A turpium aūt ſono nulla ignorātia excuſare po-
teſt: q: continet ſtatim diſſonantiam & contrarieta-
tem ad ieſu chriſti ſolennitatem.

**Ornatus** Exterioris peccatum ex ſeptem capitibus pendet. Primo ex fine
ornantis ſe. Secundo ex ſolicitudine eiuſdē. Ter-
tio ex conſuetudine ſeu lege. Quarto ex qualitate
ornatus in ſe. Quinto ex fuco. Sexto ex precioſita-
te. Septimo ex ſcandalo.
¶ Caput primū cōmune eſt etiam quibuſcūq; bo-
nis operibus: & propterea manifeſtū eſt. Si enim
quis ornat ſe ob ſuperbiam/inanem gloriam/aut
ad prouocandū ad malū &c. ipſe ornatus malus eſt
iuxta maliciā illius finis. Ita ꝙ ſi finis eſt peccatū
veniale (puta vt appareat pulcra/aut ditior/aut ſu-
perior &c.) vanitas ē: ac ꝓ hoc veniale pctm̄. Si ꝟo
finis eſt pctm̄ mortale (vt ſi intēdit ꝓuocare ad ſui
malā ꝯcupiſcētiā) ipſe q̄q; ornat⁹ eſt mortale pctm̄.
¶ Caput ſcđʒ (ſcʒ affectuoſa ſolicitudo ad ornatū
q̄nq; ſi l'r facit ornatū venialem: vt ſi affectus & ſoli-
citudo habeat ſupfluitatē. Q̄nq; mortalem: vt ſi ſit
tant⁹ affect⁹ aut tanta ſolicitudo vt propterea qs
non curet de neceſſarijs ad ſalutē: vt ſi ob ornandū
ſe nō curet de miſſa in feſtis: & huiuſmodi.
¶ Caput tertiū (ꝯſuetudo ſcʒ vl' ex) duo ꝯſiderāda
īducit. Pm̄o q̄titatē legꝭ/ſi obligatiua ē ad morta-
le. Qđ ex pēa cognoſci pt: vt ſi eēt ibi pena excōmu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nicationis/ ⁊ita ſeruaret. Secunde ſi deſit contem
ptus ex parte trãgreſſoris: ſi enim lex leuis eſt/ ⁊ cõ
temptus deeſt: non incurritur mortale.
¶Conſuetudo autem niſi in legem tranſierit/ cõi
ter inducit peccatum veniale: qꝛ non legale ſꝫ mo
rale debitum habet. Si autem in legem tranſierit
ſine pena aliqua: venialem quoqꝫ inducit tranſgreſ
ſionem ſi contemptus deſit. Longe tamen grauiꝰ
peccat qui primus eſt conſuetudinis violator/ no
uitatem ornatus inferens patrie: citra mortale ta
men (vt dictuꝫ eſt) ſi ſola vanitas in cauſa eſt viola
de conſuetudinis.
¶Et ad hoc caput ſpectat ſtulta preſumptio vten
tium habitu maiorum: vt ſi veſtiatur idiota vt doc
tor/ aut plebeius vt eques/ ⁊ ſimiles exorbitatio
nes a more politice modeſtie.
¶Caput quartum (qualitas ſcꝫ ornatus) cõmu
niter peccatũ inducit veniale ſi indecens eſt ac mi
nus caſtus: vt ornatus mulierum monſtrantiũ me
dia vbera. Veruntamen vbi cõſuetus iam eſt/ ſine
peccato videtur: ⁊ in remedium ne peiora/ fiãt for
te introductus.
¶Caput quintuꝫ ex fuco/ communiter conſtituit
peccatum veniale: quia in ſimulatiõe ⁊ fictione va
na conſiſtit.
¶Caput ſextum ex precioſitate ornatus. quia qđ
precioſum eſt vni non eſt precioſum alteri/ quem
decet ſumptus magnos in veſtibus ⁊ anulis ⁊ mo
nilibus ⁊c. facere ideo ſi ornatus relatus ad perſo
nam eſt exceſſiuus in precio/ ſine peccato non eſt.
Cõmuniter tñ videtur venialis hmõi exceſſus ſup



bus/ ſtultus ⁊ vanus: non enim propterea equant
maioribus quia ornantur precioſe ſicut maiores.
¶Caput ſeptimum ex ſcandalo: hoc eſt ex occaſio
ne peccandi: quia ornata ſuperflue mulier mouet
ad ſui concupiſcentiam. Sed ſi ex parte mulieris
non eſt intentio prouocandi/ nec ſibi placet ꝙ pro
uocetur aliquis ad ſui libidinoſum amorem/ licet
placeat ei ꝙ laudetur vt pulcra/ ⁊ vana ſuperfluita
te ⁊ fuco ſe ornet: non propterea peccat mortaliter
quia alij peccant mortaliter ipſam adamando: eſt
enim occaſio accepta/ non data. quum longe pul
criorem deus naturaliter proponat aliquam mulie
rem: que nulli dat occaſionem peccandi ſi exhibet
ſe conſpectui publico/ ac per hoc multorum ada
mantium illam. Si vis diffuſe hec diſcernere vide
commentaria noſtra in. q. clxix. ſecunde ſecunde.

**Oſculum** Beneuolentie/ bonum ac lauda
bile eſt iuxta morem patrie: inter
quaſcunqꝫ perſonas ſit.
¶Oſculum vero libidinis niſi inter coniuges ſit:
eſt peccatum mortale: iuxta ſuperius dicta de im
pudicitia.

**Peccatum** Mortale eſt quod priuat ī pre
ſenti animam vita ſpiritualis
amicitie/ que eſt ſeu eſſe debet inter hominem et
deum: homo enim qui eſt in gratia dei/ amat īn ve
ritate deum pluſꝗ quãcunqꝫ rem creatã: ⁊ ecõtra
rio amatur a deo vt charus amicus. Quia ergo pri
uat hominẽ ſpirituali hac vita que cõſiſtit in cha
ritate: ideo dr̃ ⁊ eſt peccatũ mortale. Et etiaꝫ qꝛ facit
hominem dignũ morte eterna: hoc eſt ꝑpetua ſe

Universidad de Deusto Biblioteca



parationē a vita celeſtis patrie/adiuncta ſimul ꝑ
petua miſeria.
¶Conſiſtit autem omne peccatum moꝛtale in of
fenſa diuine qꝛ amicitie: quilibet peccans moꝛtalr
vel expꝛeſſe vel interpꝛetatiue refutat deū pꝛo vltio
ne ſuo: ꝛ ꝑ amico duz mauult implere voluntatē
ſuā ꝙ dei: ꝛ iō dauid dicebat deo/tibi ſoli peccaui.
¶Et ſi hoc non penetras/vide ex contrario: ꝙ exi
ſtens in charitate pꝛefert in amoꝛe ſuo deum om
nibus amabilibus/delectabilibus/honoꝛabilibꝰ:
hoꝛribilibus ꝛc. ꝛ ſic videbis ꝙ peccās moꝛtalr ac
per hoc amans aliquid aliud pluſꝙ diuinam face
re voluntatem: remouet deum a loco ſuo quem in
coꝛde illius habere debet: qꝛ non pꝛefert amplius
euz omni amabili ꝛc. ſed illud in quo peccat moꝛta
liter pluris facit pꝛo tunc ꝙ diuinam voluntatez.

**Veniale** Autem peccatum non infringit di
uinā amicitiam: vtpote non contra
ſed pꝛeter diuinam exiſtens voluntatem/non con
tra ſed pꝛeter charitatem/non contra ſed pꝛeter
diuina pꝛecepta: ꝛ ideo veniaz a deo amico meret.
Quemadmodū ī humanis amicitijs ſiquid diſpli
cens amico ſaluo tamen amicitie federe acciderit
facile remittitur.

**Pedagium** Illicitū vide ī ꝟbo vectigal.

**Penam** Subire ſtatutā lz nō teneat aliqͥs in
foro ꝯſciētie niſi poſtꝙ ad illā dāna
tus eſt a iudice: qꝛ tñ hoc fallit in duobꝰ caſibꝰ. ſ. in
cenſuris ꝛ teſtamētarijs: ideo ꝛ excōmunicatus, ꝛ
ſuſpenſus ꝛ interdictus ꝛ irregularis eſt quiſquis



contra latam a canone de huiuſmodi ſententiam
facit/abſqꝫ alia declaratiōe iudicis. Et rurſus ideo
vidua non caſte viuens/cum mala conſcientia per
ſeuerat dona ꝛ domina ꝛ vſufructuaria vt relicta
fuit a marito cum cōditione ſi caſte vixerit. Unde
tenetur de conſumptis poſtꝙ non vixit caſte/etiā
ſi nullus iudex humanus ad hoc compellat. Et
hoc ſubtiliter conſideratum non ideo eſt quia pe
na teſtamentaria infligitur ſine exequutoꝛe: ſed iō
eſt quia euenit caſus in quo volūtas teſtatoꝛis ſic
diſpoſuit. Et propterea ſicut reliqua a teſtatoꝛe di
ſpoſita in diuerſis caſibus non egent declaratione
iudicis quum caſus illi eueniunt: ita diſponente te
ſtatoꝛe ꝙ vxoꝛ ſua ſit domina ꝛc. ꝙdiu caſte vixerit:
adueniente caſu caſtitatis omiſſe/deſinit ſuccede
re marito ī illis bonis ſic ſibi diſpoſitis. Simile eſt
enim hoc alteri caſui/quo maritus relinquit illam
vſufructuariam niſi tranſierit ad ſecūdas nuptias
cōſtat enim ꝙ ſiue clam ſiue publice nubat/deſinit
eſſe vſufructuaria: etiā ſi nullus iudex/nullus exe
quutoꝛ inhibeat. Hoꝛum enim omniū vna cōis eſt
ratio: qꝛ ſcilicet ventū eſt ad caſum in quo teſtatoꝛ
voluit bona ſua ad illā tranſire. ac per hoc nullum
tunc habet ius mulier in illis bonis que ex teſtato
ris volūtate ſola habebat ꝗcqͥd iuris in illis hēbat

**Percuſſio** Qua proximꝰ verebatur pctm̄
eſt moꝛtale ex ſuo genere: qꝛ in
iurioſa eſt ꝛ nocet proximo.
¶Propter impfectionem tñ actus ſi minima eſt/
venialis ē. Quod ſi authoꝛitatiue fiat/vel a iudice
vel a pꝛelato/patre/magiſtro ꝛc. nō eſt peccatum:

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſed opus iuſtitie ⁊ charitatis:modo non ſit immo
derata/nec malo animo fiat.

**Perfidia** Qua homo non facit quod pro-
miſit:peccatum eſt:vtpote cõtra
virtutem fidei/qua fiunt dicta:q₂ promiſſione facit
ſe homo debitorem implende promiſſionis.

¶ Inuenitur aũt triplex:ſcʒ pernicioſa/officioſa
⁊ iocoſa. Et iocoſa quideʒ ac officioſa/venialis eſt:
quoniam ex ſimplici promiſſione non naſcit̃ mar
debitũ/ꝙ ſit naturale debitũ nõ mentiẽdi:nã vtrũ
q₂ debitũ ẽ debitũ morale:ſine quo moꝝ honeſtas
ſaluari nequit. ⁊ ad eandẽ virtutẽ reduci creditur:
ſcʒ ad virtutẽ veracitatis:⁊ vtrũq₂ ad alteruʒ eſt/ꝓ
ꝯuictu/vtilitate ⁊ conuerſatione humana.

¶ Pernicioſa aũt (que ſcilicet nocet proximo/ſiue
quo ad animam/ſiue quo ad corpus aut res) pec
catum eſt mortale/ſicut mendacium pernicioſum.
Et hec de perfidia ſimplici dicta ſint. Nã quuʒ pro
miſſio tranſit in debitum legale (vt quũ quis pro-
mittit ita ꝙ poteſt quantum ex vi promiſſionis co
gi in iudicio humano) tunc ſupra debitum morale
adiungitur debitum legale/ac per hoc debituʒ iu
ſtitie. Et ſi non ſeruantur promiſſa/incurrunt̃ duo
crimina:ſcilʒ perfidie ⁊ iniuſtitie/quam conſtat ex
ſuo genere eſſe peccatum mortale.

¶ Cum quibus omnib' memento hic/ꝙ propter
imperfectionem actus ſepe actus excuſatur a mor
tali. ſiue imperfectio ſit ex parte affectus:vt in pri-
mis motibus. ſiue ex parte materie:vt in nocumẽ-
tis minimis. ſiue ex parte forme:hoc eſt quia non
per ſe ſeu ex intentione peccatum illud fit:puta nõ
intendit



intendit quis violare fidẽ:ſed ex obliuiõe aut igno
rantia facti/aut ex fiducia quã accipit de eo cui pro
miſit/aut ex cauſa que ſibi videtur rationabilis:et
breuiter quando non ꝑ ſe eſt perfidus/non incur-
rit mortale. niſi per accidens:hoc eſt propter nota
bile nocumentũ aut ſcandalũ/⁊ ſi quod aliud eiuſ-
modi eſſet accidens. Et hinc habes claritatẽ:infi-
nitorum caſuum cõtingentium in non ſeruata fide
de tacendo/de fauendo/de eundo/faciendo/⁊c.

**Periculo** Peccãdi ſe exponere/dupliciter
euenit.

¶ Primo faciendo ſcienter opus dubium an ſit li-
citum vel illicitũ. Et hoc modo exponere ſe pericu
lo peccandi eſt peccatũ:⁊ ſi agitur de licito aut illi-
cito mortaliter/eſt peccatũ mortale. Et ratio eſt:quia
voluntas ex hoc ipſo exorbitat a recta ratione ⁊ di
uino amore/ꝙ mauult opus illud cũ dubio incur-
rendi trãſgreſſionẽ diuini precepti ꝙ̃ abſtinere ab
opere illo cũ certitudine nõ errandi:ac per hoc vo
luntas magis amat opus illud ꝙ̃ deum in ſuo pre-
cepto. Et ſic verificatur ſententia illa:exponens ſe
periculo peccati mortalis peccat mortaliter.

¶ Secundo eundo ad locum ſiue ſocietatem/vbi eſt
periculũ peccãdi mortaliter/propter aſpectũ/per
ſuaſiones/cõmoditates/aut aliquid huiuſmodi.
Et hoc quidem ſi ſine vrgente neceſſitate fit/ad in
cautele peccatũ ſpectat. Nõ eſt aũt ex ſuo genere pec-
catũ mortale:q₂ in ſue libertatis arbitrio reſtat/pec
care mortaliter etiam preſentibus talibus occaſio
nibus peccandi.

¶ Ex conditione vero perſone fragilis/menſurare ſe

teneturqui fragilitatis proprie conſcius dubitat de caſu. Et ſi experientia teſte didicit ſe non ſubſiſtere in huiuſmodi/ſed ſtatim aut quaſi ſtatim cadere: nulla neceſſitate vincat̃ vt illuc eat aut ibi moretur: ſcriptum eſt enim. ſi pes tuus ſcandalizat te abſcinde eum ꝛ proiice abs te. Si vero conſtantem ſe putat futurum/ꝛ neceſſitas eundi viget: peccatum non video. Non vigente autẽ neceſſitate/peccatum eſt incautele (vt dictum eſt) maius vel minꝰ iuxta conditiones ſingulares periculi vndiqꝫ penſatas.

**Periurium** Proprie (hoc eſt iuramentũ falſum) pctm̃ eſt mortale: q: deo inuocato in teſtem iniuria fit. Contingit autẽ incurrere periurium ꝛ in iuramento aſſertorio/ꝛ in iuramento promiſſorio ꝛ in iuramento comminatorio.

¶ Ad quorum clariorem notitiã duas prenota diſtinctiones. alteram de formali vel mali: alteraꝫ de perfecto vel imꝑfecto. Que diſtinctiones lꝫ in omnibus huiuſmodi moralibus habende ſint añ oculos: in peccatis tamẽ lingue (de quorũ numero eſt periuriũ) ſunt multum neceſſarie.

¶ Diſcernendum eſt enim periurium: ſi eſt ex intẽtione: quod vocatur formale: vt quum quis aduertit ſe falſum iurare/ꝛ vult falſum iurare. Et hoc ſp eſt peccatũ mortale. Aut ſi non intendit iurare falſum/ꝛ tamen iurat falſum: quod vocatur periuriũ materialiter.

¶ Et rurſus ſi periuriũ ipſum exit ab hoie vt actus ꝑfectꝰ (puta q: ſciens ꝛ prudens ꝑiurat) q: ſine dubio ſp eſt mortale pctm̃. Aut vt actꝰ imperfectꝰ (puta ex lapſu lingue/aut alias inaduertẽter ſeu ignorãter) nã periurium materialiter tm̃/hoc eſt nõ ex animo iurãdi falſum: nõ eſt pctm̃ mortale: q: nõ eſt periuriũ: qm̃ nullꝰ actus bonus vel malꝰ eſt talis ſine ſua forma. ¶ Memẽto tñ hic ꝛ ſemꝑ in ſimilibus illiꝰ exceptionis/niſi actꝰ redeat in naturã ſue forme. qḋ in ꝓpoſito ꝯtingeret: ſiquis nõ intenderet iurare falſuꝫ/ꝛ tñ nõ curaret adhibere curã ne iuret falſuꝫ. Tũc. n. talis iurãs falſuꝫ/incurreret ꝑiuriũ mortale: q: ꝓpter talẽ negligẽtiã i tãta re/rediret actꝰ i naturã ſue forme. ꝯuicit̃. n. ille ꝙ maluit incurrere ꝑiuriũ/ꝙ̃ diſcutere vt debuit an iuret falſũ.

**Inchoãdo** Igit̃ a ꝑiurio aſſertorio (hoc ẽ iuramẽto mẽdaciter affirmãte vel negãte) ſcito oẽ hmõi ꝑiuriũ eſſe mortale i quacũqꝫ materia ſit/ꝛ q̇buſcũqꝫ ṽbis dicat̃: ꝛ quacũqꝫ coactiõe: metu/ioco/leuitate/ꝯſuetudĩe/ vtilitate aut excuſatiõe fiat: q: deo fit magna irreuerẽtia in ducẽdo ipꝫ i teſtẽ q̃ſi mẽdacẽ. Nulla. n. admittit̃ i h̃ excuſatio/niſi (vt dictũ ẽ) ex impfectiõe actꝰ: puta q: inaduertẽter/vel vt p̃imꝰ motꝰ/ex lapſu lingue ꝛ ſiquid eſt aliud reddens actum imperfectum.

**Promiſſorium** Aut periuriuꝫ duobus incurritur temporibus. Vel preſenti qñ fit: vel futuro quãdo nõ adimplet̃.

¶ Et i pñti q̇dẽ (hoc ẽ qñ iuramẽtũ ꝓmiſſoriũ fit) icurrit̃ duplr̃ ꝑiuriũ. Prio ex mẽdaci aio: vt quiꝫ ſub iuramẽto ꝓmittit̃ aliq̇d bonũ vel malũ ſine animo ſeruãdi/aut ſine aio ꝓmittẽdi ſeu obligãdi ſe/ aut ſine aio iurandi. Et hoc ſp eſt mortale: q: deeſt

veritas preſens. idem eſt enim iudicium de hoc periurio quantũ ad preſentem veritatem / ⁊ de periurio aſſertorio.

¶ Secundo ex materia mala: vt quũ quis vero animo ſub iuramento promittit aliquod malum: puta interficere talem / vel adulteriũ perficere / ⁊c. Et tũc ſi iuratur ſuper patrando pctõ mortali: incurritur iurando periuriũ nõ ſolũ q: firmatur voluntas ad pctm̃ mortale / ſed etiã q: applicatur iuramentum ad materiã quam oportet omnino falſificare: q: eſt contra charitatẽ. Si vero eſt malũ veniale: incurritur periuriũ non ſimpliciter (q: nõ deficit veritas preſens iuramento: nec de neceſſitate ſalutis oportet deficere veritatẽ futurã: q: nõ eſt contra ſed preter charitatẽ) ſed ſecundũ quid: q: firmatur voluntas ad malũ / veniale tñ. ⁊ irreuerentia quedam fit iuramẽto / applicando illud ad materiã non obligabilẽ: apponitur enim per hoc impedimentũ effectui iuramenti qui eſt obligare ad faciendũ. Unde graue videtur ⁊ eſt hoc pctm̃ / non tamen mortale.

¶ Idẽ eſt quoq; iudiciũ ſi iuramentũ promiſſoriũ eſt de omittendo bonũ ſupererogationis: vt quũ quis iurat ſe non ingreſſurũ religionẽ / nõ mutuaturũ / nõ fideiuſſurũ / ⁊ ſimilia. Huiuſmodi enim iuramenta veraci animo facta / pctã ſunt quando fiũt q: irreuerentia fit iuramẽto / vtendo illo ad materiam non obligabilẽ ad verificãdũ. ⁊ propterea periurium ſecundũ quid incurritur / ſicut de iuramẽto venialiũ operũ dictũ eſt. Nõ tamẽ eſt periuriũ abſolute: q: nec deeſt preſens veritas: nec oportet deficere veritatẽ futurã / que eſſet non contra charita



tẽ. Et hec intellige quando hmõi iuramenta fiunt cum animo non faciendi hec cõmuniter. nam ſi intenderet quis non facere hec etiã in caſu quo de neceſſitate ſalutis accideret ipſum teneri ad illud: iam non iuraret omittere bonum ſupererogatiõis / ſed bonum neceſſariũ ad ſalutẽ. ⁊ peccaret mortaliter: vtpote iurans peccare mortaliter. Sunt autẽ communiter ⁊ nõ ſic extenſe ad caſus de neceſſitate ſalutis interpretanda hmõi iuramenta: q: iurantes ſuper ſua libertate ſe fundant: dicentes. ego non teneor mutuare / fideiubere / ⁊c. ⁊ ideo nolens incidere in foueam iuraui. Unde manifeſtum iudiciũ eſt intentionis cõmunis: ⁊ nõ caſum de neceſſitate ſalutis / qui in huiuſmodi ꝗ rariſſimus videtur.

¶ In futuro vero tempore (hoc eſt ſi iuramentum promiſſorium non adimpletur) incurritur periurium ſemper quando iuramentum obligatiuũ eſt: q: deeſſet veritas iuramento: ac per hoc peccaret mortaliter. Ex quattuor autẽ capitibus contingit iuramentũ promiſſorium nõ adimplere abſq; peccato. Primo ex parte materie. Secũdo ex parte euentus. Tertio ex parte modi. Quarto ex parte relaxationis.

¶ Primũ caput ex parte materie / intellige quãdo materia non eſt capax vinculi obligatorij. Talis autem eſt triplex. Primo omnis actus moraliter malus / ſiue ſit pctm̃ mortale ſiue veniale. ⁊ ideo quicunq; iurauit occidere aut dicere verbum ocioſum non obligatur ad exequendũ iuramentũ: ſed peccat exequẽdo. Scdo omnis omiſſio boni ſupererogationis. nã lʒ homo nõ teneat ad illud bonũ: tene

Universidad de Oviedo Biblioteca



tur tamē nō ponere obicem ſpirituiſancto. Et pro
pterea qui iurauit nō mutuare/aut nō fideiubere
aut aliquid hmōi: nō obligatur ad implendū iura-
mentū: ſed liber remanet: ⁊ poteſt mutuare ⁊ non
mutuare ſicut pri⁹ anteꝗ̄ iuraret. Tertio actio in-
differens ſalua ſua indifferētia: vt ſiquis abſqꝫ vlla
ratione boni vtilis/honeſti vel delectabilis iurauit
trāſire extra muros ciuitatis aut aliqd eiuſmodi:
non tenet̄ ſeruare ſi nulla ſit ratio ſic trāſeundi: q2
iuramētū non eſt vinculū ad ocioſum aliquid: con
ſtat autē ꝙ ſalua indifferentia actus ocioſum eſt ex
ercere illum. Secus aūt eſt ſi actus in ſeipſo indiffe
rens iuratus eſſet ad cautelā ſeu vtilitatē ſpiritua
lem vel temporalē ſui: vel alteri⁹: q2 tunc teneretur
implere iuramentū. Et ſiquis iurauit non intrare
in talē domū/aut non tranſire per talē viam ad ca-
uendum ſibi a tentatione talis mulieris ⁊c.

¶ Caput vero ſecundū ex parte euentus/intellige
primo ſi euentus ſit malus: vt patet de iuramento
herodis quū iuraſſet dare puelle ſaltāti quicquid
petijſſet. tolerabile enim erat iuramentū ſane intel
lectum: ſed malus fuit euentus/quādo puella pe-
tijt caput ioannis baptiſte. Nō enim aſtringebatur
herodes ex iureiurando facere tātum ſcelus: quia
euentus male petitionis excludebat vim iuramē-
ti. Et hinc qui iurauit reddere depoſitū enſem/nō
tenetur reddere furioſo. Et ſic de ſimilibus.

¶ Intellige ſecūdo/ſi euentus ſit impeditiuus ma-
ioris boni: vt ſiquis iurauit contrahere matrimo-
nium/⁊ poſtea inſpirante deo vult in veritate celi
bem vitam ducere: non tenetur adimplere iuramē



tum: q2 in euentu iſto iuramentuꝫ eſſet vinculū ad
impediendū meliorem ſtatū cōtinentiū quē cōſtat
eſſe meliorē ſtatu coniugationū. Et ſic de ſimilib⁹.

¶ Caput tertiū ex parte modi/intellige primo quā
tum ad cōſuetum modum ſubintelligendi: vt quū
aliqui honorare ſe volentes/iurant non precedam
per deum ⁊c. In his enim ⁊ ſimilibus ſcdm cōmu-
nem ⁊ ſanum ſenſum ſubintelligitur/quantū eſt ex
me: ſicut in petri apoſtoli verbo quum dixit/non la
uabis mihi pedes i eternū. et propterea abſqꝫ pctō
piuri faciunt ſtatim oppoſituꝫ/penitēdo ſe vinci.

¶ Intellige ſecundo quantum ad modum iurandi
violentū in materia tamē matrimonij: q2 ſicut ma-
trimonium coactum timore cadente in conſtanteꝫ
⁊c. non valet: ita iuramentū metu extortum de cō-
trahendo/videtur relaxatū ipſo iure. Tutius tamē
eſt relaxationeꝫ a ſuperiori habere: ſicut in ceteris
iuramentis vi vel metu extortis.

¶ Caput quartū ex parte relaxationis clare pꝫ. naꝫ
ſiue relaxatio fiat ab illo cui promiſſio facta eſt cuꝫ
iuramento (qui pōt libere quod in ſui fauorem fa-
ctum eſt relaxare) ſiue fiat a ſuperiore qui poſſit re
laxare: ceſſat obligatio iuramenti promiſſorij.

Cōminatoriū deniqꝫ iuramētū īducit p
iuriū in duob⁹ quoqꝫ tpi
bus. Vel in pnti. Et hoc dupl'r. ¶ Primo ſi fiat mēda
ci aio. Et tūc ip ē piuriū mortale: q2 deficit iuramē
to pſens vitas: ſiue cōminatio ſit iuſta ſiue iniqua.
In quacūqꝫ nāqꝫ materia bona vel mala iuramētū
cadit ſup mēdacio/ inexcuſabile eſt a pctō mortali.
¶ Scdo ſi fiat vaci aio ſup materia mala: hoc ē ſiqs

Universidad de Deusto Biblioteca



tur:et ſimiliter neutrum conſummate acquiritur
niſi habeatur:conſtat autem per emptionem ⁊ vē
ditionem conſummatam debere transferri hīc
rem/inde precium:⁊ ſimiliter acquiri hinc preciū
inde rem.

¶ Uñ iuxta hec habeto ꝑ r'a ad ſimoniā q̄ ab ec
cleſia punit exigi quo vnū ex pte vēditoris ſcꝫ vē
ditionem conſummatam rei ſpiritualis alterꝫ ex

Universidad de Deusto Biblioteca



parte emptoꝛis:ſcilicet ꝯuentionē implicite vel
explicite de pretio/aut traditionem pꝛetij.
¶ Ubi nota quinq̨. Pꝛimo differentiā partium pe
nes hoc ꝙ ex parte rei ſpūalis exigit actus cōſum
matus ad hoc ꝙ eccleſie cēſuris ſubſit:ex pte vero
pꝛetij non exigitur actus cōſummatus.ita ꝙ ſi ſi
moniaca cōuētio inter aliquos ſit de oꝛdine/bene
ficio/ſepultura/miſſa ⁊c.pꝛo tali ꝑtio:ſi oꝛdo/bñ
ficiū/⁊ breuiter res ſpūalis nō dat etiā ſi pecunia
pꝛo pꝛetio fuerit data/nō incurritur ſimonia ſubie
cta cenſuris eccleſie:ꝗuis incurratur crimen ſimo
nie.Et ratio eſt:quia non eſt conſummata vēditio
rei ſpiritualis:ſed inchoata ⁊ in mente ⁊ in conuen
tione.Pene ſiquidem reſtringēde ſunt ad cōſum
matos actus.
¶ Secundo diſiunctiuā ſeu alternatiuam equiua
lentem ex parte pꝛetij penes conuentionē vel tra
ditionē pꝛetij:ita ꝙ ex parte emptoꝛis equipollēt
pactio vel traditio pꝛetij.Ita ꝙ licet ſimonia pu
nita ab eccleſia exigat conuentionē ſeu pactū:ſi ta
men concurrit traditio pꝛetij/equipollet conuen
tioni.Jmmo(vt melius loquar)inuenitur pluſꝙ
pactio:quia ipſa traditio pꝛetij claudit in ſe conuē
tionem/vtpote conſummatio illius:nā conſumma
ta emptio ꝯuentionē explicitā vel implicitā adim
plet.Et pꝛopterea nō fallaris inſpiciēdo ſolum ad
pacta explicita:ſed intuere ſi īteruenit ſolutio ſeu
traditio pꝛetij:⁊ perſpice peſſimam ibi ſimoniam.
¶ Tertio foꝛmalē loquutionē de pꝛetio.quū enim
dicimus traditionē pꝛetij includere pactionem/lo
quimur de ꝑtio inquātū pꝛetiū:hoc eſt ſub ratiōe



pꝛetij.Poteſt ſiquidem multis modis tradi ali
quod tempoꝛale:ſcilicet vel per modum liberalis
doni/vel per modū ſuſtentationis/vel per modū
reuerentie/vel per modum oblationis/vel ꝑ mo
dum debiti ex lege aut laudabili cōſuetudine/vel
per modum pꝛetij.Et hoc ſolo vltimo modo voca
tur pꝛetium ⁊ vocatur traditio pꝛetij.
¶ Quarto nota qui timoꝛatam habes conſcientiā/
ꝙ licet ſacerdos minus bene faciat exigendo id qđ
ſecundū laudabilē conſuetudinē ſolet dari/ſi ante
collationē ſpiritualiū exigat/aut ſi negat aut diſ
fert ſpiritualiū collationē vt illud habeat:non tñ
pꝛopterea ſimoniacū iudices:quoniam ſi vt cōſer
uet ſe indemnem/cognoſcens pꝛecipue ꝙ poſtea
opoꝛtebit illum litigare hoc facit:ſimoniacus nō
eſt ſecundū rē:quia non vendit ſpūale.Nec huiuſ
modi exactio inducit modū pꝛetij:qm̄ non mutat
modū debiti.ꝗuis ſpeciem quaſi ſimonie habeat
hmōi pꝛeuētio ⁊ cautela:⁊ pꝛopterea repꝛehēdit.
¶ Quinto nota ꝙ triplex muneris genus(ſcilicet a
manu:vt pecunia ⁊ alia bona mobilia vel immobi
lia:ab obſequio:vt ſeruitia.⁊ a lingua:vt laus/adu
latio/pꝛeces ⁊c.)ad hoc vt ſimoniā ab eccleſia pu
nitē conſtituat/exigitur ꝙ pꝛetij rationē habeat:
alioquin ad venditionem ſpiritualium non ſpecta
bit vt emptio.Et pꝛopterea ſi laus/adulatio/pꝛe
ces non niſi per modum laudis/per modum adu
lationis/per modum pꝛecum concurrunt:quantū
cūꝙ ſint nepharie ⁊ carnales/ac pꝛo indigno ⁊ effi
caces ita ꝙ inducant pꝛelatum ad dandum benefi
cium/ad conferendum oꝛdinem ⁊c.ſimonia vere ⁊

Universidad de Deusto
Biblioteca



ꝓpꝛie non incurritur/ꝗuis crimē aliud incurratur:quia nulla eſt hic venditio aut emptio niſi mētalis:ſi intentio adulantis aut ꝓlati eſt adulationem vt pꝛecium ponere.⁊ ſic de alijs.

Circa Tertium caput(ſcilicet emptiones ſeu venditionem mentalem)ſcito ſimoniā mentalem conſiſtere in intentione pꝛetij: ita ꝙ ex hocipſo ꝙ homo intendit ſub pꝛetio ponere ſiue emendo ſiue vendendo rem ſpiritualem/aut vt venalem rem aut vt rationem appꝛetiandi:ſimoniaꝫ mentalem incurrit.Et hoc eſt quandocunqꝫ intendit pro ſpiritualibus tempoꝛalia habere aut econtrario.ita ꝙ li pro/pꝛetiū denotet:⁊ ſimiliter quandocunqꝫ pꝛincipalis intentio ad tempoꝛale habendum ex collatione ſpiritualis aut econtrario tendit.Qui enim tempoꝛalia ex ſpiritualibus intendit non vt pꝛetium ſed vt ſuſtentationem neceſſariam miniſtroꝛum eccleſie liberaliter ſeu elemoſynaliter/aut ſtatutam ſeu laudabiliter conſuetam: ſimoniam mentalem non incurrit.Et ſimiliter ecōtrario qui ex tempoꝛalibus ſpiritualia intendit nō vt ex pꝛetio debita: ſed vt ex his excitata ac pꝛouocata aut expedita(vt contingit in elemoſynis/oblationibus/legatis/⁊ quaſi ſtipendijs ſacerdotuꝫ ⁊ oꝛantium ac pꝛedicātium/⁊ in ſeruitijs honeſtis que pꝛelatis exhibentur/⁊ alijs huiuſmodi)ſimonia nulla in animo eſt:quia gratis dandum ſpirituale expectatur/⁊ tempoꝛalia non vt pꝛetium intenduntur.

¶ Poteſt autem mentalis ſimonia tripliciter inueniri.Pꝛimo ex eo ꝙ in ſolo actu interioꝛi ꝯſiſtit



vt ſicut homicidium mentale eſt deliberatus animus occidendi:ita ſimonia mētalis ſit deliberata voluntas emendi vel vendendi rem ſpiritualem.

¶ Scḋo ex eo ꝙ exterius imperata latet intus: vt quū aliquis ſeruit aut munus offert ꝓ ſpūali cōſequēdo/vel ecōtrario ſpirituale dat ꝓ tēpoꝛali cōſequēdo:nō tñ declarat pꝛauā ſuā intentioneꝫ.ſ.ꝙ intētione emēdi ſeu vēdendi hoc facit.Eſt ſiquidē tūc ſimonia non ſolum intus/ſed in exterioꝛi actu imperata et exercita:ſed latēte intus venenoſo ſemine:⁊ propterea inter mentales ſimonias locat̃.

¶ Tertio ex eo ꝙ nō eſt cōſummata ex parte rei ſpiritualis:vt quum conueniunt ſimoniace aliqui:⁊ poſtmodum aut penitentia ducti/aut pꝛopter impotentiam aut quāuis aliam cauſam receditur a pacto/⁊ bꝛeuiter non mandatur exequutioni pꝛomiſſum ſpirituale.Hec etiam ſimonia quo ad crimen/non mentalis ſed exterioꝛes:ſed quo ad penas cenſurarum inter mentales collocatur:qꝛ non eſt ſimonia conſummata.Quod ſi pecunia in hoc caſu vt pꝛetium recepta fuiſſet/reſtituenda pꝛocul dubio eſt.Et ꝗuis pꝛima facie appareat ꝙ danda eſſe eccleſie ⁊ non emptoꝛi/quia datio fuit contra legem:rationi tamen magis conſonat vt reddatur illi qui dedit/vtpote adhuc ipſius:qꝛ nō plene abdicata ab eo intelligit̃ pendēte cōſummatione cōtractus ſimoniace emptionis ⁊ vēditionis. Ut ſic ⁊ pene ſimonie non amplientur ſed reſtringantur ad conſummatam ſimoniaꝫ:⁊ fides naturalis qua venditoꝛ receptā ab emptoꝛe pꝛetiū tenetur illi ſi nō ſequit̃ exequutio vēditionis reſtituere/ſeruet;

Universidad de Deusto Biblioteca



quaſi perfidus nanq; h[ab]etur ſi promiſſuȝ ſpiritus
le non dans/nec acceptū preciū redderet ſub eccle
ſie vel pauperum obtentu. Et hoc intellige q̄tum
eſt ex parte illius qui accepit: nam ſi authoritas iu
dicis interueniret: non crederem ei reſtituendam/
ſed in penam ab illo tollendam et pro chriſti hono
re exponendam.

¶ Aduerte ſimoniacos nō teneri ad reſignationē
tam ſpūalium q̄ tpalium que nullo pacto ſed affe
ctu animi ꝑcedēte vtrinq; acquirūtur: qm̄ ꝓ hmōi
ſimonia ſufficit delinquentibus per ſolam peniten
tiaȝ ſuo ſatiſfacere creatori. Textus eſt clarus ⁊ vni
uerſalis ac vniuerſaliter intelligendus. extra de ſi
monia ca. vlti.

¶ Et hinc habes vnde infinitas queſtiones de ſer
uitoribus/de precibus carnalibus ⁊c. ſoluas quia
hinc clare patet non teneri ad reſignationem be
neficiorum ſic adeptorum abſq; pacto aliquo: nul
la facta differentia inter manum/obſequium/lin
guam/et quicquid aliud temporale interuenire
poteſt et ſimiliter nulla facta differentia ſpiritua
lium.

**Simulatio** Qua hō mētit facto: pctm̄ eſt ſicut mēdaciū quo mētimur ṽbo eſt āt pctm̄ veniale ſi iocoſa aut officioſa ē. mortale aūt ſi pnicioſa ſicut ð mēdacio dcm̄ ⁊ eadē rōe.

**Societas** Mercature ſeu artificij illicita reddit duob' modis. Primus ſi capitale vnius ſubſtet lucro et non damno: hoc em̄ cōſtat iniquum eſſe. Secundus eſt ſi lucrū aut damnum non reſpondeat proportionaliter ſocijs





vnicuiq; pro rata ſua: interueniret ſiquidem mani
feſta iniquitas: duȝ non redderetur vnicuiq; quod
ei debetur ſecundum equalitateȝ iuſtitie.

¶ Et quoniam in huiuſmodi ſocietatibus frequē
ter contingit diuerſarum rationum concurrere ſo
cios (dum vnus ponit pecuniaȝ ⁊ alius operas ſeu
induſtriam) nec par eſt vtriuſq; periculuȝ: ideo ad
uerte ⁊ nota diligenter/q̄ ſocietas huiuſmodi/ex
ſua natura hoc habet q̄ ponens pecuniam ſubſtet
duplici periculo ſcilicet perditionis pecunie ⁊ per
ditionis negociatorij vſus eiuſdeȝ pecunie: qui ve
ro ponit induſtriam ſeu operas ſuas/ſubſtet vni
tantum periculo: ſcilicet perdendi vſum induſtrie
ſeu operarum ſuarum.

¶ Quod vt melius intelligas/conſidera triplicem
euentum ſocietatis: aut enim in fine inuenitur lu
crum/aut ſine lucro capitale tantum/aut damnuȝ
capitalis in toto vel in parte. Et ſiquidem inueniẗ
dānū capitalis in parte vel in toto: ſentiet quicq̄d
damni eſt dominus pecunie qui illam poſuit. Si ve
ro capitale tm̄ inueniẗ. ſaluū erit domino eius q̄ il
lud poſuit: nam ex eo q̄ poſuit pecuniā in ſocietate
nō deſinit eē illius dn̄s. Si aūt lucrū īuenitur: red
deẗ ante omnia capitale domino/⁊ diuidetur dein
de lucrū equis portionibus: ſuppoſito q̄ pecunia
poſita in ſocietate ⁊ induſtria equiualeant. Et oīm
horū vna eſt rō: quia ſcilicet qui poſuit pecuniam/
ſubſtat duplici periculo: ſcilicet perdendi ſubſtan
tiam pecunie ⁊ ꝑdendi negotiatiōis vſum/tenēdo
ſcilicet vane tanto tpe ſuā pecuniā occupataȝ tali
negotio: ex hoc em̄ fit vt iuſtitia exigēte ei capitale

Universidad de Deusto Biblioteca



ſaluū ſit ſi ſaluaт in toto vel in parte/cui deperde
ret ſi periret. Ponēs autem induſtriam vel opas/
quia ſolum poteſt perdere vſum induſtrie vel ope
re ſue(ſcilicet muanum laborando)ideo nihil de
capitali ſaluo ei debetur:ſubſtantia nanqȝ operaꝝ
ſuarum non ex negotiatione ſed ex neceſſitate ma
terie perit:quia ſcilicet eſt res ſucceſſiua i motu cō
ſiſtēs:ſi eñ res permanentes eſſent/ei eſſent ſalue.
¶ De ſocietatibus autem in materia animalium:
que ſoccide appellantur: tam varia eſt materia et
conſuetudo vt forte ſcribi complete non poſſit. Et
propterea in qualibet patria vide vt ibi fieri cōſue
uit a viris probis:vel ſecundum morem approba
tum viris probis.

**Sodomia** /Qua cōtra naturam venereа
exercentur(vel dū commiſcen
tur perſone eiuſdeꝫ ſexus:puta mares inter ſe aut
mulieres inter ſe. Vel dum commiſcentur mas et
mulier ſed non in loco naturali/aut conſummādo
ſnnaturaliter)peccatum grauiſſimum eſt.

**Somniorum** Obſeruatio qua
druplici petō ex
plicite/ꝫ quinto periculo afficitur. Pri
ma duo petā ſunt in opiniōe.dū ſomniū
vel temere attribuitur alicui certe cauſe:puta celo
quia quum poſſit a multis cauſis prouenire:teme
rarij erroris eſt vnam determinate inferre. Vel te
mere determinatur ad futurum vnuꝫ aliquid ſigni
ficandum:ex eo enim qȝ neſcitur cauſa ſomnij/incer
tum oportet reſtare an ſomnium/illud futurum ſi



gnificet:qm̄ ex cauſa pendet ſignificatio:ꝫ nullum
videtur ſomniū procedens ex certa cauſa quod nō
poſſit ab alia cauſa prouenire. Et propterea ſemper
temerarium inuenitur iudicium ſi vt certum fiat.
Utrumqȝ autem peccatum veniale eſt:vtpote iudi
cium temerarium de re ſingulari in nullius dam
num. Tertium peccatum eſt in vſu:quum quis pro
pter ſomnia committit vel omittit contra neceſſa
ria ad ſalutē. Et hoc eſt peccatum mortale:vt patet.
Quartum petm̄ in vſu quoqȝ eſt:quū quis tantā fi
dem dat ſomnijs vt propterea omittat vel commit
tat contra aliquid ad quod tenetur qȝuis non ſit de
neceſſitate ſalutis illud et hoc eſt peccatum venia
le:quia non contra ſed preter charitateꝫ ꝫ erratur
in intellectu ꝫ peccatur in affectu.
¶ Periculuꝫ autem quod imminet omnibus his
ꝫ precipue ſecundo/tertio ꝫ quarto:eſt cadere in
crimen ſupſtitionis diuinatorie per ſomnia:quo
niam vanis ac incertis opinionibus ſeu coniectu
ris vtens quaſi certis/ad cognoſcēdum vel operā
dum aut omittendum circa futura contingētia:me
retur vt diabolica illuſio ſe immiſceat/ac de vanis
fiant pernicioſa. Et ſic in tacitam demonum ſocie
tatem incidatur:dum paulatim tantum homo cre
dit ſomnijs vel ſomnijs vtatur pro regulis ſuarū
actionum:aut incidat in ſcelera que diximus de ob
ſeruatione aſtrorum.

**Sors** Triplex quum ſit(diuiſoria/conſulto
ria ꝫ diuinatoria)tertia damnata eſt:
vtpote demonuꝫ ſocietati innixa. ꝫ propterea pec
catum eſt mortale ex ſuo genere.

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Secunda autem qua conſulimus quid agēdum ſit: tot exigit cōditiones ad ſui rectitudinem vt raro ſit licita. Exigit ſiquidem primo articulū neceſſitatis: ne tenetur deus vbi opera humana poteſt prouideri. Secundo reuerentiam: ne irreuerenter conſulatur deus. Tertio proportionatum modū: ne ſcilicet diuina oracula aut ſanctorū reliquie ad ſecularia negotia conuertantur: quod aug. reprehendit. Quarto debita materia: ne pro electionibus ſpiritualibus hoc fiat.

¶ Prima vero qua determinatur quid ab hoc vel illo habendum ſit boni aut patiendum mali in temporalibus bonis ⁊ malis / illicita inuenitur dupliciter. Primo ſi imprudenter ſit: omnis enim humanus actus prudenti circūſpectione / cautela rationeq; formādus eſt. Secūdo ſi cum periculo cōmunis boni aut iuſtitie ſit: vt ſi ſorte regiminis officia fiant / admiſſis ad ſortes tā idoneis ꝙ ineptis. Ex hoc enim periclitatur reſpublica / vt patet: ⁊ rationalis homo dignitatē ſibi rationis admit ſic puidēdo reipublice de rectoribus. Sec' aūt ſi admiſſis tm̄ idoneis / ſortib' officia cōmittant: ne pax turbet. ¶ Quū autē ſortiū illicitus vſus mortale pctm̄ eſt: ex admixtis cōtrarijs ad religionem ⁊ iuſtitiā accipiendū eſt. Diuinatoria enim ideo mortalis eſt: q: cōtra religionē eſt. Diuiſoria vero ſi ꝯtra iuſtitiā in preiudicium ſcilicet proximi vel cōmunis boni eſt: mortalis eſt. Conſultoria quoq; ſi altero dictorum criminum polluitur / mortalis eſt.

¶ Verum aduerte non omnem irreuerentiam eſſe mortalem. Ex hoc enim ꝙ euangelijs ad ſecularia



negotia conſulūtur / non incurritur mortale: quia non contra diuinam eſt hoc reuerentiam. ſed quia preter eam videtur ideo auguſtino diſplicet.

¶ Poſſet tamen vt puto tali fide ⁊ reuerētia ac neceſſitate fieri / vt nullum eſſet in hoc peccatum. Ex materia quoq; electionum ſpiritualiū miniſtrorū ſi inhibitio poſitiui iuris ſecludatur: nō video peccatū aliquod ſi ſortibus committeretur ſuper aliquos preelectos eque idoneos: vt factū eſt in electione apoſtoli mathie. Et breuiter q: vti ſortib' nō eſt ex ſuo genere malū: ex admixta irreligioſitate aut iniuſtitia aut imprudentia / vel ecōuerſo ex admixta religione prudentia ⁊ pace iudicādū eſt.

**Sortilegium** (Quo explicite vel implicite ad demonis auxiliū ſeu conſilium ſorte recurritur: peccatum mortale eſt: ad ſuperſtitionem ſpectans: vt quum quis per ſortes inquirit quis fecerit furtum aut aliquid huiuſmodi ad diuinationē pertinēs: ⁊ ſimile eſt ſi ſorte queratur quid agendum. Sortilegij enim crimē ⁊ diuinatoriam ⁊ conſultoriam ſortem comprehēdit: quum ad demonem recurritur non ſolū explicite ſed etiam implicite: vt contingit inquirētibus per ſortes occulta: ⁊ vniuerſaliter ea que a ſola intellectuali natura ſciri aut fieri poſſunt. Ex eo enim ꝙ non querunt a deo / nec a natura nec a fortuna hoc expetunt: coguntur velint nolint fateri ꝙ ad demonem recurrunt. implicite quidē / dum ad ſortes vt inſtitutas ad hunc effectum recurrūt. Explicite autem ſicut in alijs diuinationibus ⁊ incantationibus contingit.

Universidad de Deusto Biblioteca



**Spectacula** Impudica/crudelia aut irreligioſa abſqꝫ peccato non
ſiunt. Et ſi notabiliter admixtum horum aliquid
habeant/mortale peccatum ſine dubio incurritur
a facientibus ꝛ precipientibus illa.
¶ Spectãtes autem ſi delectantur huiuſmodi ma-
lis/proculdubio peccãt mortaliter: delectatio enĩ
de peccato mortali/peccatum eſt mortale. Si autẽ
preter opinionem occurrit hec ſpectare que non
placent: quilibet de ſeipſo rationem reddat quare
non receſſit. ꝛ cõmuniter videtur veniale in huiuſ-
modi caſu/ſecluſa ratione ſcandali.

**Sponſorum** Per verba de futuro/pec-
cata triplicia ſunt.
¶ Primo in ipſo contractu ſponſaliũ. Et tunc pec-
catur/aut quia ficte contrahuntur: ſcilicet intentio-
ne non contrahendi ſponſalia ſeu non ſeruandi fi-
dem: ꝛ eſt peccatum mortale pernicioſi mendacij.
Aut quia clandeſtine ſiunt. ꝛ videtur etiam pecca-
tum mortale/ſicut de contractu matrimonij dictũ
eſt: q̄uis minus graue ꝙ contractus clandeſtinus
matrimonij. Aut quia pena apponitur quaſi pena
conuentionalis/contra prohibitionem iuris cano-
nici in ca. gemma. de ſponſa. ꝛ eſt peccatum venia-
le ſi deſit contemptus: preter hoc ꝙ pena appoſi-
ta nulla eſt: quia coniugia debent fieri libere.
¶ Secundo in diſſolutione ſponſaliũ. Et tunc pec-
catur peccato perfidie: quum ſcilicet abſqꝫ ſufficiẽ-
te cauſa promiſſa fides non ſeruatur. Et eſt perfi-
dia huiuſmodi/mortale peccatũ etiam ſi periuriũ
non interueniat: quia eſt iniurioſa proximo.



¶ Tertio peccatur in vſu: vt ſi impudicis actibus
vacent ſponſus ꝛ ſponſa. Sunt enim impudicitie
mortalia peccata in ipſis in omnibus caſibus in
quibus apud coniugatos ſunt mortalia: ꝛ tanto
grauiora quanto adhuc neutrius corpus eſt alte-
rius/ſed promiſſum tantum. Oſcula tamen ꝛ am-
plexus inter ſponſos beneuolentie cauſa/nõ ſunt
peccata: vt patet. Si vero delectationis cauſa ſiũt
affectu maritali inchoante/abſqꝫ impudicitia ta-
men venialia ſunt: quia ſicut ſponſa inchoatiue eſt
ſponſi: ita delectatio venerea cõiunctionis carna-
lis inter eos/inchoatiue permittitur inter eoſ-
dem: conſtat autem oſcula delectationis cauſa fa-
cta/non niſi inchoationem veneree delectationis
importare.

**Stuprum** /Quo mulier virgo ex-
tra matrimoniũ deflo-
ratur: peccatum mortale eſt propriam
conſtituens ſpeciem. Notanter autẽ di-
xi mulier: quia licet virginitatis virtus communis
ſit vtriuſqꝫ ſexui: ſtuprum tamen proprium eſt mulie-
ris. vir enim virgo extra matrimonium primo con-
cumbens non peccat peccato ſtupri: quia non ad-
ditur ſpecialis deformitas ſicut in muliere.

**Superbia** /Qua quis ſeipſuꝫ
exaltat ſeu ſupra ſe-
ipſum it: peccatuꝫ eſt: quia contra re-
ctam rationem eſt: vt aliquis ſupra
id quod eſt ſeipſum habeat/tam in
actũ eſtimandi ꝙ eligendi.

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Inuenitur autem ſuperbia dupliciter: vel con
ſummata vel imperfecta. Superbia conſummata
eſt. quum quis adeo ſeipſum magnificat vt ad hoc
perueniat quod nolit ſeipſum ſubijci diuine regu-
le. Et hoc eſt peccatum mortale maximum: vt pꝫ
quoniam nolle ſubijci diuine regule/contemptus
diuine diſpoſitionis eſt.

¶ Spargitur autem huiuſmodi conſummata ſup-
bia per quatuor ramos qui ſpecies eius vocantur.
Quarum tres per bona que quis habet tripliciter
diuerſificantur: ſcilicet aut quum quis ita ſe extol
lit acſi non haberet bona a deo/aut acſi ex ſuis me
ritis adeo haberet/aut ſi ſingulariter deſpectis a-
lijs haberet/⁊ demum ſi per bonum quod non ha
bet ita extollitur acſi illud haberet. Conſummata
namqꝫ ſuperbia in primo contemnit deum benefa-
ctorem: in ſecũdo diuinaꝫ gratiam: in tertio multi
plicationem diuine largitatis in alijs: in quarto di
uinam miſerationem: dum ex faſtidio ſubiectiõis
ad diuinam diſpoſitionem in hec ducit.

¶ Superbia vero imperfecta: qua ſe homo magni-
ficat in ſuo affectu/non tamen vſqꝫ a deo vt velit ſe
non ſubditum deo ⁊ omnibus quibus oportet de
neceſſitate ſalutis ſe ſubijci: in hec eadem imper-
fecte tamen ducit quod melius ex effectibus diſcer
nitur ꝙ ex proprijs actibus. Nam qui ita irreligio
ſum ⁊ ingratuꝫ ſe exhibet acſi non accepiſſet a deo
omnia que habet: ſuperbum habet iuxta primam
ſpeciem affectum: ex ſimili quippe effectu apoſto-
lus inquit: quid habes quod non accepiſti: qd glo-
riaris quaſi non acceperis: vbi ex effectu glorie ſu



perbia interior monſtratur/quaſi non acceperit.
Similiter quum quis affectum quaſi ſecurum de
bonis que habet/aut querulum de bonis perdi-
tis ad admiratiuum ꝙ non exauditur adeo habet
in ſecunda eſt ſuperbie ſpecie: quoniam quaſi debe
ri ſibi hec exiſtimat talis. Qui ꝟo alijs ſeipſum pre
fert et pronus eſt ad videndum imaginatione vel
mente aliorum defectus/ad ſua mala excuſandum
ad aliena ponderanda: in tertia eſt ſuperbie ſpecie
qua magnum ſe vult quaſi ſolum magnum. Qui
demum parum ſolicitus de celeſti patria/de mem
bris chriſti/de ſatiſfactione peccatorum/dies ſuos
pertranſit quaſi ſomnians aut parum vigilans: ſu
perbus eſt iuxta quartaꝫ ſpeciem: eſt enĩ quaſi exi-
ſtimans immo preſupponens ſe ciuem celeſtem:
dei amicum/filium/membrum: quuꝫ negligentia
⁊ incuria huiuſmodi non ſint teſtimonia taliuꝫ do
norum in anima: operatur enim magna dei amor
ſi eſt.

¶ Et ſimiliter in ordine ad primos cruditas ani-
mi/incompaſſio ad alios intollerantia iniuriaꝝ im
patiẽtia/egre ferre ſe deſpici/indignatio/⁊ hmõi/
monſtrãt hominẽ plus de ſeipſo ſentientẽ ꝙ ſit ꝑ
quãto tñ ſe quis hꝫ vt maloꝝ pene particeps eſſe
quaſi non poſſit aut debeat.

¶ Sunt aũt hec ⁊ multa alia q̃ imperfecte ſunt ſup
bie cõiter venialia pctã ꝑpter imꝑfectionẽ actus
dum ꝑ modũ paſſionũ occurrunt abſqꝫ iniuria dei
⁊ primoꝝ. Impediunt tñ hmõi pctã valde vitam
ſpũalem: vtpote ex genere ſuperbie exiſtẽtia: quũ
ſcriptum ſit/ſuperbis deus reſiſtit.

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Et hec dicta ſint non ſolum ad diſcernendum inter ſuperbiam conſummatam ꝛ imperfectam: ſꝫ ꝑ confeſſoribus perſonarū violentium proficere ad vitā ſpūalem. Quandoquidē redeuntibus ad deū quod vltimo relinquendum ſupereſt peccatū/ſupbia eſt: difficillime enim eradicatur.

Superſtitio Qua circa diuinū cultum erratꝰ peccatum eſt: vt patet.

¶ Sed quia quattuor ſpecierum ipſiꝰ due ſunt tractate (ſcꝫ diuinatio ꝛ idolatria) nūc relique due/que ſunt indebitus cultus veri dei: ꝛ obſeruatio quarundem rerum/actuum/temporum/locorum ꝛc. tractande ſunt.

¶ Supſtitio igiť exhibens vero deo indebitū cultū/dupliciť inueniť. Aut enī exhibet cultū indebitū q: ꝑniciosuꝫ aut q: ſupfluū: ſcriptū eſt enī veri adoratores adorabūt in ſpū ꝛ veritate. Cultus ꝑnicioſus eſt ↄtra veritatē: cultꝰ ſuperfluus recedit a ſpū. Eſt aūt cultus ꝑnicioſus ↄtra fidei veritatē/nō ſolū ſi q̇s iudaicis cerimonijs mō coleret deū ſignificantibꝰ xp̄m incarnandū/aut maumetano ritu coleret deū (vtpote in ꝑſona eccl'ie faciens ↄtra ordinationē eccl'ie: ac ꝑ hoc falſarius in cultu) ſꝫ etiā ſi quis falſas ſanctorum reliquias colēdas proponit. Offerentes/quoqꝫ votiuas ſtatuas ſeu imagines miraculorū ſeu bñficiorꝫ falſorꝫ crucifixo ſeu beate virginis imagini lucri grā (vt ſcꝫ inde ꝓuocati alij ad offerendum ſimilia concurrant aut emant) ſupſtitionē falſi cultꝰ diuini incurrūt: q: falſus eſt hic cultus: vtpote ſignificās quod nō eſt. Et peccant



mortaliter: quia irreuerentiam notabilem deo inferunt in actu colendi deum quantum eſt ex natura actus. Quamuis enim ex intentione offerentiū non fiat machinatio contra diuinam reuerentiam ſed ad lucrum vel aliquid huiuſmodi: ex natura tamen operis contra diuinam agitur reuerentiam. Sicut enim in periurio inducitur ex natura actus deus quaſi teſtis falſitatis/quamuis periurās nō credat deum teſtari falſum/nec intendat quod deꝰ atteſtetur (quia atteſtaretur contra ipſum periurum) ita hic ſuperſtitioſus vtitur deo tanq̄ colendo falſitate ſeu falſo cultu quantum eſt ex natura cultus: q̄uis ſciat quod deo non placet/nec intendat deum ſed homines fallere. ꝛ ppterea ſicut ibi eſt peccatum mortale ex ſuo genere/ita ꝛ hic.

¶ Superſtitio autem diuinum cultum indebituꝫ quia ſuperfluum exhibens: ſi contemptus ꝛ ſcādalum deſit/peccatum eſt communiter veniale: quia non contra ſed preter diuinam reuerentiam hoc eſt. Et appellatur cultus ſuperfluus ſecundum ſe quicquid in eo fit non ordinatum ad interiorēꝫ cultum qui eſt cultus ſpiritus. Unde actiones aut iucunditates q̄ ſolū ad exteriora vtiles eſſent ad ſupfluuꝫ cultū ſpectant. Scđm vero ſtatuta eccl'aſtica quicq̇d in eo diciť aut fit ſupra rubricas ſeu ſtatuta: vt ſi dicať bis alleluya vbi ſemel ſcriptum eſt. ꝛ ſi fit in miſſa crucis ſignū vbi non mādatur fieri. ꝛ ſi plures accoliti aut cātores q̄ ↄſuetū ſit pareť.

Superſtitio Autem obſeruationū quadrifariam perita eſt.

Et prima eſt ſupſtitio obſeruationū artis notorie

Universidad de Deusto Biblioteca



qua certa ieiunia ⁊ orationes ſiunt ſecundū inſtitu
ta illius artis ad acquirendū ſcientiaȝ per infuſio
nem. Et hec ſuperſtitio eſt peccatū mortale ꝓpter
initā ſocietatē cum demone/de cuius inſtitutione
hec ſeruantur: ⁊ inutiliter: quia demonum non eſt
infundere ſcientiam animabus noſtris.

¶ Secunda eſt ſuperſtitio obſeruationum vtēdo
lapidibus/herbis/lignis/animalib⁹/imaginib⁹/
carminibus/ritibus ad faciēdum aliquid: puta ſa
nandum dolorem capitis/curandum caballum/ſi
ſtendum ſanguinem/medendum vulnus ⁊c. Et de
hac dictum eſt ſuperius quum de incantatione di
ctum eſt, vide ibi.

¶ Tertia eſt ſuperſtitio obſeruationum ex preſa
gijs futuroꝝ bonorum vel maloruȝ conceptis pro
pter incidentia: vt ſi ſternutare cōtingit ſurgentē/
redire ad lectū: ſi offendere ante hoſtium exeuntē/
redire domū: ⁊ ſic de infinitis huiuſmodi vanitati
bus. Et ſi hec quidē ſiant aut vitentur, vt cōmuni
ter videt fieri/q: ſcilicet timēt homines ſignificari
aliquid mali ex neſcio qua cauſa: peccatuȝ veniale
cōmuniter videt: q: licet appareat multa horū ad
gentilitatis ſuperititiones olim ſpectaſſe: quia ta
men nunc non vt inſtituta religionis hec ſumunt/
ſed tanq̄ quaſi experta aut ſolita ex maiorum tra
ditione hec habentur/inter alias hominū vanita
tes cōputanda hec ſunt. ⁊ tolerari poſſunt/quum
nulla adeſt comes ſiniſtra intentio.

¶ Et ſcias ꝙ poteſt homo q̄nq3 abſq3 omni pecca
to ex aliquo preſagio cauere prudēter ab imminē
tibus/dubitando ne preſens occurſus ſit ſignum



futuri: ex communi vtriuſq3 cauſa celeſti vel etiam
diuina prouidentia: ſicut de ſomniorū obſeruatio
ne ⁊ diuinatione dictū eſt. Et ſiquis cadens corpo
raliter/timeat aliquem caſum ſibi futuruȝ in ſtatu
vel honore ⁊c. propterea tamen nō deſiſtat ab ope
ribus prudenter agendis/ſed cautius vigilet ⁊c.
Poteſt enim eſſe vt iſte caſus effectus ſit cauſe futu
ri caſus: ⁊ propterea ſignificet illum.

¶ Quarta ſuperſtitio eſt obſeruationū in verbis
aut rebus ſacris portandis/dicendis/vtendis: ad
iunctis aliquibus conditionibus non malis qua
rū ratio neſcitur: vt patientes ſpaſmum neruorū/
primo carlino oblato chriſti cruci in paraſceue vtū
tur pro remedio/cōfecto ex illo anulo: ⁊ ſic de ſimi
libus. Quantū enim apparet in huiuſmodi ſuper
ſtitio interuenit: q̄m vane conditiones apparent.

¶ Si tamē ex mera deuotione fiunt: ⁊ nō niſi a deo
intendant ⁊ expectent effectum/putātes deum in
ſpiraſſe alicui ſancto viro huiuſmodi cōditiones:
nō audeo damnare: ſed tolerabile mihi videtur.

**Suſpenſio** Una ex cēſuris eccleſiaſticis
(qua homo a iure ſeu a iudi
ce excluditur ab executione ordinis vel officij ec
cleſiaſtici) pena eſt/non culpa: incurritur tamē cō
muniter propter culpam. Non oportet autem pec
care mortaliter ad hoc vt incurratur ſuſpenſio: ſed
pōt ex ſolo veniali peccato incurri ſuſpēſio. Quod
ex eo patet/ꝙ excōmunicatio minor poteſt incur
ri ex ſolo veniali peccato: conſtat autem excommu
nicationem minorem a maximis excludere/ſcilicet
ſuſceptione ſacramentorum omnium que ſunt ⁊

Universidad de Deusto
Biblioteca



maxima bona ſpiritualia ⁊ maxime neceſſaria ad
humanā ſalutem ⁊c. Suſpenſio igitur ab exequu
tione ordinis vel beneficij/vel ab ingreſſu eccle-
ſie/vel a ſolennitate diuinorū/vel ab omnibus his
⁊ ſimilibus excludens: non eſt tante malignitatis
vt ſupponat vel ferat ſecum peccatū mortale ſicut
excommunicatio maior.

¶ Et poteſt ſuſpenſus abſolui ab excōicatione
maiore ⁊ minore ⁊ a peccatis/⁊ cōmunionē ſumere
⁊ poſtea abſolui a ſuſpenſione: quia ſuſpenſio non
operatur niſi ad limites ipſius: hoc eſt q: ſi ſuſpen
ſio eſt ab ordine/non excludit niſi ab his que ſunt
ordinis: ſi ē a iuriſdictione/nō excludit niſi ab his
que ſunt iuriſdictionis: ⁊ ſic de alijs: ⁊ propterea
reliqua ſunt licita.

¶ Caſus autem in quibus incurritur ſuſpenſio/
multi valde ſunt. Et quia ſolos clericos proprie tā
gunt: ipſi de ſeipſis loquantur.

**Suſpitio** Qua ex leuibus indicijs malam
de proximo opinionē habem⁹/
peccatum eſt: quia actus eſt volūtarius a recta ra
tione diſſonās. non enim ex leuibus moueri in ani
mo noſtro debemus contra noſtros proximos: eſt
autem nonnulla iniuria/mala opinio abſq̧ ratio-
nabili cauſa.

¶ Et quoniam ſuſpitio ambiguitatem quandam
in ſeipſa claudit: ideo q̄diu infra ambiguitatis lati
tudinem manet quātuncunq̧ creſcat/nunq̄ eſt iu
dicium: quod diffinitiuam determinationē ſonat:
ac per hoc quantuncunq̧ ſuſpitio ſit temeraria ⁊
vehemens/⁊ eſtimatio firma: nunq̄ eſt peccatum



mortale: quia non eſt iudicium temerarium/ſed eſti
matio temeraria. quia non interuenit tunc comple
te contemptus proximi: dum non prorumpitur in
diffinitionem. Si enim proximum complete deſpi
ceret/prorumperet in diffinitiuam ſententiam: ⁊ di
ceret in ſeipſo/ioannes eſt peruerſe mentis: ⁊ non
diceret in ſeipſo/quantum mihi videtur ioannes
eſt peruerſe mentis: hoc enim eſt ſuſpicantis/illud
iudicantis. Unde iudicium temerarium de ſcelere
perſonali proximi/eſt peccatum mortale: ſuſpitio
autem temeraria quantūcunq̧ vehemens/eſt pec
catum veniale.

**Suſurratio** (Hoc eſt obloqu
tio ad amicitiā tol
lendas inter aliquos) peccatū eſt mor
tale ex ſuo genere: quia tendit ad no-
cendū proximo: vtpote tollere volēs
maximum bonum ſcilicet amicum. Et eſt grauius
peccatum q̄ contumelia ⁊ detractio: quanto ami-
citia melior eſt fama ⁊ honore.

¶ Contingit tamen ſuſurrationem eſſe peccatum
veniale propter imperfectionē actus. vel ex parte
intentionis: quia non intendit contra amicitiam/
licet materialiter dicat aliquid prouocatiuum con
tra amicū. Et hoc niſi ex grauitate nocumēti act⁹
redeat in naturam ſue ſpeciei: quia tunc eſſet pec-
catum mortale: vt de detractione materiali dictum
fuit. Uel ex parte eius quod dicitur: puta quia mi
nimum eſt ad prouocandū contra amicum. Uel ex
parte modi/quia ioco ſe dicitur ⁊ non ſerio. Com-
muniter enim hec ſunt venialia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



**Temeritas** (Qua abſq; ratiōe re
gulante opera fiunt)
manifeſte peccatum contra conſilij ratio
nem eſt.

¶ Et dupliciter inueniri cōſueuit. Uel ex impetu
appetitus paſſiōe affecti: vt apparet in iratis. Uel
ex cōtemptu regule directiue: vt patet in ſuperbis:
deſpiciētibus aut quaſi deſpicientibus ſubijci alie
ne regule/ et temere propterea agentibus ea que ſe
ciſſe poſtea penitet.

¶ Eſt autem peccatum veniale vel mortale teme
ritas ſecundū ſubiectam materiam. Si enim iocoſa
aut officioſa eſt materia/ veniale peccatum eſt. Si
autem pernicioſa/ peccatum mortale eſt: quia con
tra dilectionem dei aut proximi eſt.

**Tentatio** Dei (qua homo explorat diui
nam potentiam/ ſcientiaʒ vel vo
luntatem) peccatum eſt mortale ex ſuo genere: qꝛ
irreuerentiam exhibet diuine excellentie/ dubitā
do de illa. Et hoc intellige formaliter: hoc eſt de tē
tatione dei ex intētiōe tentādi deū: quemadmodū
de ceteris vitijs formaliter doctrina intelligēda ē.

¶ Aduerte tamen hic duo. Primum eſt ꝙ circa vo
luntatē dei aliud eſt querere humiliter a deo inſtru
ctionem quid circa aliquid particulare velit ex ali
qua rationabili cauſa: et aliud eſt querere a deo in
ſtructionem ſeu notitiam eiuſdem abſq; rationabi
li inquirendi cauſa. Primum enim ad charitatem
humilitatem/ ac prudentem religionem ſpectat: et
propterea liceret petere ſignum ad hoc oportunū.
Secundū autē ad irreuerentiam diuinam ſpectat:
ſi enim



ſi enim diuine excellentiam voluntatis homo reue
reretur. non niſi ex rationabili cauſa preſumeret
querere ſecretum illius velle noſſe/ Ut experimur
in hominibus: nullus enim abſq; irreuerētia prin
cipis querit abſq; rationabili cauſa a pncipe quid
ipſe velit: ſicut nec quid ſciat aut quid poſſit.

¶ Secundum eſt ꝙ tentare deuʒ materialiter (hoc
eſt nō intentione explorandi diuinum poſſe/ noſſe
aut velle) non eſt peccatum mortale: niſi magnitu
do ſeu qualitas tentationis reducat actum in natu
ram ſue forme: ſicut de alijs peccatis dictuʒ eſt. Eſt
tamen dei tentatio materialiter tantum/ imperfe
ctum quid in ſpecie tentationis: et ideo venialis
eſt propter imperfectionem actus: ex parte for
me. Poteſt etiam eſſe venialis: propter actus:
imperfectionem ex parte actus: vt in primis mo
tibus.

**Teſtimonium** Falſum in iudicio/ pec
catuʒ eſt ex ſuo genere
mortale: quia iniuſtum. Negare quoq; teſtimoniuʒ
ſi articulus neceſſitatis viget peccatum eſt morta
le: vtpote in damnum proximi vel communis boni
cedens. preceptum enim affirmatiuum de ferendo
teſtimonio/ pro loco et tēpore obligat: et propterea
ſi tunc non vult homo parere perhibendo teſtimo
nium neceſſarium/ non excuſatur a mortali. Extra
iudicium autem falſum teſtimonium iudicatur ſi
cut mendacium.

**Timor** Nullum eſt ſecundum ſe peccatum.
Poteſt tamē multipliciter fieri petm̄
et ex modo timendi: puta ſi plus aut minus timeat

Universidad de Deusto Biblioteca



ꝙ oportet. Et ex collatione vnius timēdi ad aliud timēdū. Et hoc eſt q̄ꝫ mortale: vt ſi plus timeatur occiſio corporis ꝙ mors anime: plus timeatur ira principis ꝙ ira dei: ꝛ ſic de ſimilibus.

¶ Ponitur quoqꝫ ſpeciale peccatū timor pro triſtitia de bono alterius quia nociuum eſt mihi aut alijs / ſi temerarius eſt timor: nam ſi veritati aut rationabili eſtimationi innititur: nullum eſt peccatū moderata triſtitia de alterius proſperitate ex qua bonorum oppreſſio venit.

**Torneamentum** (hoc ē ludꝰ: q ad oſtentationem virium ꝛ audacie milites multi ex ꝯdicto conueniunt ꝛ cōgrediuntur temere / ita vt ſepe mortes hominum inde prouentāt) peccatum eſſe mortale conſtat ex admixta pernicie vite humane / ſiue in effectu ſiue ī periculo frequēti / abſqꝫ rationabili cauſa. Unde tales ibi vel propterea mortui carent eccleſiaſtica ſepultura etiam ſi ad penitentiam conuerſi fuerint: vt canonica iura diſponunt.

**Tyrannis** Qua reſpublica occupat (vel q̄tū ad dominiū: vt cōtingit his qui ſe vi dn̄os ꝯſtituūt. ſiue immediate ſiue mediante coacto ꝯſenſu ſubditorū. Uel q̄tū ad affectū modūqꝫ regiminis: vt cōtingit his qui ꝙuis veri ſint domini / nō querunt publicum bonum ſed proprium) eſt peccatuꝫ mortale grauiſſimum: vtpote cōtra bonum publicum. Et tanto peius quanto remotius eſt a penitē



tia: regnandi ſiquidem amor tantus eſt: vt nō permittat tyrannum quo ad dominiū / ꝯuerti ad penitentiam: vtilis quoqꝫ boni proprij amor radicatus difficillime euelli poteſt.

**Sed nūquid** Gubernāte tyranno (qui ſcilicet non habet legitime dominium ſed tyrannice occupat illud) peccēt illi qui recurrunt ad ipſum pro iuſtitia: quia inducūt illum ad actum quem non poteſt licite exercere.

¶ Reſpondetur ꝙ excuſantur a peccato inducendi tyrannum ad actum ꝛ opus ſibi illicitum petentes ab illo iuſtitiaꝫ: quia non petunt actum illicitū ſed iuſtitiam actus illi illiciti. Sicut enim luxurioſo ſancte conſulitur vt non adulteretur ſed fornicetur / hoc eſt minus malum committat: quia ſubintelligitur ſi luxuria vti vis: ita occupatori dominij ſancte ſuadetur ꝙ minus male vtatur dominio illo conſtat autem ꝙ minus male vtitur qui vſurpato dominio vtitur in actibus ꝛ operibus alias iuſtis ꝙ ſi in actibus aut operibus aut etiā omiſſiōibus iniuſtis ꝛ pernicioſis reipublice aut particulari pſone vteretur. Eadem autem ratio eſt de ſuadente ꝛ petente. Et propterea pie interpretande ſunt petitiōes tam iuſtitie ꝙ honeſte gratie que offerunt tyrannis: ſcꝫ ſi vis / ſeu ex quo vis detinere ꝛ exercere hoc dominiū: vtere illo iuſte / vtere honeſte / vtere pie / vtere ad vtilitatem publicam ꝛ priuatorum prout deceret dominū. Atteſtatur quoqꝫ hoc eſſe licitū cōis vſus oīm qui ſub tyrannis ꝛ dubijs dominis degunt: dum abſqꝫ conſcientie ſcrupulo paſſim omnes ad tyrannos ꝛ dubios dominos recur

runt acſi eſſent domini. Hoc enim ſignum eſt illi-
tum eſſe hunc ad tyꝛannos recurſum: quia alienū
a ratione eſt vt omnes (inter quos ſunt viri pbi)
errent/peccent abſq; remoꝛſu conſcientie. Atteſta
tur etiam ſupꝛadicte pie interpꝛetationi intentio
recurrentium ad tyꝛannos. conſtat nanq; ꝙ non in
tendunt ipſi petere vt tyꝛannus vtatur tyꝛānide/
vt vſurpet actum iudicij: quoniam mallent vt cede
ret tyꝛannidi ⁊ iudicio: ſed ex quo vſurpat ſibi do-
miniū ac iudiciuꝫ/intendunt vt iuſte vt pie vtatur
vſurpato dominio ⁊ vſurpato iudicio. Et quod in
tendunt hoc petunt. ita ꝙ nec intendunt nec petūt
actum vſurpatum: ſed qualitatem ſanctam in actu
vſurpato exercendo.

VEctigalia Iniqua non ſolum
ſunt que imponunt
a non habentibus poteſtatem/vtpote
tyꝛannis: ſed que ex foꝛma vel ex fine
aut ex abuſu aut ex materia cōſtat eſſe
iniqua.

¶ Et ex foꝛma iniuſta vectigalia ſunt/que equali
tatem pꝛopoꝛtionalē non continent: ſed plus gra
uant minus grauandos: ſicut enim cōmunes ho-
noꝛes equalitate pꝛopoꝛtionali diſtribuendi ſunt/
vt dignioꝛes plus honoꝛentur ⁊c. ita onera cōmu-
nia ſic diſtribuēda ſunt/vt ſecundū ratā a quolibet
tollerent. ⁊ pꝛopterea iniuſta ex foꝛma ſunt vecti-
galia q̄ onerant impꝛopoꝛtionaliter: hoc eſt plus
grauant minus grauandos. Et hec manifeſte vi-
dentur que pꝛo his q̄ vehuntur ad vſum pꝛopꝛiū/
exigūtur: qm̄ radix vſus eſt indigentia. ita ꝙ quāto



homo magis indiget/magis vtitur: qui enim plu-
res habet filios/plus indiget ac per hoc plus vti
tur: ⁊ ſic conſequēter plus ſoluit vectigalis: ac per
hoc de pꝛimo ad vltimū qui plus īdiget/plus gra
uatur vectigali: quod eſt iniquū. Gabelle igit̄ pꝛo
his q̄ deferuntur pꝛo vſu pꝛopꝛio/inique ſunt: ⁊ ſe
cunduꝫ leges ciuiles (codi. de vectiga. l. vniuerſi)
pena capitis plectendi ſunt exigentes tā pꝛo his q̄
deferuntur pꝛo vſu: q̄ꝫ his que deferūtur pꝛo ſemi-
nando/q̄ꝫ his que deferuntur ad fiſcum. Unde hu
iuſmodi vectigalia non tenētur homines ſoluere.
¶ Sunt quoq; iniqua ex fine vectigalia/que non
pꝛo publica vtilitate ſed pꝛo bono pꝛopꝛio pꝛinci-
pis imponuntur. Nec obligantur ſubditi ad ſoluē
dum huiuſmodi vectigalia: quoniam tyꝛānica non
politica ſunt huiuſmodi vectigalia ex ꝓpꝛio fine.
¶ Sunt etiam violenta ac iniqua ex abuſu vecti-
galia impoſita rite pꝛo tēpoꝛali neceſſitate/puta
pꝛo muris ciuitatis conſtruendis: ſi poſt comple-
ta menia perſeuerat illoꝛum vectigalium exactio
quia pꝛinceps ſic vult. Uiolente nāq; rapine ſunt
manifeſte: ⁊ pꝛopterea nō obligant in foꝛo conſciē
tie. Similiter non obligant ſi impoſita ſunt pꝛo cō
ſtruendis muris/⁊ tamen non applicantur ad mu
ros conſtruendos niſi pꝛo foꝛma: ſed inburſantur
a pꝛincipe aut rectoꝛibus. Et breuiter ſi non fit id
pꝛo quo īpoſita ſunt vectigalia: iniqua ſunt ex abu
ſu/⁊ fraudes aut rapine ſunt; nec tenentur ſubditi
ſoluere in foꝛo conſcientie.
¶ Reputantur quoq; ex ciuili iure iniqua vectiga
lia ex materia/quecūq; imponunt̄ ſup alijs q̄ ſup

his que cauſa negotiationis vehuntur. C. de vecti
gal. l. omniuꝫ. Et extenditur negotiationis nomē
in propoſito ad venalitatem: ita ꝙ que deferūtur
ad vēdendū/ſunt materia vectigaliū: reliqua que
pro vſu ſuo ⁊ familie ſue deferūtur/exempta ſunt
a vectigalibus licitis. Unde non ligant in foro con
ſcientie huiuſmodi illicita vectigalia ex materia.

¶ Iuſtoꝝ autē vndiq̄ (ſcilicet ex agente/forma/
fine/vſu/ac materia) vectigaliū fraus peccatū eſt
mortale ex ſuo genere: vtpote nocumentū inferēs
reipublice/⁊ ad furti vitium ſpectat. Ita ꝙ pecca-
tum mortale interuenit in hac ſubtractione nō ex
inobedientia precepti obligantis ad mortale/nec
ex vinculo pene appoſite cōtra tranſgreſſores: ſed
ex natura debiti reipublice nō ſoluti/quomodocū
q̄ ſonet ſtatutū: quia eo ipſo ꝙ vectigal iuſtum eſt/
tollit homo fraudulenter reipublice quod ſuū eſt.
Nec refert an reſpublica ꝑ ſuos miniſtros ſibi exi
gat/an per eos quibus ipſa vendidit: qꝛ vectigal
reipublice ſoluitur/cuicunq̄ ſoluatur: ⁊ a republi
ca tollitur/quandocūq̄ non ſoluitur: ⁊ nihilomi-
nus iniuria fit illi qui emit tāq̄ ſubrogato. Nec ex
cuſat fraudeꝫ a peccato mortali/quia inſtitutores
vectigaliū ⁊ emptores precognoſcūt ꝙ fient mul
te fraudes abſq̄ reſtitutione niſi comperiātur in
facto fraudis: ſicut nō excuſant diſpēſatores rerū
cōmunitatis aut domini aut ciuis a crimine furti/
ex hoc ꝙ cōmunitas aut dominꝰ aut ciuis preſcit
huiuſmodi ſuos diſpenſatores fraudulentos eſſe:
ſicut nec iudas excuſat a furto ex loculis/ex eo ꝙ
dominus precognoſcebat ꝙ fur erat. Inſtitutio



enim ⁊ venditio ⁊ emptio vectigalium intelligitur
ſcdꝫ id qđ debitū eſt. Et licet neceſſe ſit vt fraudes
eueniant: ve autē homini illi per quē fraus venit.

**Occurrunt** circa vectigalia adhuc quin-
q̄ notanda.

¶ Primum circa authores. Nam ſecundū canoni
ca iura extra. de verbo. ſignifica. ſuper quibuſdaꝫ.
declaratur illa eſſe pedagia/ſalinaria ac guidagia
interdicta: q̄ non apparent imperatorū vel reguꝫ
vel lateraneñ. concilij largitione conceſſa/vel ex
antiqua cōſuetudine a tēpore cuius non extat me-
moria/introducta. Ita ꝙ quantū eſt ex parte au-
thoris quattuor numerātur legitimi authores: ſci
licet imperatores/reges/vniuerſale concilium/⁊
antiqua conſuetudo ſine memoria initij.

¶ Et ſcito ꝙ ſub appellatione cōcilij includit papa
etiam ſolus: quia ab ipſo concilia authoritatē ha-
bent. Et ſimiliter ſub appellatione reguꝫ compre
hendi videntur ciuitates habētes merum ⁊ mixtū
imperium/non recognoſcentes ſuperioreꝫ aliquē
in temporalibus ſub quo ſint: quia eadem ratio vi
detur de iſtis ⁊ de regibus.

¶ Imponentes autem noua pedagia vel augētes
antiqua ſine legitima authoritate: peccant morta-
liter rapine crimine.

¶ Secūdū circa exactores. ꝙ exactores iniuſtoꝝ ve
ctigaliū: ſi ſunt iniuſta manifeſte/vel ex parte au-
thoris vel forme vel finis vel materie/vel abuſus:
⁊ breuiter quomodolibet ſint iniuſta manifeſte nō
excuſant ab iniquitate mortali. Si autē non ſunt
manifeſte iniuſta/ſed ī dubiū ab aliquibus vertū-

tur alijs affirmantibus iuſta: excuſari videntur ſub-
diti exactores: q: in dubijs obediētia excuſat. Qui
vero non ſunt ſubditi aut non ex obedientia faciūt
non debēt ſe periculo iniuſte exactionis exponere.
Et nihilominus memēto excommunicationis cō
tra exactores pedagiorum prohibitorum.

¶ Tertium circa exemptos a vectigalibus. Nā a
clericis ⁊ perſonis eccleſiaſticis ꝓ ſe aut rebus ſuis
quas non negociādi cauſa deferunt exigi nequeūt
vectigalia. ca. ꝙꝙ. de cenſibus. li. vj. Ubi habes cē-
ſuras eccleſiaſticas ſcʒ excōicatiōis ꝯtra ſingulares
perſonas / ⁊ interdicti ꝯtra communitates / donec
extorta reſtituerint.

¶ Quartum circa preſumptionem iuris de vecti-
galibus: quia in capitulo ꝙꝙ. de cenſibus in. vj. di-
citur. ꝙꝙ pedagiorum exactiones tam iure cano-
nico ꝙ ciuili regulariter merito ſint damnate. Ex
hoc nanqꝫ textu apparet quod communiter vecti
galia que et pedagia vocantur / ſunt damnata. Et
intelligo hoc verificari propter materiam / quia li-
mites negociationis excedunt: et propter formas
quantum ad immoderatum valde grauamen: ⁊ ꝓ
pter nouitatem: et propter iniuſtam cauſam aut
in principio aut in proſequutione. tot nanqꝫ con
ditiones exiguntur ad iuſta vectigalia / vt difficile
forte ſit inuenire vectigalia iuſta: et propterea
merito damnata regulariter dicuntur vtroqꝫ iure
humano. Exigitur ſiquidem ad iuſtitiam vectiga
lium primo legitima authoritas imponentis: de
quo dictum eſt. Secundo iuſta cauſa finalis / que
eſt ſolum bonum publicum. Tertio iuſta forma. et



vt non violetur iuſtitia diſtributiua / ⁊ vt non ſit im
moderatuʒ grauamen. Quarto iuſta materia: que
ſolū cōprehendit res negociatorias. Quinto iuſt⁹
vſus: vt ſcʒ fiat illud publicum bonum pro quo im
poſita ſunt. ⁊ demum ꝙ temporalia non prorogen
tur vltra ſuum tempus.

¶ Ubi nota ꝙ quia defectu actoris cenſentur illici-
ta ſi non apparet aliquis quattuor ſupradictoruʒ
autoruʒ (ita ꝙ non preſumitur pro iuſtitia vectiga
lium ex parte actoris ſed contra illam ſi non appa
ret: vt in dicto. c. ſuper quibuſdam / clare patet) ſi-
militer preſumendum videtur contra iuſtitiam ve
ctigalium ſecundum alias conditiones ſi non ap-
parent: tanto magis quanto regulariter dicuntur
damnata. Et hec dicta ſint: vt prudens cōfeſſor in
his que non apparent iuſta / non cogat penitētes
ad reſtituendum exactoribus vectigalium.

¶ Quintum eſt circa collectas. Prouerbium eſt.
facta lege / inuenta eſt malicia. Quia vectigalia que
pedagia dicuntur / ⁊ vulgo appellātur gabelle vel
doane ⁊c. tot laqueis ac damnationibus ſubſunt /
⁊ de facto exiguntur gabelle non ſolum pro merca
ture rebus ſed reb⁹ ad vſum: miſerti doctores mul
tarum animarum adinuenerunt ꝙ licet non poſ-
ſint per modum vectigaliuʒ imponi gabelle ꝓ vſu
poſſunt tamen per modum collecte imponi a com
munitatibus hoc adiecto moderamine ꝙ impo-
nant ſuis ſubditis tantum / ita ꝙ forenſes non te-
neantur.

¶ Sed diſtinctione hic opus eſt. Nam hac in re ali
quid eſt iuris ⁊ aliquid eſt facti. Spectat ſiquideʒ

Universidad de Deusto
Biblioteca



ad ſua an collecte hmōi ſint licite. Et ſiquidē verꝫ
eſt quod ibi dictum eſt (ſcꝫ ꝙ diſtributio onerum
communium commenſurata his que vehuntur ad
vſum eſt iniqua ex forma: quia plus indigens plus
vtitur ac plus grauatur) collecte iſte inique ſunt.
Apparet quoqꝫ alia iniquitas in iſtis: quia pro eiſ
dem rebus non negociatoꝛis eque grauatur pau
per ſicut diues. collecte nanqꝫ pro communi bono
grauantes ſingulos / deberet commēſurari perſo
nis iuxta earum facultates: ⁊ non quod tantū ſol
uat pauper quantum diues. Si tamen communi
tates ſibiypſis imponentes collectas non ad com
menſurandū ſolutiones rebus pro vſu vel nō vſu
ſed ꝑ expedienti ad quietem ⁊ pacem ciuium mo
do colligendi pecunias oppoꝛtunas / approbarēt
talē modum collectarum vt quilibet ipſoꝛum ſol
uat in poꝛta ſecundum ea que defert per poꝛtam:
non video damnationem aliquam quoniam ſi pro
communi bono quietis ⁊ pacis ſeipſos tali modo
grauare eligunt / nulli iniuriam faciunt. Et ad hoc
vt arbitratoꝛ tandunt doctoꝛes excuſantes huiuſ
modi collectas etiam pro his que deferuntur ad
vſum.
¶ Eſſent quoqꝫ in collectarum impoſitione ⁊ dura
tione / cauſe ſupꝛadicte; conſiderāde ex parte finis
⁊ vſus. quia fine illis non ſunt iuſte: nec obligant in
foꝛo conſcientie ad ſoluendum illas.
¶ Ad factū aūt ſpectat: an ſm veritatē iſte exactio
nes ſint collectaꝝ / an ſolo noīe ab excuſantibꝰ dicā
tur ꝑ modū collecte. Differētia ſiquidē inter colle
ctas ⁊ vectigalia eſt. ꝙ vectigalia imponunt oibꝰ



per poꝛtā aut paſſum ⁊c. vehentibus: ſiue ſint ſub
diti ſiue ꝑegrini: collecte aūt cātāt ꝙ ſoli ciues aut
ſubditi ⁊c. Et ꝓpterea quū cōſtet ꝙ oēs trāſeūtes
opꝫ ſoluere / cōſtat ꝙ nō collectā ſed gabellā ꝑ mo
dū gabelle impoſuerūt ⁊ exigūt. Et qd adhuc ege
mus teſtibꝰ: ſi etiā ab oibus gabelle vocent ita ꝙ
⁊ nomē ⁊ rē gabelle habēt: ac ꝑ hoc iniqtatē. Non
eſt igit ingerēdus cōſciētie ſcrupulus nō ſoluenti
bus huiuſmodi vectigalia taꝫ male excuſata ex co
loꝛe collectarum.

## Venatio

Secundū ſe nullū eſt pctm: q꞉ eſt
vſus naturalis dominij homini
pꝛeſtiti ſuper animalia.
¶ Per accidēs aūt eſt pctm multipliciter. Pꝛimo
ex incircūſpectione in actu venādi: vt ſi fiat cū peri
culo aut dāno ꝓximi: nō cōſiderando ſi homo peri
ti poſſit / aut ſi dānū inferat agris ſeu vineis ⁊c. Et
tūc iudicandū eſt pctm ſm temeritatē / periculum
⁊ damnuꝫ ſi emerſit.
¶ Scdo ex cōditione ꝑſone cui ꝓhibitū eſt venari
vt ſi ſit clericus. nā cuilibet clerico interdicitur ve
natio ⁊ ſiluatica fatigatio cū canibus ⁊ accipitres
aut falcones hēre ca. oibus. extra. de cle. vena. Et
conſtitutis in ſacris pena ſuſpēſionis imponenda
ſtatuit: ſi qs taliū ꝑſonaꝝ in hac voluptate vena
tionis ſepius detentus fuerit ibidē. ca. epm.
¶ Tertio ex cōditione tēpoꝛis: quia ſcꝫ venatio im
pedit a debito cultu deo tunc exhibendo: vt ſi quis
pꝛopterea omittat miſſam / aut ſeruitoꝛes ſuos
ad hoc occupando impediat audire miſſam. Et ſi
mile eſt iudicium de alijs diuinis quibus intereſſe

debet:iuxta doctrinam ambro. que habetur.xxvi. di.ca.an.putatis.

¶ Quarto ex immoderato affectu.ex quo capite fa cile omnia humana opera fiũt peccata.Exoſa aũt inuenitur venatio ſanctis hiero.ꝛ ambro.quia ad peccatum implicat:ꝛ forte ſpecialiter quia abdu cit dominos a neceſſariis expeditionibus:dñi pro pter venationes minorem gerunt curam ſubdito rum/ſubtrahũtq; ſeipſos reipublice:aut quia ani mum quaſi ferocem facit aut fouet in proſequutio ne ꝛ percuſſione animalium cuꝫ delectatione. Ex quocũq; autem accidente fiat mala venatio/certũ eſt non eſſe;malam ex ſuo genere:ac per hoc cõſtat eſſe licitam debitis adhibitis circunſtantiis.

¶ Efficitur quoq; quinto illicita venatio ſi propte rea dominus; priuat populum libertate capiendi animalia ſilueſtria que in nullius ſunt bonis/in lo co vbi conſueuerũt eſſe capientiũ:ita ꝙ nec ex par te animaliũ poſſeſſor aliquis damnificetur/nec ex parte loci alicui fiat iniuria. Huiuſmodi enim pri uatio tyrãnica eſt:vtpote cõtra bonum cõmunis li bertatis ꝛ vtilitatis propter bonũ proprie delecta tionis.ꝛ pernicioſa eſt/ſi penã notabileꝫ adiiciat. Secus auteꝫ eſt ſi ab antiquo cuius initii nõ extat memoria/venationes reſeruate ſunt domino. Et tunc etiam debet pena moderata eſſe.

**Venditio** Licet nullum ſonet peccatum: multis tamẽ modis peccatũ fit.

Primo ex quantitate pretii:vt ſi vendatur res plu ris ꝙ valeat:vel in ſe ſecundum communeꝫ eſtima tionem ſeu vſum/vel vendenti.nam licitum eſt ven



denti/pluris vendere ſi plus valet ſibi/non q: plu ris emit:ſed quia cõmoda ſibi tantũ eſt vt licet va leat decem/ſibi tamen valet viginti.

¶ Secundo ex fraude in ſubſtãtia rei:vt ſiquis vnã rem vendit pro alia.vt aquam pro vino:vt faciunt miſcentes vinũ in vegete.aut mel pro zucharo/vel fumũ terre pro reubarbaro ꝛc.vt faciunt mali aro matarii in confectionibus ꝛ medicinis ꝛc. Et hinc in multis artibus fraudulenta ac iniqua redditur venditio vendendo vnam rem in toto vel in parte pro alia. Et eſt ex ſuo genere fraus hec mortalis.

¶ Tertio ex fraude in qualitate rei:vt ſi vitioſaꝫ rẽ vendit pro nõ vitioſa. Eſt enim hic fraus ꝛ iniqui tas manifeſta. Secus autem ſi vend[illegible] rẽ (puta ca ballũ) vt eſt:explicãs ſe nolle ꝑ defectu teneri.tũc enim ſi non pluris vendit ꝙ in veritate valeat om nibus defectibus conſideratis:non peccat:ꝙuis emptor fallatur a ſeipſo/ſic ꝙ ſi ſciret tot defect⁹/ non emeret. Sed ſi vendit pluris ꝙ valeat in veri tate:peccatum eſt iniuſtitie in foro conſcientie. Et eſt mortale ex ſuo genere:quia nocumẽtum infert proximo iniuſte.

¶ Quarto ex fraude in quãtitate,menſure/ponde ris aut numeri:quod conſtat eſſe mortale.

¶ Quinto ex monopolio augmẽtatiuo pretii.nam ꝛ monopolium eſt prohibitum:ꝛ quantum de pre tio augetur ex monopolio tantuꝫ iniquitatis ap ponit pretio. Nec excuſantur hmõi mercatores ex conceſſione dominorũ:q: nec ipſi domini excuſan tur a rapina:vñ emptores coguntur emere tanto pluris q: nõ poſſunt aliunde emere. Eſt enim mo

Universidad de Deusto Biblioteca



nopolium huiuſmodi non ſolum in priuato2ū hoc
dammum:ſed communis libertatis offenſiuum. ⁊
ideo non eſt tollerandum.
¶ Sexto ex tēporis expectatione: vt ſi pluris ven-
dat ꝙ valeat/q2 nō nūc ſed poſt annū pretiū expe-
ctat. Eſt tū hic grano ſalis opus/primo ratione la
titudinis pretij. Nō enim cōſiſtit iuſtū pretiū in pū
cto:ſed diſtinguit̄ trifariā: aliud ſiquidē eſt piuм/
aliud moderatū/aliud rigoroſuꝫ. Hinc enim fit vt
res eadē in eodē loco ac tpe vendat̄ decē/vndecim
⁊ duodecim: ita ꝙ infra huiuſmodi latitudinem re
putatur pretiū iuſtū. Et ꝓpterea ſi vēditor ſoluēti
nūc dat pro decē/⁊ ſoluturo ad annū nō vult dare
niſi ꝓ duodecim: iniuſtus nō eſt: q2 non exit termi
nos iuſti ꝑtij. Sed ſi vellet quatuordecim/iniuſte
vēderet: ⁊ ad vſurā reducit̄: vt infra de vſura pate-
bit. Ex dicta aūt pretij latitudine ꝯtingit vt i eodē
die prudens negociator multū lucretur: emēdo in
pretio miti ⁊ vendendo in rigoroſo.
¶ Scđo ratione dubij. Nam ſiquis merces ſuas nō
eſſet in veritate nunc venditurus/ſed ſeruaturus
in tempus aliud in quo credunt̄ veriſimiliter plus
valiture ꝙ nunc: nō intelligitur vendere pluris il
lo pretio ſi pluris vendat ꝙ nunc valeant. Quod
poteſt dupliciter fieri. Primo vt vendat nunc pro
illo pretio quod tunc valebunt communiter ſiue
plus ſiue minus. Et hoc caret omni ſcrupulo. Se-
cundo vt ex nūc determinetur pretiū. Et ſic opor-
tet pretiū eſſe moderatū: ita ꝙ ſtet infra limites du
bij futuro illo tēpore pretij. Verbigratia: ſeruādū
frumentum ad menſeꝫ maij/veriſimiliter creditur



ꝙ valebit decem/⁊ ꝙ poterit plus aut minus vale
re/nunc vero valet octo: licitum eſt mihi qui ſerua
turus ad illud tempus eram vendere nunc deceꝫ/
ex quo veriſimiliter dubitatur ꝙ plus aut minus
tūc valebit: vt patet ī ca. nauigāti. extra de vſuris.
¶ Septimo ex pacto de retrouendēdo/ſi minoris
vendit ꝙ valeat: quia palliatur ſub venditionis no
mine mutui acceptio. Et tunc in venditore pecca-
tum eſt: pro quanto participat in crimine cum vſu
rario/ſi inducit eum ad hoc. Verum ſi iuſto pretio
venditur/⁊ adiungitur pactum de retrouenden-
do ⁊ interim locando eidem qui vendit ſub annuo
cenſu honeſto: cenſetur venditio licita cum omni-
bus adiectis pactis. Et fit frequenter huiuſmodi
venditio a conſtitutis in aliqua neceſſitate/nolen-
tibus tamen abdicare a ſe vſum illius agri ſeu do-
mus quam vendunt. Et ſi rationem queris/vide
commentaria noſtra in ſecundam ſecunde.
¶ Octauo ex loco vel tempore prohibitis: vt ſunt
tempus ſacrum/⁊ locus ſacer. Diebus namq3 fe-
ſtis deo dicatis non licet vendere niſi ad minutum
que ad cibum ⁊ potum ac medicinam vel ad articu
lum aliquem occurrentis neceſſitatis neceſſaria
ſunt. Tollerantur quoq3 illa que ex conſuetudine
nundinarum aut aliter currunt: vt diffuſe in verbo
feſti dies habes. In locis quoq3 ſacris (vt in ver-
bo immunitas habes) prohibitū eſt vendere eij-
ciente domino vendentes de templo.

**Vindicatio** Duplex inuenit̄. Prima que
exercet̄ ꝑ principē ſeu iudicē
contra malos. Et hec eſt opus iuſtitie ſanctum.

¶ Altera eſt que fit ſeu appetitur ab hoīe ꝑuato. Et hec licet poſſit eſſe iuſta: frequentiſſime tñ eſt mala ⁊ quātū ad affectū ⁊ quantū ad exercitiū. Nā quantum ad opus / vindicare ſe vel alios / eſt illicitū cuiſlibet ꝑuato: niſi quo ad actionē defenſiuā / qua vis vi repellere licet cū moderamine inculpate tutele: quia punire eſt actio habentis poteſtatem ſuꝑ eū qui punitur: ac per hoc eſt illicitū immo vſurpatuʒ ſi a non hñte ſuper illum poteſtatem vindicta fiat.

¶ Quantū vero ad appetitū / nullū eſt pctm̄ appetere vindictā / hoc eſt iuſtā punitionē: quia hoc eſt appetere iuſtitiā: ⁊ ſcriptū eſt: letabitur iuſtus cū viderit vindictaʒ. Sed cā appetendi / pctm̄ ingerere pōt: vt ſi ex odio / ex ſaciandi animi mei gratia vindictā affectem. Eſt igitˀ in appetitu vindicte pctm̄ / tum ſiquis vult ꝑ ſeipſum facere vindictam: tuʒ ſi ex malo animo contra hominem vult per iudicem vindictam fieri. Oportet enim hoc fieri ⁊ appeti cū dilectione hominum ⁊ odio vitiorum / pro bono iuſtitie / pro bono pacis / vt alij non audeant contra bonos inſurgere / ⁊ ne impunitas delictorū pariat incentiua vitiorum: ſic enim licet non ſolum appetere ſed querere per officium iudicis vindictas illorum qui ſe vel alios offenderunt.

VIrginum Cōſecratio illicita redditur ſi in veritate virgo non eſt que conſecratur. Nec excuſatur ex hoc ꝙ occulta eſt virginitatis amiſſio: et ſcādalū eſſet ſi non conſecraretur: quia in ſacramentalibus eccleſie actionibus non debet interue

nire fictio



nire fictio / ſicut nec in ſacramētis. Et q: fictio iſta qua vt virgo ſe ingerit conſecrationi q̄ ꝟgo eſt / iniurioſa eſt ſacramentalibus eccleſie: peccatum eſt mortale ex ſuo genere.

¶ De remedio aūt a multis dato occulte violatis ꝟginibus ꝯſecrandis ad euitandū ſcandaluʒ / ſcilicet ꝟginitatis in nomen caſtitatis aut continentie mutetˀ. Dicendū videtˀ ꝙ vanum eſt: quia ſi officiū conſecrationis virginum perſpiciatˀ: apparebit ꝙ aut opʒ ꝟgineʒ conſecrare per illud officium / aut illud omittere: ſicut per officiuʒ quo conſecratˀ epiſcopus / opʒ epiſcopum cōſecrari. ⁊ ſimilia. Nec puto doctorem aliquem qui officium huiuſmodi viderit / hoc conſuluiſſe: ſed ſolummodo ꝙ alique cerimonie illius officij: ⁊ alique illius orationes / mutato ꝟginitatis nomine in nomen caſtitatis / fieri vel dici poſſunt: vt vel ſic appareat illam benedici ad vitandum ſcandalum: quod a ratione alienum non eſt.

¶ Sed aduerte ꝙ ꝟginitas ſumitˀ in propoſito vt eſt nomen ſtatus. ita ꝙ ſufficit ad conſecrationem ꝙ ſit ꝟgo ſecundum carnis integritatem. Tum q: eccleſia vtitˀ nominibus vt plures vtuntˀ: ꝟginitas autem communi vſu eſt nomen ſtatus: vt patet ex vſu. Et in euāgelio ꝟgines diſtinguuntˀ in fatuas ⁊ prudētes. ⁊ paulus ꝟgines diſtingui in caſtas ⁊ non caſtas denotat: dū dicit deſpondi vos vni viro ꝟginem caſtam exhibere. Et confirmatur: quia aliter eccleſia daret occaſionem fallendi. nam ⁊ mulieres ⁊ puelle cum toto mundo vocant ꝟgines q̄ carnis retinent integritatem: et propterea ſi aliud ꝙ



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



hoc eccl'ia exigeret quum ponit a puellis conſecrā
dis ſi ꝟgines ſunt: falli opꝫ eccleſiam. ꝛ tamē puel
le nō decipiūt ecclīam dicentes ſe eſſe ꝟgines ꝙ diu
carnis retinent integritatē: qꝛ hoc intelligūt per
eſſe ꝟginem. Et confirmatur adhuc: qꝛ in pontifi-
cali romano poſtꝙ dictum eſt ꝙ pontifex diligēter
inq̄rat ante ꝯſecrationem de etate .xxv. annorum ꝛ
ꝓpoſito ſeruādi ꝟginitatem / ſubiungit. ꝛ inſuper
ſeorſum cum qualibet conſecranda / de vita ꝛ con-
ſcientia ꝛ carnis integritate. Ubi clare patet expli-
cari quid ꝑ ꝟginitatem intelligat pontifex inqui-
rens / ſcꝫ carnis integritatem. Et hec ſint dicta: ne
putet quis puellas integras carne / me(n)te aūt ꝛ ne-
gligētia ſeu cōplacentia pollutionū ſeu delectabi-
lium corruptas / a cōſecratione repellendas eſſe qꝛ
irreparabiliter ꝑdiderunt virginitatis ꝟtutem.
poſſunt enī conſecrari: quia ſunt vere ꝟgines ſm
ſtatum / lꝫ non ſm virtutem.

**Viſitatio** Qua epī ſeu prelati viſitant gre-
gem ſuum: illicita reddit ſi nō cō-
formetur ſacris canonibus: ꝛ ſpecial'r forme ꝑce-
pte in li. vj. de cenſibus. c. romana.

**Unctionem** Extremā ꝙuis non tenetur
homo accipere vt neceſſariā
ad ſalutem: contemptus tamen illius peccatuꝫ eſt
mortale / non minus ꝙ quilibet alius cōtemptus
aliorum mandatorum eccleſie.

**Voti** Uiolatio peccatum eſt mortale: qꝛ eſt ꝑ-
fidia contraria fidei deo debite ex ꝓmiſ-



ſione ipſi deo facta eſt nanqꝫ votum promiſſio deo
facta de bono: eſt autem promittere conſtituere ſe
debitorem; eius quod committitur. Et propter-
ea ſicut ad ꝟtutem fidei ſeu veracitatis pertinet vt
ſeruetur promiſſio facta homini: ita ad ꝟtutem fi-
dei religioſe ſpectat vt ſeruetur promiſſio facta deo
de re illi grata. Et conſequenter irreligioſe perfi-
die eſt violare promiſſionem factam deo de re deo
grata quam promiſſionem vocamus votum.
¶ Et ſcito quod quando factum eſt votum de illo
bono ad quod quis non tenebatur: perfidia voti
eſt ſpeciale peccatum mortale. Quando ꝟo factuꝫ
eſt votuꝫ de illo bono ad quod omnino tenebatur
perfidia voti eſt circunſtātia mutās ſpeciē ꝛ neceſ-
ſaria ad confitendum: vt ſiquis vouit non fornica-
ri: ſi poſtea fornicatur / crimen illud eſt ꝛ in ſpecie
fornicationis ꝛ in ſpecie perfidie irreligioſe.

**Et quoniam** Frequenter contingit con-
feſſores de votis iudicare:
ideo diffuſiorem oportet ſermoneꝫ facere. Primo
ex parte materie: ſecundo ex parte vouentis: ter-
tio ex parte impedimentorum occurrētium: quar-
to ex parte diſpenſationis ſeu commutationis.
¶ Quum enim materia voti ſit ſolummodo bonū
aut ſub precepto aut ſub conſilio diuino conten-
tum: alienum a voti materia ſcito omne licitū / omne
qđ eſt contra conſiliū diuinū / ꝛ omne indifferens.
Ita ꝙ ſiquis voueat aliquid illicitū (puta occide-
re hoiem aut dicere ꝟbū ocioſuꝫ) vel aliqđ ꝯtra di-

uina concilia (puta nō ingredi religionem/nō mu
tuare/non fideiubere/non facere elecmoſynam)
vel aliquid indifferens ad morale bonū vel malū/
vt non ire ad talem domū/veſtiri veſte alba: nō eſt
validum votum: quia non eſt votum: quia promit-
titur deo quod deo non placet.

¶ Sed occurrunt hic multa declaranda. Et in pri
mis ꝙ qui de facto vouet aliquid illicitum aut con
tra conſilium aut indifferens/peccat vouendo: q:
abutitur voto. ⁊ quandoqꝫ quidē mortaliter/quā
doqꝫ autem venialiter.

¶ In tribus ſiquidem caſibus peccat mortaliter
vouendo. Primus eſt ſi vouet cōmittere aliquod
opus qđ eſt mortale: vt occidere/mutilare ⁊c. Se-
cundus eſt ſi vouendo non facere ea que ſunt conſi
lij/habet animū ita pertinacē vt intendat obliga-
re ſe voto etiam in caſu in quo conſiliū habet vim
precepti: puta non mutuare patienti extremā ne-
ceſſitatem: ⁊ ſic de alijs. Tertius eſt ſi vouendo hu
iuſmodi vota ſtulta ⁊ diſplicentia deo/cognoſcit
quid facit: hoc eſt ꝙ attribuit deo id quod deo non
conuenit ſcilicet acceptare huiuſmodi vincula vo-
torum: ⁊ tamen vult hec vouere. Nā eſſet peccatū
blaſphemie huiuſmodi votum: vtpote quod ſciēs
⁊ prudens attribuit deo quod deo non conuenit.
Secus autē eſſet ſi crederet deo diſplicere hec vo
ta ſicut peccata venialia diſplicent deo: ⁊ nihilomi
nus credēs votum valere aut ſaltem ꝙ valeat quā
tum valere poteſt/faciat huiuſmodi vota: nam tūc
venialiter tantū peccat: excuſante illum ignorātia
cōmuni/⁊ exiſtente intētione non mala ſed ꝑmiſ-



ſione ſtulta. Venialiter autē ſemper peccat vouēs
quodcunqꝫ horum: quia diſplicet deo ſtulta pro-
miſſio: qualis eſt tam indifferentium ꝙ oppoſitoꝝ
conſilijs ꝙ venialium promiſſio deo exhibita.

¶ Circa illicitoꝝ deinde vota/nota cōtingere hec
ſex modis. Primo ꝑmittēdo opus in ſe illicitū: vt
ſiqs voueat occidere aliquē. Scđo ꝑmittēdo opꝰ
bonū veſtitū malo fine: vt ſiqs voueat dare eleemo
ſynam ob inanē gloriam. Et neutroꝝ horū eſt vo-
tum: ſed peccatur vouendo ⁊ implendo.

¶ Tertio ꝑmittēdo licitū ob illicitā petitionē obti
nendā: vt ſiqs vouerit offerre deo mille aureos ad
occupādū ciuitatē nō ſuā. Et hoc votum blaſphe-
mia eſt/nō votū: q: eſt facere deū actorē ſeu patro-
nū criminis. ¶ Quarto ꝑmittēdo deo licitū ꝑ ob-
tēto illicito quaſi recōpēſationē ſeu grāꝝ actiōes:
vt ſi quis vouerit ſe ſacrificiū deo oblaturū pro ob
tenta aliena vxore. Et hoc quoqꝫ blaſphemia/nō
votū eſt. ¶ Quinto ꝑmittēdo licitū pro petitione
licita/ex turpi tñ cā pendēte: vt ſiquis habēs con-
cubinā voueat deo cētū aureos ſi ꝯceſſerit ſibi ex
illa filiū. Et hoc votū eſt vere votū/⁊ obligat ſi cō-
ditio extat: qm̄ votū non cadit ſuper illicito coitu:
ſed ſup dono filij/ꝑſuppoſito illicito ꝯcubitu. Nō
tenet tñ retinere ꝯcubinā vt faciat qđ i ſe eſt ad im
plēdum votū: q: preſuppoſitū eſt malū ⁊ illicitum.
¶ Sexto ꝑmittēdo licitū/nō ꝑ aliqua petitiōe ob
tinēda/ſed pure cōditionaliter apponēdo euentū
illicitū: vt ſiquis voueat ſe ingreſſurū religionē ſi
cōmittet adulteriū: ad hoc vt caueat ab adulterio/
vel vt penitentiā faciat de adulterio/vel abſolute

Universidad de Deusto Biblioteca



intendit in tali euentu obligare ſe ad tale votũ. Et
huiuſmodi vota ſunt vere vota conditionalia ⁊ ob
ligant eueniente conditione. ⁊ non alias.
¶ Circa indifferẽtiũ vota aduerte/ ꝙ promittere
deo indifferẽtia (vt ſunt ea que nec bona nec mala
ſunt) eſt ſtultũ: prouenit enim ex ſtulta de deo ima
ginatione/ quaſi deo placeãt humana hoc eſt volũ
taria opera q̄ non ſunt moraliter bona. vt nõ ſilla
re in ſabbato/ non pectere caput ⁊c.
¶ Verũ hoc intelligẽdũ eſt de operibus indifferen
tibus manẽtibus in ſua indifferẽtia. Nã ſi opera in
differẽtia ex aliquo reſpectu fierent bona vel mala
moraliter/ tũc cadere poſſent ſub voto. Verbigra
tia. tã ire ꝙ̃ nõ ire ad domũ ioannis: eſt opus ſecun
dũ ſe indifferens: ſed ſi in ioannis domo ſit vel fiat
aliquid attractiuũ mei ad malum (puta ludus vel
mulier attrahens ⁊c.) tunc ire ad domum ioannis
non eſt indifferens ſed declinat ad malũ/ ⁊ non ire
declinat ad bonũ. Et propterea ſi in huiuſmodi ca
ſibus vouerit quis nõ ire ad ioannis domũ vt ca
ueat ſibi: votũ eſt validum. Si tamẽ ex ioannis do
mo ceſſaret ludus aut mulier ⁊ breuiter ratio ma
li: ceſſat obligatio voti: quia ceſſat voti materia. ex
hoc ipſo enim ꝙ non ire ad domũ ioannis non ha
bet amplius rationẽ cautele ſeu preſeruatiui a pe
riculo/ redit in naturam indifferentis: ⁊ ſic non eſt
amplius materia voti. Hec de materia voti.

**Ex parte** autẽ vouentis quattuor cõditio
nes occurrunt: ſcilicet fallacia/ im
perfectio actus/ imperfectio etatis/ ⁊ ſubiectio.
¶ Inuenitur igit̃ fallacia quãq̃ in voto/ vel q: nõ



intendit vouere ſed ſimulat ſe vouere. Et quoniã
hoc eſt decipere eccleſiam cui ſit votũ ſolenne/ aut
homines teſtes corã quibus aliquis emitteret pu
blicum votum/ ⁊ dolus ac fraus nulli debet patro
cinari: licet votum in veritate nullum ſit/ compelli
tamen debet ad implendũ quod ore proprio deo
promittere ſe dixit: ſicut cõpelli debet quilibet ad
ſeruandum contractum cum homine/ licet non in
tenderit promittere. Et nihilomin⁹ peccauit mor
taliter pernicioſum incurrendo mẽdacium/ qui ſo
lenne aut publicum votum cum animo non vouen
di fecit: ⁊ ratione irreuerentie diuine coram homi
nibus: ⁊ ratione ſcandali ſequentis: cui dat operã
efficacẽ: dũ vouere ſe promulgans intendit mon
ſtrare ſe facto contemptorem voti.
¶ Vel eſt fallax votum: quia licet intẽdat homo ve
re vouere/ non intendit tamen ſeruare promiſſũ.
Et huiuſmodi vota vera quidem ſunt (quia ibi in
teruenit intentio vouendi cum promiſſione facta
deo de bono illi grato) peccat tamen mortaliter
ſic vouẽs. Nec minus tenetur corã deo adimplere
votum/ ꝙ̃ ſi vouiſſet cum intentione ſeruandi pro
miſſum: quia ex ſuo iniquo propoſito nihil repor
tat exemptionis a vinculo voti cui ſe ſubiecit.
¶ Imperfectio actus in voto dupliciter inuenit̃.
Vel per modum primi motus: quando ſcilicet vo
tum (hoc eſt promiſſio deo facta) nõ eſt actus deli
beratus/ ſed eſt promiſſio imperfecta: ſicut in ten
tationibus fidei vacillatio abſq̃ conſenſu/ non eſt
deliberata infidelitas: ⁊ affectus ad occidendum
inimicum abſq̃ conſenſu rationis/ nõ eſt mentale

Universidad de Deusto
Biblioteca



homicidium complere ⁊ ſic de ſimilibus. Et huiuſ
modi ꝓmiſſiões votiue non ſunt vere vota ſed in-
choationes votorum: ac per hoc non obligant.
¶ Alio mõ inuenit̃ imperfectio actus votiui ex defe
ctu plene ac diſcuſſe deliberatiõis: vt ↄtingit in vo
tis que fiunt ex timore repentinorum malorũ / aut
ex magno dolore / aut ex leuitate animi / aut proni
tate ad vouendum ⁊ ſimilibus. Et talia vota ſunt
quidem vera vota / ſed minus plena.
¶ Quod vt clare intelligas / diſtingue deliberatio-
nem dupliciter intelligi. Primo vt ſufficit ad con-
ſtituendum actum deliberatum abſolute: ſicut qđ
libet peccatum mortale eſt deliberatum: ita ꝙ niſi
eſſet deliberate voluntatis / non eſſet mortale pec-
catum. Alio mõ vt cõſtituit ꝯctuʒ deliberatũ ex mo
do deliberãdi: ſicut actus cũ meditatiõe et diſcur
ſu diſcuſſi concluduntur / acceptãtur / eligũtur. Et
ſic non omne mortale peccatum ſit ex deliberatio-
ne: ſed multa homicidia / ſacrilegia / luxurie ⁊c. com
mittuntur ex paſſione abſq; huiuſmodi deliberan
di modo. Vota ergo que ex deliberatõe primo mo
do (hoc eſt abſolute) fiunt / vera ſunt: quia delibera
tio que ſufficit ad conſtituendum ſeipſum ſeruum
diaboli: multo magis ſufficere debet ad ſeipſuʒ de
bitorem deo cõſtituendum. Sed q: quantũ ad mo
dum vouendi nõ interuenit deliberatiõis modus:
dicũtur ⁊ ſunt vota hec minus plena. vtpote quib'
plenitudo modi vouendi (ſcilicet per exactã delibẽ
rationẽ) defuit ⁊ ꝓpterea abſq; difficultate huiuſ
modi vota commutantur vel diſpenſantur.
¶ Imperfectio aũt etatis (hoc eſt etas añ puber



tatẽ) tollit voto religiõis ſolẽni ſuã vim: ita ꝙ pfeſ-
ſus añ ꝯpletũ annũ quartũdecimũ põt libere redi
re ad ſeculũ: vt hʒ extra de regul. ca. is qui in ſexto.
Et ratio huius ẽ authoritas eccleſie irritantis vo
tum religiõis ſolẽne infra talẽ etatẽ. Et hoc ſiue ꝑ
ſona ſit doli capax ſiue nõ: q: ſic ſtatuit eccl'ia. De
alijs autẽ votis ſecus eſt: quia nõ tam ad etateʒ ꝙ
rationis plenum vſum ſpectatur. Nã in quacunq;
etate habeat rationis vſus liber / ita ꝙ perſona eſt
doli capax (hoc eſt ad propoſitum vt diſcernat qđ
importat facere deo votum) põt homo voto alio
quocunq; ſe obligare: ita ꝙ votum eſt validũ quan
tum eſt ex parte ſui: quoniam tũc etas nõ tollit ali
quid eorũ que neceſſaria ſunt ad votum vt patet.
¶ Subiectio demum vouentis reddit vota cõdi-
tionalia: hoc eſt ſi pater / maritus / dominus / prela
tus ⁊c. permiſerit. Ita ꝙ ſubditorũ vota non ſunt
ipſo facto inualida / nec ſunt abſolute obligatoria:
ſed medio modo ſe habẽt: quoniam obligant ſtan-
te cõditiõe ſubintellecta: ſcilicet ſi ſuperiori placet
aut nõ diſplicet. Dico aũt placet aut non diſplicet
propter diuerſam materiã voti: quoniam ſi votum
ſit de prohibitis ſubdito / ſubintelligit̃ ſi ſuperiori
placet. Et tunc tenet̃ requirere bona fide ſuperioris
beneplacitum / explicando ei ſuum votum: ad hoc
vt integra fide agat cũ deo cui promiſit: forte enim
cõcederet ſuperior intellecto voto: quod negat neſciẽs
ſubditi votũ. Et ſi illi placet / tenet̃ exequi ſuũ votũ
ſi nõ plʒ: irritũ eſt votũ. vt patet ſi epſ voueret in-
gredi religionẽ: ſubintelligit̃ enĩ ſi pape plʒ. Un te
net̃ reqrere ſi pape plʒ vt ipleat votũ an nõ: ſi pla

Universidad de Deusto
Biblioteca



cet/implere ſi non irritatū eſt votū. quia epiſcopo
ꝓhibitū eſt ingredi religionē. Et ſic de ſimilibus.
¶ Si quis tñ ſubditus/in cōibus votis petat licen
tiā in opere quod promiſit vt liceat ſibi illud face-
re pro deo/⁊ non indicet ꝙ hoc vouerit/putans ſi-
bi hoc ſufficere: excuſatur pro tunc ab exequutiōe
voti ſuperiore negante licentiam. Non tamen pro
pterea votū eſt irritatum: qm̄ ad irritationem voti
requiritur voluntas ſuperioris ad irritandū: que
in propoſito non interuenit. Unde remanet obli-
gatus ad petendum iterū quādo prudentia ſua de
bita petere/licētiā opis ꝓmiſſi: donec irritet votū.
¶ Si ꝓ votum ſit de nō prohibitis ſubdito/ſubin
telligitur conditio ſi ſuperiori nō diſplicet. Ita ꝙ
tenet̃ exequi votū/quouſq; ſupiori notificatū ſibi
votū diſpliceat: vt patet ſi religioſus voueat dice-
re quotidie pſalmos penitentiales. Tenet̃ n. illos
dicere quouſq; ſuperior ſciat et reprobet obliga-
tionem votiuam: quam debet reprobare: vt pote
prelato preiudicialem.
¶ Et ſcito ꝙ hec que de votis ſubditorum dicunt̃/
intelligēda ſunt quātum ad illa in quibus ſunt ſub
diti: ita ꝙ ſi aliqua ſunt in quibus non ſunt ſub-
diti: de illis poſſunt vota facere abſolute valida: vt
ſi epiſcopus voueat dicere ſeptē pſalmos aut da
re elemoſynam: quoniam in his non habet manus
ligatas. Et ſimiliter ſi vxor voueat non petere de-
bitum coniugale: quoniam in hoc non eſt ſubdita
ſed par marito. Et ſic de alijs ſimilibus.
¶ Habes igit̃ hinc vñ diſcernas pctā trāgreſſiōis
votorū in his q̇ ſub alterius ſunt ptāte ꝯſtituti: vt



ſunt pueri puelle vxores/ſerui/ac religioſi/⁊ vni-
uerſaliter illi qui vouent de alieno: hoc eſt de eo qđ
ſine alterius licētia licite dari aut fieri neqt: vt ſi fi-
lius familias voueat dare elemoſynam: quū nihil
habeat niſi patris. Et ſic de ſimilibus. De religio
ſorū votis ſpeculatiue vide commentaria in ſecun
dam ſecunde.

## Ex parte

Deinde impedimentorum occur
rentium/diſcernere oportet quan
doq; votorum omiſſionē quando eſt peccatum et
quando non. Sunt autem occurrentia impedimē-
ta votorum duplicia. Nam quedam ſe tenēt ex par
te materie: votiue quedam ex parte intentionis ꝑ
ſone vouentis. Et ex materie quidem parte/impe
dimentū exequutioni voti preſtat quicquid impe
diret votum quando fit: ſcilicet ſi materia voti fa-
cta eſt impoſſibilis/aut illicita/aut impeditiua me
lioris boni/aut indifferens: nam quodlibet horū
impediſſet votum ne fieret: nullus eīm pōt vouere
aliquid impoſſibile/aut illicitū/aut impeditiuū me
lioris boni aut indifferens: vt patet ex antedictis.
¶ Et vt rudiores intelligāt/ponamus exēpla. Uo
uit rex edificare/dotare ornareq; monaſterium: eij
citur poſtea a regno/⁊ fit ei impoſſibilis huiuſmo-
di elemoſyna. Uouit alter ieiunare ſingulis ſextis
ferijs: perdit ſanitatem/ita ꝙ abſtinere eſt ei illici
tum. Si quis etiā poſt votū hieroſolimitanū vult
ingredi religionē/adimplere votū eſſet impedimē
tū melioris boni: ⁊ ꝓpterea pōt ingredi religionē
nō curādo de priori voto. Si quis demū vouiſſet nō
tranſire per aliquē vicum/quia ibi manet mulier

Universidad de Deusto Biblioteca



attractiua ⁊c. moꝛtua muliere illa/tranſire per iſtū
vicum/factum eſt indifferēs: ⁊ ideo non amplius
ligat.
¶ Aduerte tamen hic circa caſum ſuperuenientis
impoſſibilitatis ſeu iniquitatis/ſi impoſſibilitas
ſuperuenit toti materie pꝛomiſſe aut parti. quo-
niam ſi impoſſibilitas venit ſuper totum/non te-
netur ad votum durante impoſſibilitate: ſed ſi ve-
nit ſuper partem: tenetur etiam tunc ad reliquam
partem tunc ſibi poſſibilē ſeu licitā. Et propter-
ea perſona habens votum caſtitatis ⁊ poſtea con-
iugata conſummato matrimonio non tenetur vi-
uente coniuge ad caſtitatem totam: quia tenetur
reddere debitum coniugi: ſed tenetur ſeruare par
tem ſibi poſſibilem ⁊ licitam ſcilicet non petere de
bitum. Et tenetur habere voluntatem implēdi to
taliter votum quando erit ſibi poſſibile ſeu licitū:
ſcilicet moꝛtuo coniuge.
¶ Ex parte autem intentionis vouentis quando
certa eſt/vota poſſunt quecunqꝫ impedimenta re
cipere: quoniam intentio vouentis ſufficit ad quā
cunqꝫ conditiones apponēdam voto. Et propter-
ea nullum votum obligat vltra ſeu extra limites
intentionis perſone vouentis: hoc eſt quia pꝛeci-
ſe ad illud tantum obligat ad quod vouens inten-
dit ſe obligare: ⁊ non ad aliud.
¶ Sed quando vouentis intentio nihil appoſuit
limitationis/ſed votum fecit ſimpliciter: opoꝛtet
caſus occurrentes ſecundum ſacros canones ⁊ ve
ritatis doctrinā pie interpꝛetari. Unde qui vouit
triduo ieiunare aut aliquā eleemoſynā dare abſqꝫ



pꝛefixo tēpoꝛe: tenetur adimplere illo tēpoꝛe quo
ipſum non remoꝛdeat conſcientia ꝙ fuerit in moꝛa
quoniam ꝙdiu ei videtur ꝙ non ſit in moꝛa: inter-
pꝛetandum eſt ꝙ non ſit elapſum tempus intentū
ab ipſo vouente. Hinc enim intentio vouentis di-
ſcerni poteſt.
¶ Caue autē ne fallaris/putans in varijs caſibus
⁊ euentibus occurrentibus votum nō ligare quia
perſona quando vouit ſi hec pꝛeuidiſſet non feciſ-
ſet votum. Falſa eſt hec imaginatio ⁊ deſtructiua
omnium humanoꝝ contractuū. Multi nāqꝫ coniu
gati non obligarentur ad coniugiū: q: ſi pꝛeuidiſ-
ſent que euenerunt non cōtraxiſſent tale matrimo
nium. Et ſimiliter multi pꝛofeſſi nō tenerentur ad
religionem: quia ſi tunc que poſt occurrerunt cogi
taſſent/non feciſſent pꝛofeſſionis votum. Et ſic de
alijs. Caue ergo ne fallaris: ſed de efficacia intētio
nis vouentis ſenti vt ante dictum eſt.

**Ex parte** Demum diſpenſationis/commu
tationis/irritationiſqꝫ: vota quā
doqꝫ opoꝛtet confeſſoꝛem iudicare.
¶ Ubi ſcito/ꝙ quia irritare votū/pertinet nō ad
eccleſiaſticā authoꝛitatē vniuerſaliter: ſed directe
ſpectat ad poteſtatē dominatiuam ſeu quaſi domi
natiuā rei votiue: ideo ad irritandū votum ſubdi-
ti/ſola poteſtas dominatiua cū voluntate irritādi
ſufficit. ita ꝙ perſona ſubdita nō eſt rea fracti voti:
ſi is qui habet dominiū ſuper re voto pꝛomiſſa/
nō vult votū valere. Et ratio eſt: q: quilibet domi-
nus poteſt vti ſua libertate.
¶ Et hinc fit vt vxoꝛū/puellarum/ſeruoꝝ/pueroꝝ

Universidad de Deusto
Biblioteca



⁊ religioſorum vota: ſi irritentur a maritis / paren
tibus dñis / prelatis nō obligēt. Et qđ plus eſt / ſi
ſemel maritus aut dñs audito ſubditi voto conſen
ſerit ⁊ poſtea reuocauerit licentiā: non peccat ſub
ditus nō adimplēdo votū: ſed peccat qui ſemel cō
ceſſit ⁊ poſtea pro libito reuocat: vt habes ex. xxx.
ca. numeri / adiuncta gloſa auguſtini: ⁊ diffuſe in cō
mentarijs noſtris predictis.
¶ Ad diſpēſandū vero votū exigunt duo: authori
tas eccleſie ⁊ cā rōnabilis. Et de authoritate q̄dē
eccleſie ſatis patet. De cauſa vero rationabili q̄
requirat ſupponimꝰ hic: vtpote diſcuſſum ī dictis
cōmentarijs. Ita q̄ ſi ꝑlatꝰ etiā papa pro libito di
ſpēſaret / nō eſſet audiēdus: qꝛ non habet poteſta
tē niſi in edificationē eccleſie: nec eſt dominus ſed
diſpenſator. qđ non poteſt abſq; ratione intelligi.
¶ Rationabilis aūt diſpēſandi cā eſt honor chriſti
⁊ vtilitas eccleſie: ⁊ vt vno verbo dicat maiꝰ boni
q̄ ſit votiua exequutio: qm̄ ſi ob maius bonum fit
diſpēſatio: ſaluat ⁊ maior chriſti honor: ⁊ maior ec
cleſie vtilitas ſpiritualis. Cōſueuit aūt oriri huiuſ
modi maioritas boni ex aliquo horū triū: hoc eſt ſi
exequutio voti reddita eſſet illicita / vel inutilis / vel
maioris boni īpeditiua. Et propterea opꝫ magna
vti rōne ī diſpēſando vota: qꝛ diſpēſatio tollit vo
tum ⁊ quantū ad materiā ⁊ quantū ad vinculum.
¶ Ad cōmutandū vero vota licet regulariter exi
gatur authoritas eccleſie: qn̄ tamen euidenter cō
ſtat in melius ⁊ gratius deo cōmutari / non eſt re
fracti voti qui ſic cōmutat proprium votum abſq;
alia authoritate: vt ſi habens votum terre ſancte



cōmutet in votū religionis: ⁊ ſic de ſimilibus. Et
ratio eſt: quia deo cui ꝓmiſſio facta eſt / ſatiſfit ple
nius dando maius ⁊ acceptius ei bonum.
¶ Et quia commutatio nō tollit vinculum voti ſed
mutat voti materiam / ⁊ commutatio de rigore iu
ris ſufficiens videtur ſi fiat in aliquid equale: ideo
ad commutationem voti vltra authoritatem eccle
ſie exigitur ad minus equalitas materie: vt ſcili
cet illud in quod commutatur / equiualeat exequu
tioni debite ex voto. ⁊ propterea ſi eſt votum pere
grinationis: habenda eſt ratio non ſolū laboris /
ſed expenſarum quas feciſſet peregrinando: quo
niam hec omnia cadunt ſub voto concomitanter.
⁊ ſic de ſimilibus. Ex parte autem cauſe cōmutan
di vt rationabiliter fiat / q̄uis debeat aliqua impo
tētia aut difficultas aut maioritas materie aut vti
litas aut aliquid eiuſmodi mouere: ſi tamē gratio
ſe condeſcenditur in perſona dei a commutante /
omnis occaſio ſufficere videtur / ex quo a gerente
vices chriſti cōmutatiuam habente poteſtatē ac
ceptatur: quum ſola materia cōmutetur: ⁊ ſemper
concurrat petentis cōmutationem / promptior vo
luntas ad exequendum cōmutatam materiam q̄
promiſſam. Et tū cōmutans tutior ſit: commutet
ſemꝑ in aliquid melius quātuncūq; parū melius.
¶ Memēto quoq; cōfeſſor q̄ omiſſio votorū non
purgat ſola penitētia: ſed vltra penitentiā de voti
fractione / exigit exequutio voto promiſſa: qꝛ pro
miſſio deo facta remanet ſemper viua donec exol
uatur: niſi reddita ſit impoſſibilis aut illicita ⁊c.
vt ante dictum eſt. Et propterea qui vouit aliquid

Universidad de Deusto
Biblioteca



efficere aliquo tempore ⁊ non ſeruauit promiſſus
infra tempus: ⁊ tenetur ad penitentiam de fracto
voto/et tenetur adimplere promiſſum ꝙ̄ primum
poteſt.

¶ Et hec intellige niſi votū fuerit onus temporis
q: tunc ſufficit ſola penitentia. Appellatur autem
on' temporis/quando votum eſt factum ꝓpter il
lud tempus preciſe: vt ſiquis vouiſſet ieiunare in
vigilia ſancte marie magdalene propter honorem
magdalene. ſi non ieiunat in vigilia illa/ſufficit ſo
la penitentia: q: ieiuniū illud votiuū erat onus tē
poris ſcʒ vigilie illius: ſicut ieiunia eccleſie in vigi
lijs/ſunt onera illorum dierum preciſe. Si vero vo
uiſſet ieiunare triduo infra menſem pñtem: ſi nō ie
iunauit/tenet̃ ⁊ ad penitenitam/⁊ ad ieiunādū tri
duo ꝙ̄ primū poteſt: quia tale ieiuniū votiuum nō
eſt onus illius temporis: ſed tempus eſt appoſitū
vt menſura infra quaʒ debet impleri. Et ſic de ſimi
libus iudica.

Vſura (Hec eſt lucrū ex mu
tuo) iniqua ē q: aut bis
vēdit̃ idē/aut vēdit̃ qđ nō eſt. Hoc
eſt q: aut pecunia bis vendit̃/ſemel
ꝓ ſorte ⁊ iterū ꝓ lucro: aut vſus pe
cunie q nō eſt p̄ter pecuniā/vendit̃.
Et ꝓpterea eſt pctm̄ mortale: vtpote contra iuſti
tie charitatem.

¶ Et q: vſura diſtinguit̃ in vſurā mētalē tm̄ ⁊ in vſu
rā extrinſecā/⁊ vſure pctm̄ ex ꝓprio gñe eſt pctm̄
in exteriori opere ɔſiſtēs/q: eſt ad alterū iuſtitia
ideo tractandū eſt de vtraq;/ſed prius de vſura ex
terior:e:



terio:e: que conſiſtit in hoc quod eſt lucrari ex mu
tuo interueniente pacto explicite vel implicite.

Ubi nota Primo ꝙ ad lucrum vſurarium
requirunt̃ et ſufficiunt ꝙ̄tum eſt
ex parte ipſius lucri/due conditiones. Prima eſt
ꝙ ſit aliquid pecunia eſtimabile. Secunda eſt ꝙ nō
ſit ſuum.

¶ Unde/ex his conditionibus redditur ratio et
declaratio multorum caſuum.

¶ Primus eſt. Siquis mutuat ad hoc vt ille ſit ſi
bi amicus/non eſt vſura: quia amicitia non eſt pe
cunia eſtimabilis. Nulla tamen pōt hic conuentio
ciuilis interuenire: q: amicitia eſt res cui repugnat
obligatio ciuilis. q: amicitia eſt interior amor ſpō
taneus: obligatum autē ciuiliter eſt neceſſitati ſub
iectū: ita ꝙ velit nolit tenetur exhibere illud. Un
de ridicula eſſet obligatio ciuilis ad amicitiā que
pecunia eſtimari non poteſt.

¶ Secūdus eſt. Siqs mutuat vt redhibeat ſuū a ɔ̄
petētē mutuū quomolibet occupatū aut detētū/nō
eſt vſura: q: nihil lucrat̃/ſed ſuum recuperat.

¶ Tertius eſt. Siqs mutuat vt redimat vexationeʒ
ſuā nō eſt vſura: q: nihil lucrat̃ nō ſuū: ſʒ qđ ſuū eſt
ſeruat. vt ſiqs mutuat alicui ɔminātī ſibi aut ſuis:
⁊ hinc exuit ſe a multis ſūptib' qs opʒ ad ſui tute
lā facere ⁊ ſic ð qualibʒ alia redēptiōe vexatōis ſue

¶ Quartus caſus eſt. Siquis ex hoc ꝙ mutuat; in
currēs dānū/deducit in pactum vt ſoluatur ſibi vl
tra ſortem ſuū intereſſe qđ incurrit ex mutuo. Uer
bi gratia/quia accepit ſub vſuris vt mutuet illi vel
quia minoris vendit rem ſuam vt habeat pecuniā

quā illi mutuet. ꝛ ſic de ſimilibus. Nulla ſiquidem
hic interuenit vſura: q: nullum ex mutuo lucrū eſt
ſed ſola vitatio propꝛij damni. debet enī mutuātē
ſeruare ſe indēnē. Et hoc quo ad dānū emergēs.
¶ Quintus caſus eſt quo ad dānū lucri ceſſantis:
Si qs pecuniam ꝑ parata in promptu negociatio
ne expoſiturus in veritate/ vt occurrenti caſui ne
ceſſitatis proximi ex charitate ſubueniat mutuat:
ac damnum ceſſantis lucri ſibi perſolui vltra ſortē
deduci in pactū: vſura non eſt ſi due adſint ꝯditio
nes. prima eſt/ ꝙ mutuans ex hoc mutuo impedia
tur vere a lucro. qḋ tunc nō eſt quando mutuās hꝫ
aliā pecuniā quā pōt mutuare: q: ſi aliam hꝫ nō im
peditur ex mutuo a lucro. Scḋa eſt ꝙ non totū lu
crū ſperatū ex illa negociatione/ deducatur in pa
ctū: q: lucrū in potentia non eſt adhuc/ ꝛ pōt mul
tipliciter impediri: ac ꝑ hoc nō valet tm̄ quantuꝫ ſi
eſſet in actu. Et ꝓpterea ſi exſolueret totū ſolueret
pluſq̄ deꝫ ſolui. Tn̄ pōt aliqua pars lucri ceſſantis
ad arbitriū boni viri taxari/ vt ſit contractus licit⁹
De quo diffuſe vide in commentarijs noſtris ſup
ſecundā ſecunde. q. lxxviij. ar. ij. ad pꝛimum.
¶ Sextus eſt. Si qs mutuat alicui eo pacto vt remu
tuet ſibi qn̄ ipſe indigebit / vſura eſt: q: obligatio
iſta ꝑ quāto ē ciuilis eſt pecunia eſtimabilis. Quā
uis enī accipiēs mutuū teneat̄ ex debito morali ad
remutuādū qn̄ opus erit ꝛ poterit. nō tenet̄ tn̄ ex
debito ciuili: quale debitū orit̄ ex pacto. Vn̄ quuꝫ
obligatio iſta ſit pecunia eſtimabilis: nō poteſt ex
mutuo, in lucrum duci abſq; vſura.
¶ Septim⁹ eſt. Si qs mutuat alicui eo pacto vt ve



niat ad molendū in mola ſua/ aut ad emēdū ab offi
cina ſua aut aliqd hmōi vſura eſt: q: obligatio iſta
ad molēdū in hac mola/ ad emendū ab iſto, ꝛ hmōi
vendibilis eſt. ꝛ ideo non lꝫ ex mutuo hoc lucrum
aliene obligationis repoꝛtare.
¶ Octau⁹ ſiſis iſti eſt. Si qs mutuat alicui dn̄o tpa
lico pacto vt cōcedat ſibi offm̄ ptoris/ vel aliqḋ a
liud offm̄: vſura eſt: quia cōceſſio iſta vēdibilis eſt.
Et propterea non licet ex mutuo lucrum talis con
ceſſionis exigere.
¶ Diſcerne tn̄ in his caſib⁹ duo lucra. Alterū vſu
rariū: ꝛ alterū licitū. Nā vſurariū lucrū eſt obliga
tio ad molēdū ī hac mola obligatio ad emēdum ab
hac officina obligatio ad ꝯcedēdū tale offm̄ ꝛ ſic de
ſimilib⁹. Licitū vero lucrū eſt merces debita ꝑ mola/
pꝛeciū rerū vēditarū/ ſtipēdia ꝛ prouentus officij/
et ſic de ſimilibus: quia iſta lucra non ſunt ex mu
tuo ſꝫ ex alijs ꝯtractib⁹/ induſtrijs/ ſeruitio/ opis/
officijs ꝛc. Et pꝛopterea in iſtiuſmodi vſuris nō te
netur qui ſic mutuauit ad reſtituendum mercedeꝫ
mole pꝛecium venditarum rerum ſtipendia prouē
tuſq; officij / ꝛ ſimilia. ſed vltra penitentiaꝫ de pec
cato vſure/ tenetur pꝛimo ad relaxandum vinculū
obligationis de continuanda mola aut officina de
cōtinuād amanutētione in officio: q: hmōi obliga
tio eſt lucrū vſurariū ꝛ tenet̄ ſecundo ad recompē
ſandum illi pro iſta obligatione: que vendibilis
erat q̄uis ille noluiſſet vendere ipſam. Ad arbitriū
autem boni viri ſpectat determinare quantum pro
huiuſmodi obligatione reſtituenduꝫ ſit vt ſatiſfiat
ſecundum equalitatem iuſtitie.

¶ Nonus eſt. Siquis mutuat dño vel cōitati eo pa
cto vt donec reſtituatur ſibi mutuatuȝ non ſoluat
gabellas: vſura eſt: q: ex mutuo lucrū reportat exē
ptionis a debita ſolutione gabellaꝝ. Cōſtat enī ꝙ
hec exēptio pecunia eſtimabilis eſt. ⁊ tenet̃ iſte ad
reſtitutionē cōmunitati ſeu dño gabelle de toto re
tento qḋ ſoluere debuiſſet: quia lucrū vſurariū eſt.

¶ Decimus caſus eſt. Siquis mutuat alicui centū
ea rōne vt emat a mutuāte q̄dā ſua iura deſperata
aut inutilia/ aut agrū ſterilē/ aut aliq̄d hmōi: vſu
ra eſt peſſima. Tū q: mutuū/ damnum infert proxi
mo annexe male emptionis. Tū q: etiā ſi res q̄ ve
nales proponunt̃ eſſent vtiles valde: cōtra naturā
cōtract⁹ mutui eſt ꝙ is cui mutuatur obliget̃ ciui
liter ad emendū ſeu quodlibet aliud: vt dictuȝ eſt.

¶ Undecimus eſt. Siquis mutat ſup pignora ea ra
tione vt habeat tres pro cētenario/ nō quaſi lucrū
ex mutuo/ ſed quaſi ſubſidiū ac ſtipēdium neceſſa
riū ad cuſtodiā pignoꝝ ⁊ excuſſionē ⁊ alia huiuſ
modi: vſura eſt: qm̄ in veritate iſte nō mutuaret niſi
lucra hec ex hoc ꝙ mutuat expectaret. Ex hoc aūt
nō ſequit̃ errare illos qui pignora onerosa bona
fide accipiētes/ volunt indemnes ſe ſeruare: ſicut
enim nō debent ex pignore fieri locupletiores/ ita
nec pauperiores ⁊ ſicut fructus pignoris ſunt cō
putandi in ſortem: ita expenſe qualitati pignoris
annexe imputande ſunt domino pignoris.

¶ Duodecimus eſt. Siquis mutuat alicui nauigā
ti mille ea ratione vt cū ipſo eodem mutuante fiat
contractus aſſecurationis dictoꝝ mille/ ſoluendo
eidem mutuanti tot pro centenario: vſura eſt. vera



quidem: quia mutuans vltra ſortē vult obligatio
nem ad ſubeundū contractum aſſecurationis. pre
ſumpta aūt: q: mutuū ad hoc lucrū tendere videt̃.
Et ideo damnatur in ca. nauiganti. de vſuris.

Nota Secundo/ ꝙ quia lucrum vſurariuȝ eſt
ex mutuo: ideo ſiquis non mutuat ſed
accommodat ſeu locat aut vendit pecuniam cum
pacto recipiendi aliquid plus/ non eſt vſura: ſed li
citi ſunt huiuſmodi contractus: dummodo pacta
ſint moderata iuxta qualitatē tempoꝝ ⁊c. Et ſimi
liter ſi aliunde ꝙ̄ ex mutuo lucrum ſuperuenit.

¶ Et hinc habes claritatem plurium caſuū. Pri
mus eſt. Siquis accommodat pecuniam alicui ad
oſtentationem faciendam (vt numularij ſoliti ſunt
monſtrare publice quaſi aceruos numoꝛuȝ aureo
rum) ⁊ exinde vult ſibi lucrum aliquod: nō eſt vſu
ra: quia nō ex mutuo ſed ex accommodata ⁊ quaſi
locata pecunia lucrum habet.

¶ Secundus eſt ſimilis. Siquis locat pecunias au
reas ad ponenduȝ in balneo vel brodio ⁊ hmōi: ſi
inde vult moderatum lucrum/ nulla eſt vſura.

¶ Tertius. Siquis numos aureos vendit pro ar
genteis/ ⁊ inde moderatuȝ lucrum exigit: nulla eſt
vſura. Et ratio hoꝝum ⁊ ſimilium caſuum eſt: quia
pecunia in iſtis contractibus non mutuatur: ſed
quaſi res quedam accommodatur/ locatur/ vendi
tur: ſicut licite in ſimilibus caſibus aurum nō mo
netatuȝ/ gemme/ iocalia ⁊ alia huiuſmodi poſſent
accommodari/ locari aut vendi cuȝ honeſto lucro.

¶ Quartus caſus eſt cum lucrum venit ex mora de
bitoris. Ita ꝙ poſtq̄ debitor non ſoluit tempore

debito/poteſt creditoꝛ duo lucrari:ſcilicet penam
conuentionalem:ꝛ aliquid pꝛo intereſſe tam dam
ni emergentis ꝙ̃ lucri ceſſantis. Nullum ſiquidem
excrementum huiuſmodi eſt vſurarium:quia non
ex mutuo pꝛouenit/ſed ex moꝛa debitoꝛis.
¶ Et hec intellige ſi tꝫ ꝙ̃diu contra voluntatem cre
ditoꝛis contracta eſt ꝛ durat moꝛa. Naꝫ ſi creditoꝛ
pꝛoꝛogaſſet terminum aut eſſet contentus de mo
ꝛa continuanda:vſura eſſet:quia ex mutui cõtinua
tione ſeu conſeruatione lucrum pꝛoueniret/ꝛ non
ex moꝛa. non enim eſt in moꝛa qui cõſentiente cre
ditoꝛe moꝛatur:ſed ſolus qui inuito creditoꝛe dif
fert ſolutionem.
¶ Et hec dicta ſint de vſura ex mutuo explicite.

**De vſura** Autẽ conſurgente ex mutuo im
plicite(hoc eſt ex incluſo ſeu iter
pꝛetato mutuo in alijs contractibus:puta emptio
nis:ꝛ venditionis ꝛc.)dicendum nunc eſt.
¶ Pꝛimus ergo caſus eſt. Siquis vendendo/plu
ris non pio ꝛ moderato ſed rigoꝛoſo pꝛetio vẽdit:
quia expectat tempus quo ſibi ſoluẽdum eſt:vſu
ram committit:quia quaſi mutuuꝫ eſt expectatio
tempoꝛis. Quãdo tamẽ venditoꝛ ſeruaturus erat
res in aliud tẽpus vendendas:poteſt vt ſupꝛa di
ctum eſt/vendere pluris ꝙ̃ nunc valent iuxta am
biguum veriſimile pꝛetium futuri tempoꝛis.
¶ Et ſimiliter ſiquis expectans tempus future ſo
lutionis/vendit pluris iuxta veriſimile mediũ ſeu
dubiũ pꝛetiũ tẽpoꝛe ſolutionis futurũ:excuſatur:
vt ſi piper nunc valet ſex/ꝛ in iulio creditur valitu
rum octo aut plus vel minus:ſi vendo nunc pꝛo ſo



lutione ad iulium pꝛo octo:excuſoꝛ a decretali.ca.
In ciuitate. tanꝙ̃ emptio non conſummata intelli
gatur vſq3 ad iuliuꝫ/quo emptio erit in opere que
nunc eſt in ſolo contractu:quaſi venditio cum coꝛ
reſpondente ſibi emptione nunc inchoetur ꝛ in iu
lio conſummetur.
¶ Secundus caſus eſt. Siquis emit minoꝛis pſſi
mo pꝛetio pꝛo eo ꝙ nũc ſoluit:vſura eſt:quia ex tẽ
poꝛe pecunie ſolute plus habet ꝙ̃ pecunia valeat.
¶ Tertius caſus eſt. Siquis debitoꝛ alicuius ad an
num/minus ſoluit nunc quia anticipat ſolutionẽ
(vt ſi debet centum/det nunc octoginta pꝛo tota
ſumma)ſine dubio vſura eſt:quia ex tempoꝛe ſo
lutionis anticipato lucrum repoꝛtat.
¶ Quartus caſus eſt. Siquis emendo frumentum
aſſignandum ſibi tempoꝛe collectionis frugum/
quia pꝛius dat pecunias minoꝛis emit ꝙ̃ eſtime
tur honeſtum pꝛetium tempoꝛe aſſignationis fru
gum:vſura eſt manifeſta ex ſupꝛadicta radice.
¶ Quintus caſus eſt. Siquis emit minoꝛis iuſto
pꝛetio cum pacto de retrouendẽdo/interim quaſi
locãs venditoꝛi ꝛ recipiens ad rationẽ quinq3 pꝛ
centũ pꝛetij dati:vſura eſt:qꝛ nõ ẽ ibi vera emptio:
ſed mutuũ palliatũ ſub dictis cõtractibus. qđ ptꝫ
ex eo ꝙ emitur longe minoꝛis ꝙ̃ ſit iuſtũ pꝛetium.
Secus aũt eſſet ſi ſuper domo vel agro cõſtituere
tur perpetuus cenſus ad rationẽ tot pꝛo centena
rio iuxta patrie moꝛem/cũ pacto ꝙ poſſit debitoꝛ
cenſus ſe liberare:quoniam contractus iſte deter
minatus eſt licitus per ſedem apoſtolicã pluries.
¶ Sext' caſus ẽ. Siquis pecunias ſuas dat artifici

ſeu numulario/volens capitale ſaluū/⁊ tātuꝫ lucri
abſolute aut ſi lucratur etiā ſi veriſimile aut quaſi
pꝛo certo habeat ꝙ numularius ſeu artifex multo
plus inde lucrabitur:vſura eſt/nō ſocietas/nec in-
nominatus contractus:quia ē capitali ſaluo ſtatus
lucro et non damno:⁊ quaſi ex mutuo lucrum ex-
pectatur.

¶ Septimus. Siquis emit rem nō extantem tāq̄
extantem(puta agrum/domum aut armentum)
⁊ locat venditoꝛi vt det quaſi precium locationis
ſeu cētum ſingulis annis tot aureos vſura eſt:quū
ſint contractus ficti ad palliationē mutui ⁊ vſure.

¶ Octauus ſimilis antedicto eſt. Siquis egens ro
me pecunijs accipit a numulario mille aureos ad
rationē cambij pꝛo lugduno et tamen rome reddē
di ſunt:vſura eſt:quia cambium ⁊ fictum ad palliā
dum mutuum ſub vſura.

Decimus ſimilis eſt. Siquis cuꝫ egente pecunijs
palliat multos contractus ſimultaneos(puta di-
cit ſe vendere tot pannos mille aureis reddendis
octauo menſe/⁊ ſe emere illos ab eodem pꝛo octin
gentis aureis nunc ſoluendis:⁊ ſic dat nunc octin
gentos/⁊ fit cōtractus pꝛo mille hinc ad octo mē-
ſes)vſura eſt palliata ſub multis ꝯtractibus. Nec
excuſat̄ ex eo ꝙ ipſe non eſt deterioꝛis cōditionis
q̄ alter qui emeret illos pannos pꝛo octingentis.
tum quia interuenit pactum de retrouendendo ſi
bi perdendo ducentos:quod non interuenit cum
alio:tum quia iſte in veritate non venderet illi niſi
pꝛopter hoc lucrum.



De mentali aūt vſura duo dicēda occurrūt
ſcꝫ pctm̄ ⁊ reſtitutio. Et pctm̄
quidem conſiſtit in hoc ꝙ ſperat̄ ex mutuo lucruꝫ
abſq̧ conuentione aliqua implicite vel explicite.

¶ Ubi diligentiſſime diſtingue inter ſperatum ſeu
deſideratū lucrum vel ex mutuo vel ex vera grati-
tudine animi. Nam ſiquis mutuat ſub ſpe ꝙ ex mu
tuo aliquid lucrabitur/vſure crimen incurrit:⁊ re
ſtituere tenet̄ quicq̄d lucri ex mutuo ſibi prouenit.
Si vero mutuat q̄s ſub ſpe ꝙ ille cui mutuat erit
gratus/ita ꝙ iure grati animi de ſuſcepto mutui
bñficio gratuito mittet munera aliqua non eſt vſu
ra:nec tenet̄ ad aliquam reſtitutionem huiuſmodi
munerꝫ:q꞉ non ex mutuo ſed ex gratuiti beneficij
collati recompenſatione/ad quaꝫ beneficiatus ex
moꝛali debito tenet̄ lucrum repoꝛtat.

¶ Uerum q꞉ q̄n̄q̧ animi non concoꝛdant hinc ⁊ in
de/opoꝛtet diſcernere diſtinguendo:ꝙ ſi vtriuſq̧
(ſcilicet mutuantis ⁊ mutuū accipiētis ac aliquid
plus dantis)intentio eſt pia/ita ꝙ nec mutuās ſpe
rat ex mutuo nec dans dat ex mutuo ſed ſpōte gra
tus de beneficio recepto:nulla eſt vſura/nulla eſt
opus reſtitutione.

¶ Si xͦ vtriuſq̧ itētio tēdit ad mutuū(hoc ē ꝙ mu
tuās ſperat ex mutuo lucruꝫ:⁊ dās aliq̄d plus dat
male libēter quaſi patiēs vſurā ſeu redimēs vexa-
tionē ſuā)mutuās vſurariꝰ mētalis ē ⁊ tenet̄ reſti-
tuere q̄cquid ſic lucratꝰ eſt:q꞉ vſurariū lucrum eſt.

¶ Si aūt claudicat itētio tm̄ ex pte accipiētis mutuū
(q꞉ ſcꝫ q̄ accepit mutuū dat quaſi inuitꝰ q̄ſi ſoluēs
vſurā aut redimēs ſuā vexationē:mutuās tm̄ opti

Universidad de Deusto Biblioteca



ma intentione mutuauit ⁊ accepit munera bona fi
de credens ex gratitudine ſibi dari) nullum inter-
uenit vſure peccatum. Ad reſtitutionem tamen te-
netur quando ſcit non libere ſibi hec donata/ ſi ex
illis factus eſt locupletior: alioquin non tenetur
ad reſtitutionem: quia bona fide ad omnia ſe ha-
buit: ⁊ ſibi imputet q̃ mala opiniōe ꝯcepta dedit.
¶ Si autem claudicat intentio tantum ex pte mu-
tuantis (ita ꝙ mutuans corrupta intentione mu-
tuat ⁊ accipit aliquid plus: ſed qui accepit mutuū
gratioſe donat ex animi gratitudine ⁊ beneuolen-
tia ignota ipſi mutuanti) mutuās inuoluitur petō
mentalis vſure. Et non poteſt retinere quod tur-
piter ex parte ſua accepit: ſed quantum eſt ex par-
te ſue conſcientie teneret̃ reſtituere illi qui dedit.
Uerum ſi poſtea nouit gratioſe ſibi donatum/ po-
teſt acceptare vt donatum: nec tenetur reſtituere
ſed penitentiam agere de ſuo peccato.
¶ Aduerte quoq; circa mentalem vſuraȝ ex parte
mutuātis/ ꝙ ſi q̃s nō vult mutuare alicui queȝ pu
tat aut nouit ingratū/ ⁊ libēter mutuat alicui queȝ
videt gratū: nō ꝑpterea inuoluitur petō vſure mē
talis: ſȝ ſequit̃ naturalē inclinationē qua actiones
noſtras ad eos qui digni ſunt dirigimus.
¶ Et ſimiliter ex parte accipientis mutuuȝ/ ſi quis
eſt gratus ⁊ multa impendit obſequia ac munera
alicui vt ille ad ampliora beneficia mutui exhiben
di gratioſe ac beneuole prouocetur: ad nulluȝ pec-
catum prouocat mutuantem.

**Ad vſuram** Accipere/ nullū petm̄ ſecūdū ſe ē: q: nihil aliđ ē q̄ ad mutuū



accipiēdū agere/ ⁊ ad vſurā patiēdā: quoꝝ neutrū
habet mali culpe rationem. Pōt tm̄ peccatum eſſe
vt ſi abſq; rōnabili cā quis ſubeat hoc damnū ⁊ al-
terius vtatur iniquitate. Non eſt tm̄ mortale petm̄
ſed veniale abſq; rationabili cauſa hoc facere.
¶ Eſto tm̄ hic cautus lector ⁊ penetrator dictorum:
qm̄ aliud eſt loqui de accipiendo ſub vſura/ ⁊ aliud
de inducendo hominē ad faciendā vſurā. Primuȝ
eñ nullū ſonat peccatū/ vt dictū eſt. ⁊ iō ex cā rōna
bili licet. Secūdū aūt ſp eſt petm̄ mortale: ita ꝙ nul
la neceſſitate excuſat̃ aliquis a petō mortali quum
inducit ꝑ ſe (hoc eſt ex itētiōe) aliquē ad peccādū
mortaliter dicente apoſtolo: digni ſunt morte non
ſolum qui faciunt: ſed etiam qui conſentiunt faciē
tibus: minus aūt eſt conſentire q̄ inducere. Et pro
pterea dicitur ⁊ bene: ꝙ licitum eſt mutuum acci-
pere ſub vſura a parato vſurā facere/ nō aūt ab im-
parato: q: nō lȝ inducere ad faciēdā vſurā/ ſȝ vti ini
q̄tate parati. Hoc eſt lȝ mihi petere ab homine mu
tuū/ ⁊ pati ꝙ ille ex hac mea petitione accipiat oc
caſionem apponendi ſuā malam voluntatem vſu-
rariā. Sic eñ nec ego induco illū ad vſurā nec ꝯſen
tio ipſius male voluntati: ſed induco illū ad mutuā
dū/ ⁊ conſentio mee paſſioni qua patior vſuras.
¶ De mediatoribus quoq; idem eſt iudicium: ſci
licet ꝙ nō licet illis inducere aliquē ad faciendum
vſurā: nec ēt eſſe quaſi negocii vſurarioꝝ geſtores
puta inquirendo egentes pecuniis ſub vſuris aut
prouocando vt accipiant a ſuo feneratore: qm̄ tūc
quis eſſet velut miniſter vſurarii: ⁊ participaret in
crimine ⁊ vinculo reſtitutionis.

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Circa participãtes autem cum vſurarijs in vſu
rerum vſurarij diſtinctiõe opus eſt. Primo an res
illa in ſeipſa ſit aliena: quia tunc idem eſſet iudiciũ
ſicut de participantibus in re rapta aut furto abla
ta. quam conſtat nullo titulo poſſe contrectari lici
te ab alio: quia res aliena eſt.

¶ Si autẽ res ipſa aliena nõ eſt: ſubdiſtinguendũ
eſt an ex illo vſu efficiatur vſurarius impotens ad
reſtituendas vſuras. Nam ſi non efficitur inde im
potens ad reſtituendum / ſed eque potẽs remanet
ad reſtituendũ vſuras quas lucratus eſt: poteſt li
cite homo cũ vſurario negotiari / ꝛ dona ab eo acci
pere ꝛ dotẽ / ꝛ breuiter quomodolibet cõtrahere.
Si vero efficeretur minor ad reſtituẽdum vſuras /
non liceret contractus huiuſmodi cũ vſurario ini
re. Et in promptu ratio eſt: quia cũ periculo factu
re proximi negociaretur: dum fieret ꝙ vſurarius
q̃uis nunc pertinax / ſi cras rediret ad cor / nõ poſ
ſet ſatiſfacere quibꝰ teneretur. Unde ab huiuſmo
di vſurario non liceret accipere dona nec dotẽ / aut
aliquid ſimile: quia per hec efficeret̃ impotens ad
reſtituendũ. Quãuis licitum eſſet illi vẽdere / ꝛ ab
eodẽ emere: q: per hec nõ redderetur impotẽtior
ad reſtituendum. quoniam tantundem recipit ab
alio quantum dat de ſuo.

¶ Et iuxta hanc diſtinctionem regulãdi ſunt caſus
qui occurrunt de victu vxoris ꝛ filiorum ac familie
vſurarij. Si enim hinc ſit non ſoluendo (puta quia
nihil habet niſi vſuras / nihilꝗ lucratur niſi vſura
rie) conſequens eſt vt non liceat illis inde victũ ſu
mere. Et hoc regulariter loquendo intellige. Nam



per accidẽs poſſet eſſe licitum: puta ſi eſſent in ne
ceſſitate extrema: aut ſi vtiliter agerent negociũ
creditorum. vel ſpiritualiter (puta ſuadendo reſti
tutionem) aut corporaliter: puta bonificando eorũ
bona pignorata. Uide de hac materia diffuſius ſcri
pta ſuperius in verbo reſtitutio.

¶ De dominis quoꝗ temporalibus accipienti
bus ab vſurarijs componentibus cum eiſdem vt
vſuras impune facere poſſint: non ſolum idem eſt
iudicium quantum ad res quas ab eis accipiunt /
ſed peius ſi illicita concedunt.

Cogor hoc in loco reſpondere querẽtibus
an ſit vſura emere pagas certas mon
tis genuenſis hinc ad triennium recipiẽdas. Ita
ꝙ caſus eſt iſte. Ioannes habet in monte genuen
ſi loca decem / ex quibus iam computatum eſt ꝙ
debentur ei centum libre: ſed q: non ſunt ipſi exol
uende ante triennium / ideo vocãtur acerbe page /
ꝛ tertio anno vocabuntur mature: ꝛ ioannes eget
nunc pecunia / vẽditꝗ iſtas decem pagas acerbas
pro ſeptuaginta libris nunc habendis: nunquid ſi
ego ſic emo / committo vſuram?

¶ Reſpondeo omiſſis diſputationibus ꝙ hic nul
la interuenit vſura: quia eſt contractus nõ palliati
aut impliciti mutui: ſed emptionis ꝛ venditionis:
quoniã ioannes vendit ius ſuum quod habet ſup
illas decem pagas: ꝛ non vendit ipſas pagas / nec
aliquod mutuum accipit.

¶ Declaro ſingula. Quod non vendãtur page ſed
ius pagarũ / ex eo patet ꝙ ioannes non tenet̃ mihi
aſſignare pagas: ſed ius ſuũ qđ habet ſup pagas

Universidad de Deusto Biblioteca



ſllas. Quod nullum accipiat ioãnes mutuũ/ex co pater: q: ad nihil reſtituendũ obligatus eſt: ſed ſo- lum ad aſſignandum mihi ius pagarũ. Et rurſus quia quicquid periculi hic eſt/apud me ementẽ re ſtat: quod eſt cõtra naturã mutui. Eſt igiẽ hic vera emptio ⁊ vẽditio iuris pagarũ illarũ. Et ꝑpterea ſi iuſto pretio emitur/iuſtus erit cõtractus. Juſtũ aũt pretiũ cõſtat eſſe quod cõiter inuenitur abſq́ fraude ⁊c. ⁊ propterea ſi page huiuſmodi vendun tur pretio cõiter tũc currente/nullũ peccatũ com- mittitur. Eſt aũt rationabilis cã minoris pretij/ex eo ꝙ res venalis inutilis ꝑ trienniũ/minor ẽ ei ipſa vtili ab hodierna die. Unde quũ ius pagarũ acer- barũ inutile ſit vſq́ ad tempus maturitatis: ratio nabiliter minus valet ac minoris vendit/ꝙ ius pa garũ vtile nũc: ſicut terra ſterilis vſq́ ad bienniũ/ minus valet ꝙ ipſamet ſi eſſet vtilis hodie.

¶ Nec hoc qđ diximus de venditione ⁊ emptione iuris pagarũ ex monte genuenſis/eſt ſingulare in illo monte: qm̃ hoc ẽ commune omni alteri iuri quo rumcunq́ creditorũ. Poſſum enim licite emere ius tuũ quo tibi debenẽ ab altero mille aurei hinc ad annũ: ⁊ licite emẽdo dabo tibi min⁹ mille aureis/ preſuppoſito debito liquidiſſimo ⁊ abſq́ difficul- tate ac labore exigibili: qm̃ ius recipiẽdi ad annuꝫ mille aureos/minus eſt ſecundũ rẽ ⁊ ſecundũ hu- manũ viſum ac humanã eſtimationẽ ꝙ mille aurei: quia potentia etiã proxima minor eſt actu. ⁊ inter os ⁊ offam multa intercidere poſſe/proverbiũ ve- tus eſt. Non enim qui hoc ius emit/facit mutuum palliatum; nec emit mille ducatos poſt annum/vt



ratio temporis expectati cõſtituat vſurã: ſed emit ius alterius ad habẽdũ poſt annũ ducatos mille: ⁊ ipſius ementis periculo ius illud derelinquitur: quod eſt contra naturam mutui: vt dictuꝫ eſt de iu re pagarum.

¶ Quãto aũt minoris mille ducatis emere debeo: relinquitur arbitrio boni viri/cõſideratis cõditio nibus tẽporũ/copie pecuniarũ vel penurie ⁊c.

¶ De monte autem ipſo genuenſi ⁊ ſimilibus: q: conſiſtunt in facto/loqui neſcio niſi factum certuꝫ mihi proponeretur. Sed in communi loquendo: certũ eſt ꝙ ſi ſunt annui cẽſus conſtituti ſuper pro uentus ciuitatis/liciti ſunt. Nec aliquid obſtat qm̃ cõmunitas poſſit ſe redimere. Et quoniaꝫ quomo dolibet inceperint montes iſti/hodie vt annui cẽ- ſus cõmuniter haberi videnẽ: ideo ſi ſic eſt ſcilicet ꝙ in naturam tranſiere cenſus/diſputationes ſu- perflue videntur.

¶ Et ſic ſit omnipotenti deo laus ⁊ gloria pro per- fecta vtcunq́ hac ſummula inter hungarice lega- tiõis diſcrimina: poſonij ĩ die ſancte cecilie. Anno ſalutis. M.cccccxxiij. etatis aũt mee quinquage- ſimoquinto. Amen.

## Regiſtrum.

aa. A. B. C. D. E. F. G. H. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. y. Z. aa. bb. cc. dd. ee. ff. gg. hh. ii. kk. ll. mm. nn. oo. pp.

Omnes ſunt quaterni preter aa. q̇ eſt quintern⁹

ad laud em dei [illegible] ego Joannes [illegible] hanc ſummam poſt [illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Explicit peccatorũ ſum-
mula domini Thome de Vio Caietani Cardinalis
ſancti Sixti: per dominum Joannem Danielis
ſacre theologie baccalarium accuratius reuiſa.
Lugduni in edibus Antonij du Ry Calchogra-
phi diligentiſſimi. Sumptibus honeſti viri Ja-
cobi de Giunta Florentini. Incole vrbis Rome.
Anno. dñi. M.cccccxxvij. Idib' Aprilis. Impiſſe.



# Jẽtacula noui te-ſtamẽti Cardinalis ſancti Sixti.

Reuerendiſſimi dñi Thome de
Vio Caietani cardinalis ſancti Si-
xti preclariſſima ſexagitaquatuor
notabiliũ ſniarũ noui teſtamenti
literalis expoſitio/in duodecim ca-
pita diſtincta: q totidem ientacula
noui teſtamenti ratione operis inſti-
tio reddita inſcribuntur.



Universidad de Deusto Biblioteca

Clemens Papa.vij. Dilecto filio Jacobo
Giunta in alma vrbe nr̄a Bibliopole.

Dilecte fili ſalutē ꝛ apoſtolicā ben̄. Ho
neſtis votis libēter annuimus eaq́ꝫ fa
uoribus proſequimur opportunis:
Cū itaq́ꝫ ſicut nuper nobis exponi fe-
ciſti tu ſummulam quandam peccato
rum que Caietana dicitur per dilectum filium no-
ſtrum Thomā tituli ſancti Sixti. S.R.E. Presby
terum Cardinalem editam non abſq́ꝫ maximis ex
penſis imprimi facias: nos damnis ꝛ iacturis qui
bus ſi hmōi ſummula ꝑ alios medio tēpore impri
meretur affici poſſes occurrere volētes. Motu ꝓ
prio ꝛ ex certa ſciētia nr̄a volum⁹ ꝛ tibi ꝯcedim⁹. vt
hmōi ſummulā tā Rome ꝛ Venetijs q̄ȝ in q̄buſuis
alijs ciuitatib⁹ t̄ris ac locis vſq́ꝫ ad decēniū a data
p̄ntiū ꝯputādū imprimere ꝛ impͥmi facere libere
ꝛ licite valeas tā tu q̄ȝ ꝯſanguinei tui ꝛ ꝑ te agētes
necnō quibuſuis alijs mercatorib⁹ libroꝝ impͥſſo
ribus ꝛ alijs ꝑſonis etiā cuiuſcūq́ꝫ dignitatis ſta-
tus/gradus/ordinis/ꝛ ꝯditiōis exiſtētib⁹. ſub ex
cōicatiōis late ſn̄ie pena/ꝛ ꝑditiōis dictoꝝ libroꝝ
ꝯtra p̄ntium tenorē impͥſſoꝝ: ac mille ducatoꝝ pro
vna fabrice principis aplͦꝝ de vrbe ꝛ alia ꝑtib⁹ ti-
bi applicādis penis. necnō dānis ꝛ itereſſe q̄ ꝓpt
ea patereris: ne durāte hmōi decēnio dictā ſūmulā
etiā in quacūq́ꝫ forma ꝛ in quibuſcūq́ꝫ caracterib⁹/
abſq́ꝫ ſpeciali licētia aplͥce ſedis aut tua imprime-
re ſeu imprimi facere aut vēdere/vel alias de illis
diſponere quoquo mō p̄ſumāt inhibem⁹. Hortan



tes nihilomin⁹ dilectū filiū nobilē virū modernuꝫ
ꝛ pro tempore exiſtentē Ducē venetiaruꝫ. Audi-
tori vero camere ꝛ dicte vrbis gubernatori ſenato
ri bariſello. ac oībus ꝛ ſingulis alijs gubernatori
bus poteſtatibus officialib⁹ ꝛ executoribus tā ve
netijs q̄ȝ in alijs etiā Jtalie/germanie/ꝛ frācie ꝑti
bus exiſtentibus p̄ntibus ꝛ futuris quos duxeris
tu ac agētes tui duxerint per te vel illos vel alios
eligēdos ſub excōicatiōis pena ipſo facto ꝑ ipſos
incurrēda mādam⁹ quatenus tibi ac ipſis in pre-
miſſis ac circa premiſſa aſſiſtētes nō ꝑmittāt vos
aut aliquē veſtrū ſuꝑ p̄miſſis aut aliquo p̄miſſorū
impediri: aut quouis mō turbari ꝛ dānificari: inuo-
cato etiā ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecu-
laris: ꝛ alia faciēdo ꝛ exequendo in p̄miſſis ꝛ circa
ea neceſſaria ꝛ oportuna volētes etiā p̄ntiū trāſūp
ptis manu notarij publici ſubſcriptis ꝛ ſigillo ali
cuius prelati ſeu perſone in dignitate eccleſiaſtica
ꝯſtitute munitis/plenā vbiq́ꝫ fidē ꝓinde ac his no
ſtris originalib⁹ adhiberi tam in iudicio q̄ȝ extra.
Nō obſtātibus ꝯſtitutiōib⁹ ꝛ ordinatiōib⁹ aplͥcis
ceteriſq́ꝫ ꝯtrarijs quibuſcūq́ꝫ. Datum rome apud
ſanctum petrum ſub anulo piſcatoris die.xvij.de-
cembris.M.D.xxiij. Ponti. noſtri Anno ſc̄do.

Be. El. Rauenn̄.

Universidad de Deusto Biblioteca



# Index eorum que in hoc opuſculo tractantur.

**In primo** Ientaculo de verbis dñi circa ipſius ex hoc mundo tranſitū: tractantur queſtiones .xiij.

Cur Chriſtus reprehendit ſuos diſcipulos dicẽtes. vt quid perditio hec: poterat enim iſtud vnguentum venundari ⁊c.

¶ Queſtio ſecunda. Quantū valeat excuſatio domini. opus enim bonū operata eſt in me: nam pauperes ſemp habebitis vobiſcum/ me aūt nõ ſemper habebitis.

¶ Tercia. Quorſum tria dicta/ a domino excuſationi magdalene vngentis ipſum abiecta: ſcilicet de ſepulture ſue preuentione/ de perpetua memoria huius vnctionis in laudẽ magdalene futura/ ⁊ qđ ipſa magdalena fecit quod habuit.

¶ Quarta. Quo pacto verba domini ad diſcipulos pro emẽdo gladio/ ſcilicet quãdo miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera ⁊c. ad literã verificentur.

Item ad quid apoſtoli dixerunt/ ecce duo gladij hic. Et cur dominus meminerit perſecutionis ſue/ non loquens de ſui defenſione.

¶ Quinta. Quam conueniens fuerit hec dñi ad annã iudicem reſpõſio/ quid me interrogas?

¶ Sexta. Quam conueniẽs fuerit domini ad anne



miniſtrum percuſſorem reſponſio. ſi male locutus ſum/ teſtimonium perhibe de malo. ſi aūt bene: quid me cedis? Item cur non reſponderit dñs anne ad interrogationẽ de diſcipulis.

¶ Septima. Cur dominus a caipha adiuratus vt diceret ſi ipſe eſſet meſſias: non ſol' ſe eſſe chriſtum reſpondit/ ſed amodo videbitis filiū hominis ſedẽtẽ a dextris virtutis dei ⁊c. adiecit.

¶ Octaua. Cur interrogãti pilato/ tu es rex iudeorum: reſpõdit dominus: a temetipſo hoc dicis an alij tibi dixerunt de me?

¶ Nona. Cur interroganti pilato/ quid feciſti? reſpondit dominus. regnum meum nõ eſt de hoc mundo ⁊c.

¶ Decima. Cur ex verbis domini inferenti pilato ergo rex es tu: reſpondendo ſubiūxit domin'. ego in hoc natus ſum/ ⁊ ad hoc veni in mundū. vt teſtimonium perhibeam veritati: omnis qui eſt ex veritate/ audit vocem meam.

¶ Undecima. Cur interroganti pilato: mihi non loqueris: neſcis quia poteſtatem habeo ⁊c. reſpõdit domin'. nõ haberes aduerſum me poteſtatem vllam niſi tibi deſuper datum eſſet ⁊c.

¶ Duodecima. Cur interrogatus dominus ab herode in multis ſermonib'/ nihil omnino reſpõdit: quum tamen affulgeret ſpes profectus.

¶ Tertiadecima. Cur pilatus hanc domini cauſam ſuper crucem ſcripſerit. ieſus nazarenus rex iudeorum.

**In ſecundo** De diuerſis documentis de filijs dei/ tractantur queſtio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nes quatuoꝛ.
¶ Pꝛima de verbis pauli apoſtoli ad ro.j. de vni
genito filio dei/quibus dicit. qui pꝛedeſtinat⁹
eſt filius dei in virtute ſecundum ſpm̄ ſanctifica
tionis ex reſurrectione moꝛtuoꝝ ieſu chꝛiſti do
mini noſtri.
¶ Item expoſitio hoꝝ duoꝝ ab apl'o ibidē dictoꝝ
ſcilicet qui factus eſt ex ſemine dauid ſm̄ carneꝫ.
⁊ per quē accepimus gratiā ⁊ apoſtolatū ad obe
diendum fidei in oībus gentibus ꝓ noīe eius.
¶ Scda de verbis ioānis euāgeliſte ioan.j.de filijs
dei adoptiuis .dedit eis poteſtatē filios dei fieri:
qui nō ex ſanguinib⁹ neqꝫ ex volūtate carnis:ne
qꝫ ex volūtate viri/ſed ex deo nati ſunt.
¶ Tertia de ꝟbis pauli apl'i.j .ad coꝛ.xv.de baptiſ
mo quo generātur filij dei/quum dicit. alioquin
quid faciunt qui baptizant pꝛo moꝛtuis ſi omni
no moꝛtui nō reſurgūt vt qd ⁊ baptizant ꝓ illis.
¶ Quarta eſt de ꝟbis eiuſdē apl'i ad gal'.iij.de here
ditate filioꝝ dei ꝑ fidē repꝛomiſſa nō ꝑ legē/quū
dr.lex oꝛdinata ꝑ angelos in manu mediatoꝛis:
mediatoꝛ aūt vni⁹ nō eſt/deus autē vnus eſt.

**In tertio** De diuerſis ſcripture dictis de ſacerdotio tres tractāt q̄ſtiones.

¶ Pꝛima de verbis apoc.ca.v. feciſti nos deo no
ſtro regnum ⁊ ſacerdotes.⁊ ca.j.fecit nos regnuꝫ
⁊ ſacerdotes deo ⁊ patri ſuo.
¶ Secunda de verbis petri apoſtoli in ca.ij. pꝛime
ſue epiſtole: Uos autem genus electuꝫ/regale ſa
cerdotium/gens ſancta ⁊c.
Tertia de verbis eiuſdem petri apoſtoli in eo.ca.



ad quem accedentes:⁊ ipſi tanq̄ lapides viui ſu
peredificamini domos ſpirituales in ſacerdotiū
ſanctū/offerētes ſpiritales hoſtias acceptabiles
deo per ieſum chꝛiſtum.

**In quarto** De nouē beatitudinibus euā gelicis:pꝛemittuntur eaꝝ tra ctationi quinqꝫ queſita.

¶ Pꝛimum cur dominus in pꝛincipio has beati
tudines pꝛopoſuit.
¶ Secundo cur multas.
¶ Tertio cur tot.i.nouem.
¶ Quarto cur pluraliter.
¶ Quinto an gradatim enumerentur.
¶ Pꝛima beatitudo euāgelica eſt hec.beati pau
peres ſpū/quoniam ipſoꝝ eſt regnum celoꝛum.
¶ Secunda. beati mites/quoniam ipſi poſſidebūt
terram.
¶ Tertia.beati qui lugent/quoniam ipſi conſola
buntur.
¶ Quarta.beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiā/quo
niam ipſi ſaturabuntur.
¶ Quinta.beati miſericoꝛdes/quoniam ipſi miſer
coꝛdiam conſequentur.
¶ Sexta. beati mundo coꝛde/quoniam ipſi deum
videbunt.
¶ Septima. beati pacifici./quoniam filij dei voca
buntur.
¶ Octaua.beati qui perſecutionem patiuntur pꝛo
pter iuſtitiam/quoniam ipſoꝛum eſt regnum ce
loꝛum.

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Nona. beati eſtis quum maledixerint vobis homines / ⁊ perſecuti vos fuerint / ⁊ dixerint omne malū aduerſus vos mentientes ꝓpter me: gaudete ⁊ exultate / quoniam merces veſtra copioſa eſt in celis.

## In quinto quinqꝫ tractantur ſententie.

¶ Prima math. xv. munus quodcunqꝫ ex me eſt / tibi proderit.

¶ Secūda ibidem. omne quod in os intrat in ſeceſſum emittitur.

¶ Tertia luce. xvj. qui fidelis eſt in minimo / ⁊ in maioꝛi fidelis eſt: ⁊ qui iniquus eſt in modico / iniquus eſt ⁊ in maioꝛi.

¶ Quarta ibidem. ſi moyſen ⁊ prophetas non audiēt / neqꝫ ſi q̇s ex moꝛtuis reſurrexerit credēt.

¶ Quinta ioan. j. quotquot receperūt eum / dedit eis poteſtatē filios dei fieri.

## In ſexto Tractantur ſex.

¶ Primū verba dn̄i in cena. nō bibam de hoc genimine vitis vſqꝫ in diē illū quum illud bibam vobiſcum nouū in regno patris mei.

¶ Secundum / verbum domini ad iudam in eadem cena. quod facis fac citius.

¶ Tertium / verbum domini ad petrum quum percuſſit malchū. conuerte gladium tuum in locuꝫ ſuum: omnes enim qui acceperint gladiū / gladio peribunt.

¶ Quartum ad marcum euāgeliſtam. adoleſcēs autem quidam ſequebatur eum amictus ſyndone



ſuper nudo / ⁊ tenuerunt eum ⁊c.

¶ Quintum. erat autē paraſceue paſche.

¶ Sextū apud ioā. accipite eum vos ⁊ crucifigite.

## In ſeptimo Tractantur tria.

¶ Primum eſt apud lucam de duobus diſcipulis euntibus in emaus. oculi autem eoꝛum tenebantur ne eum agnoſcerent.

¶ Secundum. vnde ſcitur ꝙ thomas tetigit manꝰ ⁊ latus chꝛiſti / vt doctoꝛes affirmant.

¶ Tertiuꝫ apoc. v. dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere diuinitatem.

## In octauo Declarant̄ de peccatis quinqꝫ.

¶ Primū mathei duodecimo. omne peccatum ⁊ blaſphemia remittetur hominibꝰ: ſpiritꝰ autē blaſphemie non remittetur.

¶ Secundum. j. ad coꝛ. vj. omne peccatum quodcunqꝫ fecerit homo extra coꝛpus eſt: qui auteꝫ foꝛnicatur in coꝛpus ſuum peccat.

¶ Tertium. ioan. vi. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccm̄: non ad moꝛtē: petat ⁊ dabitur ei vita peccanti nō ad moꝛtē: eſt pcc̄m ad moꝛtem / nō pꝛo illo dico vt roget quis.

¶ Quartum apoca. iij. vtinā eſſes calidus aut frigidus: ſed q: tepidus es / incipiamꝰ te euomere ex oꝛe meo: q: dicis. diues ſū ⁊ locupletatus / ⁊ nullius egeo: et neſcis q: miſer es ⁊ miſerabilis / ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nudus:

¶ Quintum apoc. vltꝰ qui nocet noceat adhuc: ⁊ q̄ ſoꝛdibus eſt ſoꝛdeſcat adhuc.

Universidad de Deusto
Biblioteca



## In nono Declarantur quatuor.

¶ Primum mathei.xix.erunt duo in carne vna itaqꝫ iam non ſunt duo ſed vna caro.

¶ Secundum mathei.xxj.ꝛ luce.xx. Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur: ſuper quem vero ceciderit conteret eum.

¶ Tertium luce.xiij. Ite ꝛ dicite vulpi illi. ecce eijcio demonia ꝛ ſanitates perficio hodie ꝛ cras et tertia die conſumor: veruntamē oportet me hodie ꝛ cras ꝛ ſequenti die ambulare: quia non capit ꝑphetã perire extra hieruſalem.

¶ Circa quod queruntur tria. Primo quorſum tēdant hec de herode verba: quum in euangelio nō legatur ꝙ ipſe inſidiatus fuerit chriſto. Secūdo quid ſibi velit replicata hec diſtinctio per tria tēpora: hodie/cras/ꝛ tertia die. Tertio quid ſignificetur per illa verba/quia non capit prophetã perire extra hieruſalem: quum latina conſtructio nullam videatur habere ſignificationē.

¶ Quartum.j.ad cor.vj.omnia mihi licent/ſed nō omnia expediunt. omnia mihi licēt/ſed ego ſub nulli⁹ redigar poteſtate. ꝛ ca.x.omnia mihi licēt/ſed non omnia edificant.

## In decimo Tractantur quatuor domini dicta apud ioannem.

¶ Primum ioan.v. Si ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo/teſtimonium meum nō eſt verũ. Quũ tamen ioan.viij.dicat. Si ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo/verum eſt teſtimonium meum.

¶ Secundum quoqꝫ ioan.viij. Quomodo vos po-



teſtis credere: qui gloriam ab inuicem accipitis/ꝛ gloriam que a ſolo deo eſt non queritis?

¶ Tertium ioan.xiiij. In domo patris mei manſiones multe ſunt: ſi quo minus dixiſſem vobis: qꝛ vado parare vobis locum. Circa quod fiunt tres queſtiuncule. Prima quid negetur per illa verba / ſi quo minus. Secunda quid ſit illud quod affirmat dominus conditionaliter tamen ſe fuiſſe dicturum diſcipulis in illis verbis dixiſſem vobis. Tertia quomodo dominus vadat parare diſcipulis locum: quum ipſe dixerit filijs zebedei parata eſſe electis loca a ſuo patre. ꝛ quum dixerit ſe in iudicio dicturum/venite poſſidete regnum paratum vobis a conſtitutione mundi.

¶ Quartum eſt ioan.xvij. Et nunc clarifica tu me pater apud temetipſum claritate quam habui/priuſꝙ mundus fieret apud te.

## In vndecimo Tractant̄ tria occultiora.

¶ Primum eſt ioan.x.quum dominus poſtquã dixerat ſe eſſe verum deum/iudeis ipſum propterea lapidare volentibus reſpondit ſcriptũ eſſe ego dixi dij eſtis ꝛc. Ubi videtur dominus diuertere ſermonem a deitate per eſſentiam ad deitatem per participationem.

¶ Secundum ad Phil.ij. Qui quũ in forma dei eſſet/nō rapinã arbitrat⁹ eſt eſſe ſe equalē deo: ſꝫ exinaniuit ſemetipſum; formam ſerui accipiēs.

¶ Tertium apoca.iiij. Tu creaſti omnia: ꝛ per voluntatem tuam erant ꝛ creata ſunt.

Universidad de Deusto Biblioteca



In duodecimo Tractatur circa res geſtas quinq;.

¶ Primum luce.vij. quo pacto mulier peccatrix/ ſtans lauerit pedes domini lachrymis.

¶ Secundum. Unde conſtet ex euãgelio hanc mulierẽ peccatricẽ eſſe mariã magdalenam ⁊ ſororem lazari.

¶ Tertium. Cur marci.viij. dominus cecum illuminauit paulatim. ita q̄ primo imp̄fecte: dux dixit video hoīes ãbulantes ſicut arbores: ⁊ ſecũdo impoſitione manuũ p̄fecte/ vt clare videret oīa.

¶ Quartus. Cur paulus ap̄ſus ti.j. ad thimo.iij. & ad thi.j. tradẽs ꝯditiones req̄ſitas ad ep̄m/ tradit tantũmodo ꝯditiones poſitiuas (puta ſobrium/ prudentem ⁊c.) ⁊ nunq̄ meminit cõditionis ꝯparatiue: ſcilicet q̄ ſit dignior aliis.

¶ Quintum. Cur tentator chriſti in prima ⁊ ſecunda tentatione dixit ſi filius dei es: in tertia autẽ non hoc dixit/ ſed ad maximum ſcelus auſus eſt chriſtum prouocare.

¶ Explicit index.



# Ientaculi noui teſtamenti Thome de Uio Caietani cardinalis ſcti Sixti.

Sapientie diuine Clemẽs ſeptime Põtifex maxime mẽſaz poſt perfectam peccatorum ſummulam inſtruere quum hungarica peregrinatio vetaret: ne ieiuna oīno menſa manuſq; tranſiret/ ientacula quedam parare curaui. Abſq; ordine ſiquidẽ ⁊ delectu occurrentes nõnulle per nouum teſtamentum ſententie literali ſenſu hic declarantur. Nec p̄pterea finẽ feci q̄ oẽs declaratione dignas arbitrarer me ꝯplexũ eſſe: ſed vbi obtulit ſe ꝯmoditas inchoãdi ꝯmẽtaria pſalmoꝝ iuxta literalẽ ſenſum. omiſſis iẽtaculis/ ꝯuiuio apparãdo vacãdũ credidi. Nõ dedignaberis itaq; pater beatiſſime exiguũ hoc munuſculum ſuſcipere: quandoquidem ⁊ mea omnia tue beatitudini debentur ⁊ diuina eſt materia. Felix vale.

Occurrunt In primis circa verba dñi noſtri ieſu chriſti circiter ipſi' ex hoc mũdo trãſitum/ queſtiones quatuor. Prima eſt de verbis domini in excuſatione ma-

Univerſidad de Deusto Biblioteca



gdalene:quid moleſti eſtis huic mulieri ꝛc. Secun
da eſt de verbis domini ad diſcipulos pro emendo
gladio:quando miſi vos ſine ſacculo ꝛ pera ꝛc. Ter
tia eſt de reſponſionibus domini ad ſuos quatuoꝛ
iudices:annam/caipham/herodem/ꝛ pilatum.
Quarta eſt de cauſa ipſiꝰ domini ſcripta:ieſus na=
zarenus rex iudeoꝛum.

Circa verba ſiquidem domini p
maria magdalena admira
mur pꝛimo cur repꝛehenſi ſint diſci=
puli:egre ferentes effundi precioſuz
vnguentum in vnctionem pedū vniꝰ
pauperrimi pꝛedicatoꝛis tātam ſan
ctitatem pfitentis. ¶ Videtur ſiquidem rationabi
liter indignati. Tum quia talis vnctio ad delicias
non qualeſcūqꝫ ſed precioſas ſpectare videtur ma
gnoꝛum nobilium. Et foꝛte nullus erat tam celſus
vt vteret tā pꝛecioſo vnguento pro pedibus:ſed p
capite:chꝛiſtus autem ignobilis ſecundū mundū
(vt pote filius fabꝛi ꝛ faber) ꝛ pedes eius vngebā
tur tam delicata vnctione. ¶ Tum quia hodie ſcan=
dalizaremur ſi videremus aliquem pꝛedicatoꝛem
ſancte fame/permittere ſe deliniri huiuſmodi deli
ciis pꝛecioſis:multum enim indecens iudicaremꝰ.
¶ Tum quia diſcipulis/quibus eſt mandatum vt
emulentur chariſmata melioꝛa:incūbebat diuerte
re mariam ab hac effuſione vnguenti propter opꝰ
euidenter melius ſcilicet vt venderetur/ꝛ pꝛecium
daretur in pauperum eleemoſynam.
¶ Admiramur ſecundo quātum valeat excuſatio
domini. opus enim bonum operata eſt in me:nam



pauꝑes ſemꝑ habebitis vobiſcū/me autē nō ſemꝑ
habebitis. Ex differētia nāqꝫ tēpoꝛis habēdi pau
peres ꝛ ipſum (q2 illos ſemper/ipſum xpo nō ſemꝑ
eſſent habituri) nō apparet vn̄ inferatur/ſeu vnde
reddatur rō ꝙ illa bonū opus opata ſit. Etenim ex
iſta differentia nō tollitur quin vnctio illa fuerit ex
ceſſiua vtpote delicioſa nimis ꝛ impeditiua melio=
ris boni/ſcilicet tante eleemoſyne in pauperes: p
quibus tantomagis ſollicitum opoꝛtet hominem
eſſe/quanto nunꝙ deficiunt/ſed ſemper durant.
¶ Admiramur tertio de aliis tribꝰ verbis dn̄i ad
iectis/tanꝙ impertinētibus ad excuſationē magda=
lene vngētis ipſum/quoꝛſum hec? Appoſuit ſepul
ture ſue ꝑuentionē/appoſuit ꝑpetuā memoꝛiā hu
ius vnctionis in laudē magdalene futuram/appo
ſuit ꝙ fecit hoc quod habuit. Nihil autem hoꝛum
excuſat vnctionē magdalene. Nō pꝛimū. tum quia
pꝛeter intētionē marie vngentis erat ꝙ ad ſepultu
ram refertur:opus autem iudicatur bonum ſcd̄m
intentionē operātis:nō enim intendebat illā ꝑue=
nire ſepulturā:ſed vngere viuentē chꝛiſtum. tum q2
etiā p ſepultura exceſſiua/erat vnctio tam pꝛecio
ſa:in cuius ſignum/nicodemus pro ſepulture chꝛi
ſti officio mixturā aloes ꝛ myꝛrhe/ꝛ non vnguen=
tum nardi precioſi attulit. Nō ſcd̄m. quia ad euen=
tum ſpectat ſubſecuta laus:nō ad intētionē operā
tis. Nō tertium. q2 omnino impertinens videtur illa
appoſitio:quū nullus calumniaretur eā quaſi feciſ
ſet vnctionem de alieno/aut de neceſſario ſibi:quo
rum vtrunqꝫ excluditur per hoc qō fecit quod ha=
buit vt facere bene poſſet.

**Ad clariorem** Intellectū dominice ſen
tētie p̄notāda eſt diſpoſi-
tio mulieris vngētis in animo ſuo: vt percipiatur
quale fuerit illius hoc opus ex parte ſua. Ipſa ſi-
quidem credebat ieſum eſſe verum meſſiam: quā
ſoror eius martha dixerit domino / ego credi-
di quia tu es chriſtus filius dei: multo enim ma-
gis ipſa maria hoc credidit: que optimam partem
elegerat. Credidit quoq; eundem habere poteſta
tem dimittendi peccata: iuxta verbum domini ad
eam. remittuntur tibi peccata tua: fides tua te ſal-
uam fecit. Amabat quoq; multum ſaluatorem: vt
dictuꝫ ſit de ea. dimiſſa ſunt ei peccata multa: quo
niam dilexit multum. ¶ Ex tam ſancta igitur diſ-
poſitione erga chriſtum / videri facile poteſt ma-
riam ad vnctionem iſtam proceſſiſſe vt multa ſi-
mul exequerētur officia: ſcilicet humanitatis / gra
tie / ac religionis. Humanitatis quidem quoniam
mos erat in regione illa vnctionem exhibere. Un
de ⁊ ſimon phariſeus quaſi reprehenſus eſt a do-
mino quod caput eius non vnxiſſet. Et ſicut conſo
num erat / inuitato chriſto ad cenam preparare
epulas lautiores (que ſcilicet magnatibus ſolent
parari) quando ſic decebat inuitantem: ita arbi-
trata eſt magdalena decere ſe exhibere in vnctio-
nem tanti viri inuitati delicatū ac p̄cioſum vnguē
tum. Gratie vero: quā memor recepti beneficij re-
miſſionis ſcilicet peccatorum vngendo alias chriſtū /
debitricē ſe arbitrata eſt vt iterum quo melius poſ-
ſet vngeret ieſum. vñ primū pedes ex quorum priore
vnctiōe veniā hauſerat / deinde caput a cuius ore ver-
bum



bum ⁊ veniē dixit totiens perceperat non ſolū vn-
xit ſed quodammodo abluit: pro quāto verſando
vas vnguenti / effudit illud ſuper caput: vt euange
liſte teſtantur. Nec putauit precioſum aliquid repu
tandum ad referendam gratiam de tanto benefi-
cio. Religionis autē: quā meſſie ⁊ dei filio offerebat
vnctionem illam in ipſius meſſie ſecundum aſſum
ptam carnem corporale refrigerium: ⁊ propterea
putauit ⁊ bene / oportere eſſe optimaꝫ ac precioſiſ
ſimam huiuſmodi vnctionem.
¶ Ex quibus omnibus ſimul collectis / manifeſte
apparet mariam ſecundum recte rationis iudiciū
elegiſſe in huiuſmodi delicata ⁊ precioſa vnctione /
bonū ac laudabile opus deuotionis pijq; obſequij
in dominū ieſum chriſtum: ⁊ propterea diſcipulos
indignatos de hoc / merito a domino reprehenſos
quod moleſti eſſent mulieri illi dicendo: vt quid perdi
tio iſta? Nō enim eſt vnguenti perditio vſus ille vn
guenti ad quē tot virtutes incitabant: qui pro gra
tia referenda / pro pietate / proq; religione oportu
nus erat. ¶ Quod vero ad excuſandos diſcipulos
primo affertur (quia nimis delicata ac precioſa vn
ctio erat reſpectu iaꝫ pauperis / ⁊ pedū preſertim)
excluditur per hoc quod ieſus erat ⁊ credebatur verus
meſſias: ac per hoc dignior omnibus hominibus.
Et neq; hoc neq; quodcunq; aliud vnguentuꝫ erat
exceſſiuum reſpectu illius ⁊ peduꝫ eius: quicquid
enim cuicunq; excellentiſſimo hoī poteſt exhiberi /
minus eſt vt condignū ſit ad vſum corporis ipſius
meſſie ⁊ pedum eius. Extabat nihilominus ſpecia
lis ratio vngēdi pedes que dicta eſt. ¶ Quod dein-

Universidad de Deusto
Biblioteca



de ſubiungitur de rationabili diſcipuloꝝ ſcanda-
lo:excluditur per idem: quia ſi hodie videremus
verum meſſiam teſtibus tot miraculis/teſte tunc
lazaro pꝛeſente qui ex moꝛtuis veniẽs teſtabatur
illum eſſe verum meſſiam/hoc eſt regem regum et
dominum dominantiũ(vnde multi ex iudeis cre
debant in chꝛiſtum)non ſcandalizaremur rationa
biliter:ſed rationabiliter admiraremur ⁊ ſtupere-
mus ꝙ dignatur ſeipſum ſic exinanire vt iſtis no-
ſtris vnctiõibus deliniatur/vt a muliere vngatur/
vt iſtiuſmodi refrigerijs egeat. Irrationabiles
autem homines ſumerent cũ iuda occaſionem ſcã
dali. Quod deniqꝫ ſubdiſ de melioꝛis boni emu-
latioꝛe(quia melius fuiſſet vnguenti pꝛecium in
pauperes erogatum)a domino excluditur:vt pa-
tebit declarata reſponſione domini. Sꝫ ⁊ ex dictis
excluditur:quoniam opus tante gratie/pietatis
⁊ religionis non eſt minus bonum ꝙ̃ elemoſyna il
la fuiſſet in pauperes.immo tanto maius bonum
fuit:ꝙ̃to chꝛiſtus pꝛeſtat omnibus pauperibus/
ꝙ̃to caput membꝛis/ꝙ̃to dominus ſeruis. Arguẽ
di igitur diſcipuli erant.

¶ Ad admirationem de ratione reddita a domi-
no quare opus vnctionis huius non fuerit pꝛeter
mittendũ pꝛopter pauperes.dicitur ꝙ quia diſci-
puli non ſolũ pꝛetulerant elemoſynaꝫ/ſed vitupe-
rauerant illam vnctionẽ dicendo vt quid perditio
iſta?ideo dominus vtrũqꝫ confutando/pꝛimũ aſſer
rit mariaꝫ feciſſe opus bonũ:⁊ hoc contra illud vt
quid perditio iſta? Deinde non fuiſſe hoc pꝛeter
mittendũ pꝛopter elemoſynaꝫ faciẽdaꝫ:quia pau



peres ſemꝑ haberẽt ⁊c.⁊ hoc contra illud potuit
n.vnguentũ iſtud venũdari ⁊ dari pauperibus. Et
quideꝫ ꝙ opus illud fuerit bonũ/dominica reſpõ
ſio in ſingulis clauſulis pꝛobat. Pꝛimũ ex illa pꝛe
poſitione in/dicendo in me. Ubi recolito aliud eſſe
credere deuꝫ/⁊ aliud credere in deũ. Pꝛimũ ſiqui
dem commune eſt bonis ⁊ malis. Secundum autẽ
pꝛopꝛium eſt bonoꝛũ:quia eſt actus fidei foꝛmate.
Et ſimiliter operari aliquod bonũ opus/commu
ne poteſt eſſe bonis ⁊ malis.ſed bonũ opus opera
ri in chꝛiſtum/pꝛopꝛium eſt bonoꝛum:quia ſignifi
catur ꝙ opando qs tẽdit in xp̃m:qõ eſt charitatis
pꝛogreſſus. Dicendo ergo ꝙ maria opabaẗ bonũ
opus in me/mõſtrauit opꝰ illud eſſe meritoꝛiũ ⁊ a
charitate ꝓcedẽs. Deinde ex ratiõe cõparatiõis
ad elemoſynã:ex qua vtrunqꝫ ſimul manifeſtatur
ꝑ. Et ſi ſubtilꝰ fuerit cõſiderata:apparebit ꝙ aliõ
pꝛimo occurſu ſenſus offert/⁊ aliud interiꝰ poꝛtat.
Nã ꝑma frõte rõ dñica ex duplici differẽtia iter ele
moſynã ⁊ hoc hũanitatis officiũ ſibi exhibitũ/do-
cet nõ fuiſſe vnctionẽ iſtã ꝑtermittẽdã. Una differẽ
tia eſt iter tp̃s inſtãs ⁊ expectãs:q: ſcꝫ tp̃s faciẽdi
elemoſynã nõ vrget nũc/ſꝫ expectat:qm̃ ſemꝑ eſt.
tp̃s aũt exhibẽdi mihi hmõi humanitatis officia/
nũc iſtat:q: nõ ſemꝑ me hẽbitis i ꝑñtia coꝛpali car
nis paſſibilis i qua ſuꝫ modo vobiſcũ.⁊ nõ ſolũ nõ
ſemꝑ ſꝫ pauciſſimis diebꝰ ſic me habebitis:fuit eñ
hoc añ ſex dies paſce:hoc ẽ ſabbato añ ramos pal-
marũ. Altera dñia eſt iter certã ꝑſonã ⁊ indetermi
natos pauperes:q: ſcꝫ obſequiũ hoc debitũ eſt cer
te ꝑſone/mihi ſcꝫ:elemoſyna aũt debita ẽ nõ alicui

Universidad de Oviedo
Biblioteca



certo pauperi / ſed pauperibus indeterminate. Vtranqꝫ ſiquidem differentiaȝ dominica ratio manifeſte affert / dicens. nam pauperes (non hunc vel illum) habebitis vobiſcum ſemper: ⁊ nō inſtat nūc neceſſitatis articulus: me autem (ecce certa perſona) non ſemper. Quaſi diceret: nunc tantum habē bitis ſcilicet vobiſcum in carne paſſibili ⁊ indigente his obſequijs conuerſantem. ¶ Ex ambabus autem differentijs ſimul iunctis relucet ⁊ communis doctrina ꝙ humanitatis officia que alicui certe perſone exhibere poſtulat certum tempus / non ſunt pretermittenda propter communia debita que indeterminate debemus proximis. Nō vult celeſtis magiſter vt homo pretermittat conuiuiū nuptiale / officium ſepulture / politicum conuictum cum ciue / ⁊ ſimilia / vt fiant eleemoſyne: ipſe eniȝ qui eſt author gratie / non venit deſtruere ſed perficere rationem naturalem. Relucet ⁊ ſpecialis ratio facti. Nam ex hoc ipſo ꝙ tempus illud quo talis tātuſqꝫ hoſpes officioſe tractari poſſet preteribat: poſthabendi erant pauperes non tunc inſtantes / quibus aliūde ⁊ tūc ⁊ alias poterat benefieri. Vnde liquet redditam eſſe rationem ⁊ ꝙ opus fuit bonum / ⁊ ꝙ preponendum fuit eleemoſyne pauperuȝ que ex illo precio potuiſſet fieri. ¶ Continet autē interius penetrata hec ratio ratione perſone demōſtrate per illud pronomen me / ſupereffluentem cauſam non ſolum bonitatis / ſed excellentis perfectionis huius vnctionis. Tempus nanqꝫ illud quo verbū caro factuȝ / inter homines homo paſſibilis humaniſqꝫ officijs ſubditus dignatum eſt conuerſari: ar



ticulus conſtituebat vrgentis neceſſitatis ad exhibendum illi queçunqꝫ poſſibilia officia ⁊ obſequia / nullius precij / nullarumqꝫ deliciaruȝ finibus limitanda: q̄tum eſt ex parte ipſius meriti ⁊ humani debiti. Vnde nulla ex parte vnctio iſta minus bona fuit / ſed preferenda vndiqꝫ cure pauperum. que cura q̄uis debeat ſemper hominem ſolicitare / nō tamen ex alio debito officio auellere: ⁊ multo minus tollere debet hoc opus longe excellentius.

¶ Ad admirationem tertiam de appoſitis tribus a domino ſententijs in hac cauſa / reſpondetur. Et circa ea que de ſepultura dicuntur / notandum eſt vnctionem iſtam relatam eſſe ad chriſti ſepulturaȝ ex dominicis verbis triplici relatione: hoc eſt per ſignificationem / per preuentionem / per durationem. Significauit. n. vnctio illa chriſtum dominuȝ ſepelienduȝ eſſe: teſtante domino apud math. mittens hec mulier hoc vnguentum in corpus meuȝ / ad ſepeliendum me fecit: hoc eſt ſepelibilem me indicauit: corpora. n. ſepelienda tunc temporis vngebantur. Preuenit quoqꝫ officium vnctionis pro ſepultura vnctio illa: teſtante domino apud mar. preuenit vngere corpus meum in ſepulturam. Quis n. maria ipſa neſciret / dominus tamē ſciebat ꝙ impedienda erat ab vnctione ipſius chriſti defuncti: quia prius reſurrexit q̄ potuerit ab illa vngi: ⁊ propterea nunc preueniſſe dicitur officium ſepulture. Durauit quoqꝫ vnctio illa vſqꝫ ad ſepulturam (dicente domino apud ioan. ſinite illam vt in diem ſepulture mee ſeruet illud) pro q̄to vnctio illa vltima fuit q̄tum ad marie vnctionem: ⁊ ſic per nega-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tionem ſuccedentis/ſeruata vſq̧ in diem ſepultu-
re. Tanq̄ ſi aperte diceret. ſinite illam/quia iſta cō
putatur pro tota vita mea vſq̧ ad ſepulchꝝ̄:ita ꝙ
nec viuo nec mortuo mihi exhibebit amplius offiū
vnctionis.¶ Totus aūt hmōi ſermo referēs vnctio
nem hāc ad ſepulture offiū:a clementiſſimo magi-
ſtro dictus eſt/vt intelligerēt diſcipuli non quare
magdalena vngebat/ſed quare ipſe dn̄s ſuſciperet
vnctionē illā. magdalena .n. intēdebat offiū hūane
pietatis/gratie ⁊ religionis impendere chriſto:ſ;
chriſtus opus illud ſuſcipiebat vt ſepeliēdus. Tan
q̄ ſi aperte diceret. nō putetis ꝙ vt delicioſus vngor:
naz vngor vt ſepeliēdus/vngor vt q̄ citius mori-
turus:nō eſt tēpus hoc deliciarū/ſed mortis ⁊ ſe-
pulture. Et licet marie animus ad hoc nō tēderet
ex ſe:vt motus tn̄ ⁊ directus a ſpūſancto/ad hoc tē
debat ſignificandū/preueniendū ac ſeruandū/ne-
ſciēs tūc quo ad hoc quid faceret. Quia igitur hec
verba nō ſunt appoſita ad alterā excuſationē ma-
gdalene/ſed ad rationē ex parte dn̄i quare permi-
ſerit ſe vngi:nō oportet mirari quorſum hec.¶ Po
teſt nihilominus hec ſentētia referri ad magdale-
ne excuſationē/intelligēdo illā vt ſit pars prioris
ſentētie:vt pote declaratio illius dicti/me aūt non
ſemꝑ habebitis. Tanq̄ expreſſerit q̄d itēderit per
li nō ſemꝑ/modicū valde tps:quia proximus ſum
ſepulture. ita ꝙ ꝑ hanc adiectionez declaratus eſt
articulus inſtātis proxime ſepulture/⁊ ſoliciti ti-
moris fouentis animū marie ad hanc vnctionem.
Doctrina ſiquidē dn̄i de ipſius morte ac reſurre-
ctione erat adeo publica/vt etiā ad iudeorū pon-



tifices peruenerit:qūi dixerint pilato. dn̄e recor-
dati ſumus q: ſeductor ille adhuc viuēs dixit/poſt
tres dies reſurgā. Et ꝙ tūc prima eſſet dn̄i mors/
magdalena cū alijs mulieribꝰ audierat:vt p; ex eo
ꝙ quū dixiſſet paulo aū dn̄s/ecce aſcēdimꝰ hiero-
ſolymā ⁊ filiꝰ hoīs tradet ⁊c. ⁊ tertia die reſurget:
mr̄ filiorꝫ zebedei petijt vt filij ſui ſederēt ad dextrā
⁊ ſiniſtrā ipſiꝰ i regno reſurrectiōis eiꝰ. Ex eo igit
ꝙ maria q̄ multū diligebat xp̄z/tps mortis xp̄i pro
ximū meditabat/ſolicitaq̧ erat ne forte ampliꝰ ſi-
milē cōmoditatē officioſe obſequēdi xp̄o nō habe
ret:oblata tūc occaſiōe cōuiuij lazaro reſuſcitato
vtēdū duxit. Et ſicēt ex ꝑte ſoliciti timoris adhibē
tis q̄ſi calcaria marie/vnctio iſta nōnullū reſpectū
ad ſepulturā xp̄i habuit. Et q: tps vrgēs ad vnctio
nē cōſtituebat/ad opꝰ illud bonū reddēdū ꝑtine-
bat.¶ Nec obſtat ſi nō tā precioſa vnguēta ad vſuz
eſſentꝰ ſepulture/ſ; myrra ⁊ aloes:qm̄ ad ſepulchra
regū/precioſiora adhiberi credibile eſt: ⁊ dignitas
meſſie ſupra omnes ⁊ reges ⁊ ſummos ſacerdotes
erat ⁊ eſt:ita vt nihil quantūcunq̧ alijs ꝓcioſum:
ipſi poterat condigne exhiberi.
¶ De appoſita aūt futura memoria huiꝰ vnctiōis/
facile p; ꝙ ad cōmēdationē opis magdalene ſpe-
ctat. Tū q: l; laudari ꝓter itētionē marie fuerit:cē
tū opꝰ tale vt ſit laude dignū/nō eſt ꝓter itētionez
recte operantis:qm̄ intēdit opus virtutis:ac per
hoc laude dignum. Tū q: laudandum eſſe ab euan
gelice ꝑfectionis viris/maximum eſt teſtimonium
boni operis peracti. Mōſtrauit ergo dn̄s vnctio-
nem illam non ſolū eſſe irreprehenſibilē ⁊ prepone

Universidad de Deusto
Biblioteca



dam tunc cure pauperum/ſed optimuꝫ fuiſſe opꝰ:
vt pote ⁊ dignum perpetua laude/⁊ quod perpe-
tua eſſet proſequẽdũ commẽdatiõe in dei eccleſia.
¶ Quorſum autem verba que ſolus marcus interſe
rit(ſcilicet quod habuit hoc fecit)tendant:nõ eſt
difficile videre:ad occultam ſiquideꝫ ſpectant tam
marie mentem ꝙ ipſius domini dignitatem. Mur
murabant diſcipuli de precioſitate vnguẽti.reſpõ
det dominus apud mulieris illius animum non ſe
ſe vnguentum hoc precioſuꝫ:ſed ſi precioſius ha-
buiſſet/precioſius effudiſſet:tãti me facit:ſed quia
non habuit precioſius/quod habuit hoc fecit. Ac ſi
aperte diceret.vos arguẽdam putatis de exceſſu:
⁊ tamen ſecundum veritatem dignitatis mee ⁊ re-
ctam fidem ac deuotioneꝫ huius mulieris excuſan
da eſt ꝙ non plus fecit/ſed hoc quod habuit fecit.
Eſt igitur hec domini ſententia et ad marie opus
commendandum ⁊ ad diſcipulos confutandum
non impertinens ſed opportuna. Hec de prima
queſtione.

CIrca ſecundam queſtionem de ver-
bis domini ad diſcipulos tem
pore paſſionis imminentis(quando
miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera/nũquid
aliquid vobis defuit? dicunt ei nihil.
at illis.ſed nunc qui habet ſacculum/tollat simili
ter ⁊ peram:⁊ qui non habet gladium/vendat tu-
nicam ⁊ emat gladium:oportet.n.impleri de me ⁊
cum ſceleratis reputatus eſt)queſtio non ſpernen
da confugit/quo pacto hec verificentur ad literaꝫ.
Quandoquidem oportet ea ad literam verificari:



quoniam ⁊ dominus ad literã loquitur de ſacculo
⁊ pera/vt patet/ergo ⁊ de gladio:⁊ diſcipulis de
gladio ad literam intelligentibus ⁊ reſpondenti-
bus ecce duo gladij hic/annuit dominus dicens:
ſatis eſt. ¶ Literalem igitur ſenſum intuendo/ad
miramur hanc domini doctrinam. Primum quia
videtur inſtruxiſſe diſcipulos vt ſumerent arma de
fenſiua pro ſui defenſione in imminente ſibi perſe
cutione iudeorum:dum vendendam etiam tu-
nicam pro emendo gladio conſulit:⁊ paſſionẽ pro
priam pro ratione aſſignat/quia ipſe vt iniquus
tractandus eſt:ſicut ⁊ fuit tanꝙ latro queſitus ⁊ ca
ptus/⁊ demum cum latronibus crucifixus. ¶ Dei
de quia videtur docuiſſe diſcipulos vt tẽpore per-
ſecutionis arma ſimiliter caperent defenſiuª:hoc
enim ſequitur ex exemplo ſui. Si.n.contra perſe-
cutionem ipſius capitis ſumenda ſunt arma/con-
ſequens eſt vt contra perſecutioneꝫ membrorũ ar
mati progrediamur:exemplum inquit meum dedi
vobis/vt quemadmodum ego feci ⁊ vos faciatis.
Neutrum autem horum bene ſonat:ſed chriſtiano
rum pias aures offendit. Et vtrunqꝫ a geſtis chri-
ſti ⁊ ſanctorum in ſuis perſecutionibus diſſonat:
vt patet. ¶ Videtur denicꝫ doctrina hec reuocare
precepta prius ab ipſomet diſcipulis data:ſcil cet
ſi quis percuſſerit te in vnam maxillam/prebe illi
alteram:⁊ ſimilia. Et confirmatur:quia ſicut muta
uit hic dominus preceptum de non portandis ſac
culo ⁊ pera/olim prohibendo nunc concedendo:
ita conſequẽter dicendum eſt ꝙ mutauit precepta
olim data de omittenda defenſione armata/conce

Universidad de Deusto
Biblioteca



dendo diſcipulis vt ſi contra eos inſurgerẽt homi
nes reſiſterent armata manu. conſtat autem hoc
pꝛedicatoꝛibus euangelicis/quales erant apoſto
li quibus loquebatur dñs/non cõuenire: ꝗuis im
perfectioꝛis vite chꝛiſtianis licitum ſit.

Ad hanc Queſtionē reſpondendo/dicitur
ꝙ hec domini verba ad literam nõ
dirigebantur ad defendenduꝫ dñm ieſum in immi
nente ſibi perſecutione: nec diſcipuli intellexerunt
ſumenda ſibi foꝛe arma pro defenſiõe chꝛiſti. Ma
niſeſto vtrunqꝫ. Et pꝛimo pꝛimum ex tribus. Pri
mo ex eo ꝙ ſimul eandem pꝛotulit ſententiã de re
bus tribus: ſcilicet ſacculo in quo poꝛtantur pecu
nie/et pera i qua poꝛtantur victualia/et gladio quo
protegimur ab inuaſoꝛibus. Conſtat autem ꝙ ad
perſecutionẽ illam non erat op' ſacculo neqꝫ pera:
quum ipſi non eſſent perſecutioneꝫ paſſuri: ſed ſer
uandi ab ipſo domino erant ſolo verbo/ſi ergo me
queritis ſinite hos abire. et ipſe dixerat. quos de
diſti mihi/nõ perdidi ex eis quemꝗ̃: vt ioan. teſta
tur. Sicut igitur non dicebat vt tunc ſumerent ſac
culũ et peram: ita nec dicebat vt ſumerent tunc gla
dios. ¶ Secundo ex eo ꝙ dicentibus diſcipulis ec
ce duo gladij hic/reſpondit ſatis eſt. Si enim intẽ
diſſet ꝙ tunc ſumerent arma/non dixiſſet ſatis eſ
ſe ad defenſionem ſui: conſtat nanqꝫ non ſatis eſſe
ꝙ duos habere gladios dixerint ad defenſiue ar
mandum viros vndecim contra cohoꝛtem pilati et
miniſtros iudeoꝛum cum gladijs et fuſtibus. Et ſi
militer conſtat non ſatis eſſe neceſſitari tante vtvẽ
denda eſſet tunica ad emendum gladium/habere



duos gladios inter tot perſonas: ſi pꝛopter immi
nentem tunc perſecutionem debuiſſent tũc ſingu
li non habentes gladium vendere tunicam vt eme
rent gladium. Quia igitur dixit ſatis eſſe: monſtra
uit ſe non requirere gladios defenſiuos ſui contra
perſecutionem imminentem. ¶ Tertio ex eo ꝙ pe
trum qui non expectata domini reſponſione gla
dium pꝛo magiſtri defenſione eduxit compeſcuit:
conuerte inquit gladium tuum in vaginam. Si. n.
intendiſſet inſtruere vt pꝛo eo gladio pugnarent:
non retraxiſſet diſcipulum gladio pugnantem.
¶ Clariſſime quoqꝫ hoc idem patere poteſt ex volũ
taria paſſione (vnde tunc etiam dixit. an non poſ
ſum rogare patrem meuꝫ/et exhibebit mihi modo
pluſꝗ̃ duodecim legiones angeloꝛum) et mille lo
cis ſcripture Sed hec ſint allata ex illo pꝛopꝛio lo
co/in illa materia/et in illa ſentẽtia.
¶ Secundũ aũt (ſcilicet ꝙ diſcipuli non intellexe
rint de gladio ſumendo pꝛo defenſione chꝛiſti) ha
betur ex eo ꝙ venientibus ſatellitibus ad capiẽdũ
xp̃m: diſcipuli videntes quod futurũ erat interro
gauerſit dñm/dñe ſi percutimus in gladio? Si enĩ
intellexiſſent inſtructos ſe fuiſſe vt gladio pugna
rẽt pꝛo defenſione chꝛiſti: non dubitaſſent/non pe
tiſſent dñe ſi percutimus in gladio? Non igit̃ intel
lexerunt domini verba apoſtoli ad hunc ſenſuꝫ/vt
pugnaturi gladio eſſent pꝛo defenſione chꝛiſti.
¶ Ad quid autem pꝛedixerint ecce duo gladij hic/
poſt dicetur: ſicut etiam manifeſtabitur cur domi
nus meminerit perſecutionis ſue non loquens de
ſui defenſione.

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Quia igitur dominica hec verba ad ipſi' domi-
ni defenſionem non dirigi manifeſtum ex litera eſt:
conſequens eſt vt ex ipſo euangelij textu literalis
ſenſus ſumatur. ¶ Pꝛenota ergo in hac litera quat-
tuoꝛ. Pꝛimum eſt diuerſitas tempoꝛis pꝛeteriti ⁊
pꝛeſentis/denotata per li quando ⁊ li ſed nunc: ait
n. ſaluatoꝛ/quando miſi vos: ⁊ ſubdit/ſed nūc. Se-
cundum eſt officium predicationis: de quo fit mē-
tio ſecundum pꝛeteritum tempus/⁊ nulla fit de co-
mētio in pꝛeſenti tempoꝛe: ait. n. ſaluatoꝛ. quando
miſi vos/pꝛocul dubio ad pꝛedicandum: vt patet
in euangelij hiſtoꝛia math. ioan. ⁊ mar. vj. Et quū
dicit/ſed nunc qui habet ſacculū/nihil dicit de miſ-
ſione ad pꝛedicandum. Tertium eſt pro ratione hu-
ius doctrine aſſignari ꝙ ipſe dominus cuꝫ iniquis
deputandus tunc erat. Quartum eſt modus dicē-
di: quia ſcilicet non dirigitur nouus ſermo ad apo-
ſtolos in ſecunda perſona/vt olim dixerat. non. n.
dicit. ſed nunc tollite ſacculum ⁊ perā ⁊ emite gla-
dios: vt olim dixerat/nihil tuleritis in via: non ſac-
culum ⁊c. ſed ad tertiam perſonam conuertēdo ſer-
monem dicit: ſed nunc qui habet ſacculum / tollat
ſimiliter ⁊ peram: ⁊ qui non habet/vendat tunicaꝫ
⁊ emat gladium. ¶ Ex his habentur pꝛimo duo tē-
poꝛa: ſcilicet pꝛedicationis ⁊ perſecutionis: non cu-
iuſcunq; ſed illius qua chꝛiſti diſcipuli cuꝫ iniquis
reputandi eſſent: ad deſignandum ſiquidem talis
perſecutionis tempus/pꝛopoſuit talem perſonaꝫ
in perſona ſua: pꝛopter quod non meminit crucis
aut moꝛtis/ſed deputationis cum iniquis. Habē-
tur ſecundo duo genera chꝛiſtianoꝛum: ſcilicet pꝛe-



dicatoꝛum in apoſtolis/⁊ alioꝛum minus perfecto-
rum in tertia perſona ſignificatoꝛum.
¶ Intendit igitur ad literam dominus docere / ꝙ
mandata data olim de non vehendo ſacculum ⁊ pe-
ram/ad tempus pꝛedicationis ſpectant: tempoꝛe
autem perſecutionis ⁊ pꝛecipue quando reputa-
buntur vt iniqui: licitum erit cuicunq; volenti/mu-
nire ſe ⁊ ſacculo ⁊ pera ⁊ gladio defenſiuo. Et diuer-
ſitatis ratio in pꝛomptu eſt: quia quum licitum eſt
ad pꝛedicandum ire pꝛedicationiſq; officio incum-
bere: ⁊ inuenientur neceſſaria/retribuentibus au-
ditoꝛibus tempoꝛalia pꝛo ſpiritualibus: ⁊ ſicut de
neceſſarijs ita nec de vita debetis eſſe ſoliciti. tem-
poꝛe vero quo chꝛiſtiani vt iniqui reputabuntur/
non inuenientur qui retribuant pꝛo ſpiritualibus
tempoꝛalia: ⁊ ſicut de pecunia et victu licitum erit
curam habere: ita etiam de vite conſeruatiōe/que
per gladium aduerſus inuaſoꝛes conſeruari quan-
doq; poteſt. Eſt ergo ſermo dominicus de tempo-
re perſecutiōis indeterminate/⁊ ſimiliter de diſci-
pulis indeterminate: ita ꝙ illud aduerbiū tempo-
ris nunc non demonſtrat determinate illud tēpus
paſſionis chꝛiſti: ſed indeterminate tempus perſe-
cutionis pꝛecipue quando reputabuntur iniqui: ⁊
ſimiliter illud relatiuum qui/non refert determi-
nate apoſtolos: ſed indeterminate chꝛiſtianum. et
docet ꝙ tempoꝛe perſecutionis licitum eſt curam
vite/victus ⁊ pecunie opoꝛtune ſuis diſcipulis ha-
bere. ¶ Et bene nota ꝙ optime reſpondeant noua
hec chꝛiſti documenta pꝛiſcis. Etenim ſicut docu-
mēta pꝛioꝛa (ſcilicet nihil tuleritis in via) nō ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca



mandata/ſed libertates edendi⁊ bibēdi que apud auditoꝛes verbi dei ſunt:ita documenta hec non ſunt mandata ſ; libertates curam gerendi vite et opoꝛtunoꝛum. Docuit.n.pius magiſter licita ambo eſſe: conſuluit autem vt facerent ſicut ipſum videbant facere. Et apoſtoli quidem ac ſancti perfectioꝛis vite imitati ſunt geſta domini: imperfectiores aũt vtuntur libertate ſibi a dño declarata.

Ad obiecta autem quantum opoꝛtet reſpondendo/dicitur ꝙ dominus deputationem ſuam cum iniquis pꝛo ratione attulit duoꝛum. Pꝛimo tempoꝛis perſecutionis ⁊ non ſue defenſiõis. Ac ſi aperte diceret. ex quo ego cum iniquis deputaboꝛ/tempus erit vt ⁊ mea mēbra cu; iniquis deputentur. Secũdo neceſſitatis. quaſi dicat. Tēpus erit quo indigebitis his auxilijs/quia ego ipſe relinquar deputat᷒ cu; iniquis. Si eñ ego deſtitutus ero/ita vt cum iniquis deputer ad moꝛtē: mei quoq; diſcipuli deſerentur ſimiliter: et ideo concedo volentib᷒ recurrere ad huiuſmodi humana adminicula/vti poſſe illis. Apoſtoli autem tanq̄ non plene penetrantes verba domini (qm̃ adhuc nõ erat eis apert᷒ ſenſus vt intelligeret ſcripturas/⁊ pari rõne verba dñica) dixerunt. ecce duo gladij hic/tanq̄ aliqd pertinens ad pꝛopoſitum ſermonē de neceſſitate gladij: quũ tñ impertinens eſſet reſpõſio ad intentione; chꝛiſti. Unde ⁊ dñs nõ reſpõdit. tollite illos gladios vobiſcum: quos non ſecu; ſed ibi eſſe dixerant. Nec reſpondit ſatis ſunt/ſcilicet duo gladij: ſ; imperſonaliter dixit ſatis eſt/⁊ doctrine huic meeꝛ ſolli



tudini veſtre. ac ſi iuxta vſitatũ loquēdi moꝛē diceret. ſufficit hec locutio/deponite hãc ſolicitudinē. Et vere ſic erat agendũ: qm̃ verba dñica dicebant ad hoc: vt poſt paſſionē dñi imperfectioꝛes ⁊ in caſu qñ expediret etiam perfectioꝛes/libertate hac vterētur. Clariſſime itaq; patet ꝙ nõ eſt dominus hoꝛtat᷒ diſcipulos ad ſumendu; gladios pꝛo ipſi᷒ domini defenſione. ¶ Sed ꝙ nec conſuluerit diſcipulis ſuis vt ſumerēt defenſiua arma contra ſuos inuaſoꝛes/patet ex dictis: qm̃ aliud eſt cõſiliũ dare aliud eſt docere qd licite facere poſſent. Conſuluit ſiquidē ipe diſcipulis facto ſui exēpli vt arma nõ ſumerēt defenſiua tñ retrahēdo petrũ a ꝑcuſſione. tu; aperiēdo ꝙ pluſq̄ duodecim legiões angeloꝛũ haberet in pꝛomptu ſi vellet illis vti. tu; voluntarie patiēdo ſe tanq̄ latronē capi ⁊ cũ iniquis deputari ad moꝛtē vſq; crucis. Et hoc imitãdu; intellexerunt apl'i: iuxta illud petri chꝛiſt᷒ paſſus eſt pꝛo nobis/vobis relinquēs exēplũ vt ſequamini veſtigia eius. ¶ Docuit vero dictis verbis licere ⁊ impfectioꝛib᷒ adminiculis ſe humanis tpe pſecutiõis fulcire/nõ ſolũ ſacculi ⁊ pere ſ; gladij defenſiui: ⁊ perfectioꝛibus in caſu quo expediret ad humana cõfugere ſubſidia. Hac nãq; doctrina fretus apoſtolus paulus/ad adminiculũ humane appellatiõis ad ceſarē cõfugit qñ hoc expedire iudicauit. Et rurſus a pata cõtra ipſi᷒ vitã cõſpiratiõe iudeorũ/tribuni ope ſe eripi ꝓcurauit: q: ſilr caſus erat in quo expediebat ſic ſuã coꝛpoꝛalē vitã adiuuare. Nihil g° diſſonãs ſanctoꝝ geſtis/docuit dñs nr̃: ſed id qd i caſu etiã a pfectioꝛib᷒ fieri inculpabilr poſ

Universidad de Deusto Biblioteca



ſet/dignatus eſt per ſe ipſū manifeſtare. ¶ Patet quoq; ex dictis non eſſe priora domini precepta per hanc doctrinā reuocata ſed declaratum eſt ꝙ priſca illa de voluntarie patientie operibus/non ſic ſunt intelligēda quin pro loco ⁊ tempore liceat chriſti diſcipulis moderata reqrere humana adminicula. Ex hac nanq; doctrina domini iūcta priori didicimus conſideranda eſſe loca/tempora ac occurrentia/⁊ quando expedit prebere percutienti alteram maxillam: ⁊ quando expedit tueri/adiuuare nos ipſos. Nec eſt verum ꝙ reuocata ſint hinc documenta priora de non portandis ſacculo ⁊ pera: ſed documentis illis adiuncta ſunt alia concernentia aliam temporis diſpoſitionem. Ita ꝙ hec iuncta illis docent nos/ꝙ quando expedit ſine ſacculo ⁊ pera/⁊ quando expedit cum ſacculo ⁊ pera procedamus: ⁊ ꝙ illud precipue tempore predicationis ſeruandum intelligamus/hoc autem tempore neceſſitatis. Et hec de ſecunda queſtione.

CIrca Tertiam queſtionem de reſponſiōibus domini noſtri ieſu chriſti coram quattuor iudicibus/occurrit primo duplex admiratio corā anna. ¶ Altera eſt de illa reſponſione quid me interrogas? nā apparet ⁊ ſuperflua ⁊ non decens perſonam illam tunc. Superflua quidem: quia interroganti pontifici ieſum de doctrina ⁊ de diſcipulis eius/ſufficiebat dixiſſe doctrinam ſuam eſſe publicam/⁊ propterea examinandos eſſe publicos teſtes qui audierant docentem: ⁊ non oportebat apponere/qd



me interrogas? Indecens autem: quia dominus ieſus tunc ſe gerebat vt ſubditum: non eſt autem ſubditi arguere iudicem/preſertim de defectu tā paruo: ſcilicet ꝙ non debebat ipſum interrogare de doctrina tam publica. Et hec indecentia tanta viſa tunc eſt: vt propterea vnus miniſtrorum percuſſerit domini maxillam dicēs/ſic reſpondes pōtifici? ¶ Altera eſt de iſta rñſione data percuſſori: ſi male locutus ſum/teſtimonium perhibe de malo: ſi autē bene/cur me cedis? Videtur dominus nō ſeruaſſe conſiliū quod diſcipulis dederat. ſi quis te percuſſerit in maxillam/prebe ei alteram. nō ſolum nanq; nō prebuit alteram: ſed cōtra percutientem argumento rationis inſurrexit: debebat enī ipſe ſeruare quod ſeruari ab alijs voluit.

¶ Occurrit ſecundo admiratio ſimilis coram caipha: pro quanto adiuratus dominus vt diceret ſi ipſe eſſet meſſias: non ſolum reſpondit ſe eſſe chriſtum/ſed adiunxit amodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris dei ⁊c. Apparet ſiquidem ſuperflua hec appoſitio. Nam ſi oportuna fuit: aut propter ipſos pontifices ⁊ ſeniores. Et hoc non: tum quia dominus dixit tunc ꝙ ipſi audiētes ſe eſſe chriſtum/nec crederent nec ipſum dimitterent: tum quia ex hoc facti ſunt peiores/dicentes. blaſphemauit/reus eſt mortis ⁊c. Aut propter alios. ⁊ hoc non: tum quia alij iam alias hanc doctrinā de aduentu chriſti ad iudicium audierant: tum quia ibi non erant alij/niſi forte miniſtri: qui etiam perſequebantur dominum: vt patet de miniſtris ⁊ ancillis infeſtis petro.

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Occurrit tertio admiratio corā pilato quadruplex/iuxta quatuor domini verba ad pilatum.

P Prima eſt circa illam reſponſionez. a temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Apparet ſiquidem impertinens: vt interroganti pilato ieſū/ tu es rex iudeorum? reſpondeatur: ſi a temetipſo hoc dicas. nō enim videtur quomodo hoc ſpectet ad propoſitā interrogationē/ aut quorſum tēdat.

P Secunda eſt circa reſponſionem ſubiunctam. rc. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Videtur enī ꝙ dominus voluerit ſe iuſtificare coram pilato: tā ꝙ diceret/ ꝙ ego non me impedio de regno huius mundi de quo accuſor. Hoc autez non apparet cōſentaneum eſſe ſpontanee oblationi ſuſpſius ad patiendum ⁊ ſubeundam ſententiam mortis ⁊ crucem: qui enim ſtudet coram iudice iuſtificare ſuam cauſam: non querit cōdēnare/ ſed potius euadere.

P Tertia eſt circa appoſita verba. Ego in hoc nat⁹ ſum/ et ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeam veritati ⁊c. Nam appoſitio iſta ad aliquod trium ordinata eſt. Vel ad iuſtitiam ſuā aperiendam. ⁊ hoc vt dictum eſt videtur inconueniēs: quia non conſonat tam voluntarie paſſioni. vel ad inſtruēdum pilatum. et hoc erat ſuperfluum: quia ille gentilis erat: et principium conuertendi ipm non erat hinc ſumendum. Vel ad propoſitam materiam de qua erat ſermo: ſcilicet de regno ſuo. Et hoc non apparet quomodo veniat ad propoſitū: et qua fuerit prudentia dictum.

P Quarta eſt circa vltimam domini reſponſionem ad pilatum. non haberes aduerſus me poteſtatē



vllam: niſi tibi deſuper datum eſſet ⁊c. Apparent enim minus decentia verba. tum quia ſatis generalia/ pro reſponſione darentur pilato dicenti. mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatē habeo crucifigere te: ⁊ poteſtatem habeo dimittere te? Tum quia nihil nouum aut ignotum aut neceſſariū ſonantia: vt propter ipſa dicenda dominus ſilentiū ceptum rumpere deberet: quis enim ignorabat pilatum habere poteſtatem a ſuperiori: quum conſtaret ꝙ non erat princeps: ſed preſes deputatus a romanis? Tum quia incompacte iuncta cum ſequentibus: ſcilicet propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. in quo nanq̧ cōmunicet hec ſententia de maioritate peccati cum precedente de poteſtate pilati/ non apparet. et multo min⁹ apparet quomodo hec ex illa inferatur cum nota cauſalitatis: vt in litera fit: inferēdo/ ꝓpterea qui tradidit ⁊c. ¶ Occurrit quarto admiratio corā herode: cur interrogat⁹ dñs ab herode in multis ſermonib⁹ nullum verbū protulit: quū tamē ſpes eēt boni aliquid efficiēdi apud herodē qui fidē iudeorū ꝓfitebat. ⁊ de ipſo ſcriptū eſt ꝙ libēter ioānem baptiſtā audiebat: ⁊ audito eo multa faciebat. et euāgeliſta dicit ꝙ tunc gauiſus eſt viſo ieſu: ⁊ qō multo tempore deſiderauerat ipſuz videre ⁊c. Ex his enim videtur ꝙ rationabilius fuiſſet: que dixit pilato gētili/ dicere herodi fideli vtpote q̄ de meſſia fidē habebat ⁊c.

**Ad queſtionē** hāc de rñſiōibus dñi/ reſpondēdū cum eſt ordine quo ꝓceſſit ambiguitatum ſeries. Vñ a verbis dñicis corā

Universidad de Deusto
Biblioteca



anna pontifice inchoando dicitur/illa domini verba ad annam quid me interrogas/non ſuperflua nec indecentia ſed opoꝛtuna decentiaqꝫ illum tunc fuiſſe. ¶ Que vt clare intelligas/perſpice dn̄m vidiſſe in interrogatione a pontifice facta duo implicari:ſcilicet rem ⁊ perſonam. Res de qua interrogatio fiebat/erat doctrina cum diſcipulis. perſona autē interrogata erat ipſe ieſus. Et quo ad vtrunqꝫ opoꝛtuit dominū ſua reſponſione ſatiſfacere. vnde de doctrina reſpondit pꝛimo ꝙ erat in publico poſita. tum ex loco publico/ſynagoga ſcilicet ⁊ tēplo. ita ꝙ locus non ſoluꝫ erat publicus/ſed publicus ad officiū docendi:doctrine ſiquidē publice locus erat templum aut ſynagoga. Tum ex frequentia cōmuni:quia illuc omnes iudei conueniebant. Tum ex vtilitate tempoꝛis:quia ſemper/quando ſcilicet tēpus docendi expoſtulauit:qn̄ in templo in tēplo/⁊ qn̄ in ſynagoga in ſynagoga. Tū ex vtilitate dictoꝛum:quia in occulto locutus ſuꝫ nihil. Deinde dixit qui eſſent de ſua doctrina interrogādi dicēs interroga eos qui audierunt. Et pꝛotulit vniuerſos vt publicos teſtes:nō moꝛtuos/non abſentes/non neſcios aut immemoꝛes:ſed pꝛeſentes ⁊ ſciētes:ecce inquit ipſi ſciūt quid dixeriꝫ. ¶ Quo ad perſonam vero interrogatam reſpondit/quid me interrogas? Quod dupliciter exponitur. Uel quid hoc eſt cur me interrogas. Et ſic petit cauſaꝫ nō quare pōtifex interrogat:ſed quare interrogat ipſum ieſuꝫ de doctrina:quuꝫ non appareat cauſa quare ipſe ieſus debeat interrogari de ſua doctrina que eſt in publico poſita. ac per hoc interrogā



di ſunt illi qui audierūt ⁊ ſciunt illā:ſicut ſi doctrina fuiſſet poſita in libꝛo:non eſſet authoꝛ interrogandus de doctrina qualis eſt/ſed liber examinādus. Nec hec petitio dedecebat ſubditum:quū iob petitionē ſimilem deo poꝛrexerit/indica mihi cur me ita iudices. Et iuxta hūc ſenſuꝫ qꝛ annas interrogauerat de doctrina publica dominus/qui non debebat ante examinatam ab alijs doctrine qͣlitatē examinari:ideo humiliter ſubditus dominus petit cauſam quare ipſe examinatur:vt ſi foꝛte ex cauſe manifeſtatione opoꝛteret aliquid reſpōdere/poſſet parere. Et ſic verba hec decētia ⁊ opoꝛtuna inueniuntur. ¶ Uel/quid me interrogas:hoc eſt quid eſt quod a me interrogando ſcire queris? Et ſic petit rem interrogatam:ſicut ſaulus petijt a chꝛiſto rem pꝛeceptaꝫ dicens/domine quid me vis facere? Et iuxta hunc ſenſuꝫ ſupponebat humilis ſubditus pontificem interrogare ipſum de aliquo quod opoꝛteret ab ipſo ieſu noſſe/⁊ nō de his que opoꝛtet aliūde cognoſci:ac per hoc quia interrogatio de doctrina/pꝛo quāto querebat qualitatē doctrine ad alios ſpectabat qui audierāt/⁊ non apparebat pꝛo quo alio articulo ſpectaret ad ipſum ieſum:ideo humiliter petit/quid me interrogas? Acſi aperte diceret. quia nō apparet quid eſt illud quod ego interrogatus reſpōdere debeā:aperi qd eſt quod a me ſcire vis:foꝛte enim aliquē particularem articulum pontifex manifeſtaſſet ſe querere/ad quem reſpondiſſet. Et ſic percipere clare potes nō ſolum opoꝛtunam ac decentem/ſed humileꝫ reuerentem qꝫ fuiſſe hanc dominicam reſponſionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quãuis pontificis miniſter ſimilis ſuo pontifici ar⸗
guerit illam ſuperbie: nec dignum arbitrans do⸗
minum ieſum vt etiam peteret quod ad ſeipſũ ſpe
ctabat noſſe/vt poſſet pontifici ſatiſfacere.

¶ Ad alteram autem admirationẽ de reſponſione
data percuſſori/reſpondetur ꝙ dominus ieſus ita
exhibebat ſe ſubditum ⁊ patientie exemplum/vt
meminiſſet ſe eſſe doctorem mundi. Docuerat di⸗
ſcipulos vt percutienti vnam maxillam preberent
alteram: ⁊ niſi ipſe dignatus fuit interpretari ſua
documẽta (ꝙ ſcilicet intelliguntur pro loco ⁊ tem
pore: ⁊ nõ in omni tempore/loco/euẽtu/negocio
⁊c.) quis crederet interpreti alteri? Si ipſe domi⸗
nus prebuiſſet alteram maxillam: quis ſe vnꝗ ve⸗
rum chriſti diſcipulum credere potuiſſet/niſi ſem
per et vbiqꝫ ſimile quid feciſſet? ⁊ ſimiliter niſi tol
lenti tunicam dediſſet ⁊ palliuꝫ? ⁊ ſic de ſimilibus.
Modo autẽ vbi dominus facto ſuo nõ prebuit al⸗
teram maxillam: interpretatus eſt documenta ſua
huiuſmodi non ſemper ⁊ vbiqꝫ debere exequi/ſed
pro loco ⁊ tempore ⁊c. Oportuit ergo dominũ re⸗
ſpondere ⁊ non prebere alteram maxillam/ꝓpter
noſtram doctrinam. ¶ Reſpondẽdo quoqꝫ/autho
ritatem iuſtoruꝫ ſupra ſuos perſecutores in ſe mõ
ſtrandã ſuſcepit: arguẽdo percuſſorẽ ꝙ nec in mo⸗
do loquendi exceſſerit: dicens ſi male locutus ſuꝫ.
non dixit ſi malum locutus ſum/ſed ſi male: quia
etiam ille reprehenderat ipſum de modo loquẽdi/
dicens ſic reſpõdes? Vndiqꝫ ergo docemur in hac



dominica reſponſione: dum et documenta interp̃
tata/ ⁊ auctoritatem iuſtorum inſinuatam ab ipſo
noſtro capite habemus. ¶ Et ſi queratur cur non
reſponderit dominus aliquid ad interrogationeꝫ
de diſcipulis/dici poteſt vel ꝙ reſponſio de doctri
na erat quoqꝫ reſponſio de diſcipulis: quoniaꝫ ex
qualitate doctrine pendet qualitas diſcipulorum.
Vel ꝙ percuſſio maxille interruperit reſponſionẽ
domini interrogantis quid me interrogas?

**Ad admirationem.** De verbis domini co⸗
ram caipha/amodo vi
debitis filium hominis ⁊c. dicitur ꝙ ſumme neceſ⸗
ſarie tunc fuerunt/⁊ ꝓpter totum mundum: ⁊ pro
pter ipſos põtifices ac ſeniores/vt inexcuſabiles
ſe noſſe poſſent. Ad cuius clariorem intelligentiã/
ſciendũ ſummarie eſt fuiſſe a prophetis de meſſia
predicta ſex. Primum de vita ſancta: propter qð
miſerunt ad ioannem baptiſtam querendo ſi ipſe
erat chriſtus. Secundum de doctrina diuina: pro⸗
pter quod etiaꝫ ſamaritana dicebat ꝙ meſſias do
cturus eſſet omnia. Tertium de miraculorum mul
titudine et excellentia: propter quod iudei dice⸗
bant. chriſtus cum venerit nunquid plura ſigna fa
ciet quam que hic facit? Quartũ ꝙ ipſe eſſet redẽ
pturus ⁊ ſaluaturus populum iſrael. propter qð
vſqꝫ hodie iudei expectant meſſiam/vt educat eos
de captiuitate et magnificet eos. Quintum ꝙ ipſe
eſſet rex potẽtiſſimus/immo rex regũ/⁊ dñs dñan
tium. Vñ magi queſierũt vbi eſt qui natꝰ eſt rex iu

Universidad de Deusto
Biblioteca



deoꝛum:⁊ nathanael ⁊ turba in die palmaruꝫ chriſtum regem appellarūt. Sextū ꝙ ipſe pauper humiliſq; conuerſaturus eſſet cuꝫ hominibus/⁊ moꝛte turpiſſima cū ſceleratis puniendus. Unde dominus diſcipulis ioannis reſpondens de ſeipſo: poſt enumerata potentie ſue miracula/eſtimationem pauperum ⁊ moꝛtis ſue ignominiam ſubiunxit dicens: pauperes euāgelizantur:⁊ beatus qui non fuerit ſcandaliſatus in me/ſcilicet ob moꝛteꝫ meaꝫ. Quia igitur hec de chꝛiſto pꝛedicta fuerāt/⁊ in ipſo domino conſpiciebantur impleta tria pꝛima/⁊ ſextum pꝛo parte executū ⁊ pꝛo reliqua parte ſcilicet paſſione ⁊ moꝛte tunc inceperat ⁊ fiebat: reſtabat vt de alijs duobus (ſcilicet quarto ⁊ quinto) dominus manifeſtaret pontificibus ꝙ in ipſo erant implenda. Et quia erant implenda poſt reſurrectionem ſuaꝫ ⁊ non tunc: ideo dominus ⁊ hec implenda/⁊ oꝛdinē ſimul monſtrare dignatus eſt dicens ꝙ ipſe venturus iterum eſt cum gloꝛia ⁊ poteſtate a dextris dei ⁊c. vbi ſe ſaluatoꝛem ⁊ regem omnium aperuit. Et dicens/ex hoc autem erit filius hominis/monſtrauit ꝙ intercedēte paſſione ⁊ moꝛte exaltandus eſſet ad dextram dei ⁊ venturus cum gloꝛia. Fuit igitur valde neceſſarium vt dominus myſterium duoꝛum aduentuum ſuoꝛum aperte diſtingueret. ⁊ ad pꝛimuꝫ ſpectare vite ſancte/pauperis/humilis ⁊c. conuerſationem cū hominibus/cum diuine doctrine ⁊ miraculoꝛum excellentia ⁊ paſſione ac moꝛte ignominioſa: ad ſecūdum vero reſurrectionem/ſaluationem manifeſtā non ſolum animarum ſed coꝛpoꝛum/regiam digni



tatem/dominium vniuerſale ⁊c. inſinuaret. Tum propter omnes qui audituri erant ſaltem per euāgelium: quia miſterium duoꝛum aduentuuꝫ occultum valde erat/intantum vt etiam demones videantur latuiſſe: nam ſi cognouiſſent/nunꝙ dominum gloꝛie crucifixiſſent. Tum pꝛopter ipſos ſenes: quia tunc dominus conſpiciebatur ita abiectus/ſubditus/derelictus/vt nec cogitabile videretur ꝙ ipſe eſſet futurus rex potentiſſimus ſaluaturus populum. Et ideo pꝛemonuit tunc eos ꝙ per hanc adſectionem ac ſubiectionem tranſiturus erat ad dexteram dei ⁊ iudicaturus oꝛbem cum poteſtate ⁊c. vt ſic quantum in ſe erat inſtrueret pontifices ⁊ ſenioꝛes/vt ſi vellent poſſent reſipiſcere: nullamq; excuſationem ignoꝛantie pꝛetenderent quare non aperuit nobis myſterium duoꝛum aduentuū meſſie/quuꝫ interrogauerimus ⁊ adiurauerimus eū. Eratq; tunc opoꝛtunum tempus manifeſtādi myſterium hoc: quando interrogatio ⁊ adiuratio facta a pontificibus ⁊ optimatibus/reſponſionem non habuiſſet completam ⁊ claram niſi duoꝛuꝫ aduētuum myſteriuꝫ fuiſſet apertum: ⁊ quando opꝰ tūc quod exercebatur: vt verbo manifeſtaretur expoſcebat: tunc enim quia cauſa ieſu quaſi impij iudicabatur/meruit vt cauſam ⁊ iudicium vniuerſi oꝛbis acciperet.

**Ad admirationem** Coꝛā pilato quadruplicem iuxta quattuoꝛ domini verba/dicitur oꝛdinate. ¶ Et ad pꝛimam de illis verbis/a temetipſo hoc dicis/reſpondetur ꝙ ratio verboꝛum fuit vt pilatus gen-

Univerſidad de Deusto
Biblioteca



tilis capax fieret reſponſionis dande ad queſtio-
nem propoſitam/tu es rex iudeorum? Oblataq
ieſu nihilominus rationabilis eſt occaſio interpo
nendi hec verba:anteq̄ reſponderet ad queſitū.
Occaſio ſiquidem fuit:quia ieſu domino introdu-
cto in pretorium/pontifices manſerunt extra/ne
contaminarentur ingrediendo domum viri gen-
tilis durante ſolennitate paſchali: ⁊ pilatus ceri-
monijs eorum condeſcendens exiuit ad eos/audi
turus quam accuſationem afferrent aduerſus ie-
ſum.pontifices autem accuſauerunt eū q̄ ſe chri
ſtū regē feciſſet:pilatus autem ingreſſus in p̄torio
ſine iudeis:interrogauit ieſum/tu es rex iudeorū?
Quia igitur dominus ieſus abſens fuerat quum
fuerat accuſatus a iudeis:occaſionem rationabilē
habuit querendi a pilato: an ex ſe an ex iudeorum
ore interrogationem hanc faceret.

¶Ratio vero verborum talium fuit:ne pilatus fal-
leretur a ſeniorum iudeorum callida accuſatione
vſurpati tituli regij.Si enim pilatus ex ſeipſo de
regio titulo inquireret:quum pilatus eſſet genti-
lis et nullum reputaret hominis regnum niſi de
hoc mundo/interrogando tu es rex iudeorum?
plane interrogaret de regno mūdano et rege qua
les ſunt alij reges:⁊ non oportuiſſet dominum re
ſpondendo loqui de regno quod non eſt de hoc
mundo:ſed aliter reſpondere. Sed aliter reſpon-
dere.Sed vbi pilatus interrogat ex accuſatiōe iu
deorum/qui ipſum ideo regem dicebant ſe feciſſe
quia dicebat ſe chriſtum et regem meſſie non erat



de hoc mundo:ideo prudentiſſime dominus ante
quam reſpondeat/interpoſuit an loqueretur ex
ſe an ex ore iudeorum: vt confitens pilatus ſe lo-
qui ex ore iudeorum:intelligeret propriam vocē/
audiēdo a dn̄o equiuocationē regni inter regnū
meſſie de quo loquebatur pilatus ex ore iudeorū:
neſciens propriam vocem/⁊ regnum mundanum
de quo putabat pilatus accuſationem fieri: et ſic
capax fieret reſponſionis future. Tanq̄ audiſſet
tu putas facere officium tuum inquirendo de vſur
pato titulo regio ſecundum regna huius mundi:
ſcito quod regnum meſſie de quo accuſant me iu-
dei non eſt tale.

¶Ad ſecundam autem de verbis illis/regnum
meum non eſt de hoc mundo/dicitur q̄ aliud eſt
iuſtificationi cauſe ſue ſtudere vt euadatur ſenten
tia: et aliud eſt iuſtificare cām ſuā quātū ſufficit
ad tollendā apparentē occaſionē ſcādali. Dn̄s ie
ſus corā pilato nō ſtudebat iuſtificationi cauſe ſue
vt non dānaretur:qui ad hoc venerat vt morte tur
piſſima afficeretur:ſed quoniā ex hoc ipſo q̄ ſeip-
ſum affirmauerat chriſtū ac per hoc regē/nōnulla
occaſio poterat apparere pilato gentili cogitandi
dn̄s ieſus aſpiraret ad regnū iudeorū ⁊ iō p̄dicaret
pplo:ideo dn̄s ieſus hāc q̄ apparere poterat ſcan
dali occaſionē tollere curauit/diſtinguēdo regnū
meſſie ſeu ſuū a regno aliorū regū penes cām ⁊ effe
ctum. Penes cauſam quidem quia regnum eius
non eſt de hoc mūdo.non dixit nō eſt in hoc mūdo:

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſed non eſt de hoc mundo. Regnum enim alioꝛum
eſt de hoc mūdo. Nam eſt aut a natura. Et hoc vel
vt regnum patriſfamilias: qui naturaliter eſt rex
in domo ſua: vt in pꝛincipio mūdi erat. Uel vt re-
gnum eoꝛum qui naſcuntur reges hereditario iu-
re: vt filij ꝛ heredes regum. Aut ab intellectu adiu
to arte vel induſtria: vt ſunt hi qui vigentes inge-
nio induſtria multa ſe ad regnū ꝓmouebūt. Aut
a potentia: vt tyꝛanni. Aut a voluntate vt ſunt hi q̄
per electionem ad regnum perueniunt. Regnum
omnium hoꝛum eſt de hoc mūdo: quia ab his que
huius mūdi ſunt cauſatur. ¶ Sed regnū chꝛiſti nō
eſt ex hoc mūdo: vtpote ex nulla huiuſmodi cauſa
rum veniens. Sed vt apoſtolus pꝛomulgauit: fa-
ctus eſt obediens vſq; ad moꝛtem crucis: pꝛopter
quod deus exaltauit illum/ ꝛ dedit illi nomē quod
eſt ſuper omne nomen: vt in nomine ieſu omne ge-
nu flectatur/ celeſtium/ terreſtrium ꝛ infernoꝛum.
ꝛ propterea dominus dixit pilato/ regnum meum
non eſt de hoc mundo. Et manifeſtauit hoc ex effe
ctu: quia ſi ex hoc mūdo eſſet regnum meum: mini
ſtri vtiq; mei decertarent vt non traderer iudeis.
Si quererem regnare: feciſſem vt miniſtri mei: ſe-
quaces mei decertaſſent et adhuc decertarent vt
non traderer voluntati iudeoꝛum: quod tam lōge
fuit/ vt nullus vnquā nec ioſeph ab arimathia nec
nicodemus nec lazarus nec quiſpiam vnico etiam
verbo certauerit pꝛo ieſu/ pendente eius cauſa co
ram pilato. Itaq; ex hoc effectu percipere facile
potes pilate q̄ regnum meum non eſt de hoc mū-
do/ q̄ non quero populum auertere vt regem me



habeant. Et ex hac domini ſententia intantum ap
parentia ſcandali in mēte pilati ſublata eſt/ vt exie
rit ad iudeos dicens ſe nullam cauſam moꝛtis in-
uenire in eo.
¶ Ad tertiam admirationem de ſubiunctis ver-
bis: ego in hoc natus ſum ꝛ ad hoc veni in mūdū
vt teſtimonium perhibeam veritati ꝛc. reſpondet
q̄ hec verba oꝛdinantur ad pꝛopoſitam materiam
de regno chꝛiſti: ꝛ ad idem tendunt quo pꝛioꝛa ver
ba. Et ſunt conueniētiſſime inducta ꝛ ex parte ma
terie de qua erat ſermo/ ꝛ ex parte perſone ad quā
ſermo dirigebatur. Ex parte ſiquidem materie: nam
ſermo erat de regno non ex hoc mūdo/ et q̄ ieſus
erat rex non ex hoc mūdo. Hec autem figmēta re-
putantur a ſapientibus huius mūdi/ ꝛ tanq̄ confi
cta ab his qui religionis curam gerūt propter po-
pulos ꝛc. ꝛ ideo dominus veritatem pꝛoponit ſe
adeo tueri/ vt venerit in mundum non vt adinuen
tiones humanas pꝛedicet: ſed vt veritati teſtimo-
nium perhibeat. Ex parte vero pilati: quia opoꝛ
tet eruditoꝛem/ ex communibus ſibi ꝛ auditoꝛi et
quantum poteſt ex gratis auditoꝛi pꝛocedere: vt
ſic capax fiat doctrine. chꝛiſto autem ꝛ pilato non
erat communis ratio ſcripturarum nec religionis
cultus/ ſed ſolummodo naturalis mēs: ac per hoc
veritatis amoꝛ: nihil enim communius ac amabi-
lius eſt hominibus ſecundum mentem q̄ ſit veri-
tas. Merito ergo a veritatis ſtudio pꝛoceſſit/ ſua-
ſurus viro gentili q̄ non erat figmentum id quod
de regno ſuo non de hoc mundo dixerat. Duplica
uit autem ſignificatione m ingreſſus ſui in mūdū

per natiuitatẽ ⁊ aduentũ (dicẽs ego natus ſũ ⁊ ve-
ni in mundum) pꝛopter duas in ſe naturas: vt ho-
mo enim natus eſt: vt deus vero venit in mundum
deus homo factus. Et quoniam teſtimoniũ chꝛi-
ſti de veritate/ non erat ab omnibus ſuſcipiendũ
fide debita: ſubiungit diſcernendo ſuſcepturos a
non ſuſcepturis/ ex diuerſa habitudine ad verita-
tem dicens. omnis qui eſt ex veritate audit vocem
meam: hoc eſt quicunqꝫ amatoꝛ/ inquiſitoꝛ/ ſuſce-
ptoꝛ/ tutoꝛqꝫ eſt veritatis/ nõ in hac vel illa mate-
ria (puta geometria/ phyſica ⁊c.) Sed veritatis
ſimpliciter/ ita ꝙ nulli vero repugnet: audit vocẽ
meam: omnis ſiquidem talis eſt ex veritate/ hoc ẽ
ex parte ſe tenet veritatis: ⁊ ex veritate venit tanꝙ
exemplatum ab exemplari.

¶ Opoꝛtuit autem dominum apponere hec verba
de auditoꝛibus ſuis/ vt hinc poſſet eligere pilatus
duo: ſcilicet ⁊ qualitatem eoꝛum qui audiebãt ip-
ſius domini doctrinam et ſequaces illius erant:
ꝙ ſcilicet erant homines non vana ſectantes/ ſed
veritatem amantes ac ſectantes: ⁊ qualitatem re-
gni ſui: ſcilicet ꝙ eſt regnum veritatis. Ita vt di-
gnatus ſit dominus dicere de regno ſuo non ſolũ
negatiuam/ ſcilicet non eſt ex hoc mundo: ſed inſi-
nuare affirmatiuam/ ſcilicet quod eſt regnum veri-
tatis: ⁊ ſimul articulum alium a iudeis obiectum
(ſcilicet ꝙ ſubuertebat ac ſeducebat populum) ta-
cite elidere eadem ratione qua articulum de vſur-
pato regio titulo excluſit. Et ad innocentiam di-
ſcipuloꝝ tuendam. Ex hoc enim ꝙ ipſe ſoli veri-



tati operã dabat/ et ex veritate erãt qui eũ audie-
bãt: manifeſte ſequit̃ qð nulla erat ſeductio/ nulla
ſubuerſio/ nullus ad malũ/ nullus ad vana ꝓuoca-
bat/ ſed tota chꝛiſti p̃dicatio/ totũ chꝛiſti regnũ/
ex veritate ⁊ in veritate ⁊ ad veritatem erat. Po-
terat ex hac domini ſententia pilatus occaſionem
diſcendi a tante fame magiſtro accipere: ſed quum
interrogaſſet quid eſt veritas/ non expectata re-
ſponſione exijt ad iudeos: vtpote qui nõ curabat
diſcere a chꝛiſto.

¶ Ad admirationem demum quartam coꝛam eo-
dem pilato de reſponſione illa: non haberes ad-
uerſus me poteſtatem vllam niſi tibi deſuper da-
tum eſſet. dicitur ꝙ hec verba domini non ſunt ver-
ba generalia: ſed ſingulariſſima ac valde nouam/
occultam ſingularemqꝫ chꝛiſti innocentiam ſigni-
ficantia. Inter chꝛiſtum enim et reliquos homi-
nes hec erat differentia: quod reliqui homines
habebant ſuperioꝛem iudicem ex duobus capiti-
bus (ſcilicet ex ex parte ſuperioꝛe: quia ſic a deo
oꝛdinatũ eſt: iuxta illud apoſtoli. omnis poteſtas
a deo eſt: quia que a deo ſunt/ oꝛdinata ſunt: ⁊ ex
parte inferioꝛe: hoc eſt ex pꝛopꝛio peccato ſaltem
oꝛiginali: ex quo incidit homo vt ab homine puni-
bilis eſſet) chꝛiſtus autem quia nullius omnino
peccati particeps erat: nihil ex parte ſua habebat
vnde poteſtas quecũqꝫ humana haberet aliquid
contra eum: ⁊ propterea pilatus ex ſola parte ſu-
perioꝛe poteſtatem habebat aduerſus eũ. Singu-
lariſſimã ergo ſuam innocentiã dñs ſignificauit ꝑ

hanc reſponſionem: dicens ꝙ nullaꝫ aduerſus ipſꝫ
haberet pilatus poteſtatem: niſi ei pilato datum
eſſet deſuper. Dixit deſuper: ⁊ non dixit ex roma-
no imperio aut ceſarea authoꝛitate: vt compꝛehē-
deretur pꝛima cauſa/ diuina ſcilicet diſpoſitio cū
ſecundaria que erat poteſtas romani imperij. Ac
ſi apte diceret ꝙ habeas ꝯtra me poteſtatē non eſt
ex demerito meo: ſed qꝛ es pꝛeſes. Et hinc optime
cum nota cauſalitatis inferūtur ſequentia ver-
ba pꝛopterea qui tradidit me tibi maius peccatū
habet: pꝛopterea. quia ſcilicet innocens ego ſum:
qui me innocentem tradidit tibi tanꝗ̄ malefacto-
rem: maius peccatuꝫ habet. Tu quidem peccas ſci
ens ꝙ per inuidiam tradiderūt me tibi ſacerdotes
⁊ non reſpiciēs: ſed illi qui cauſa pꝛincipaliter ſūt
maius peccatum habent. Et quod iuxta hunc
ſenſum intellexerit pilatus domini verba: teſtatur
euangeliſta dicens: ꝙ exinde pilatus volebat di-
mittere ieſum: ex audita quippe ieſu innocentia
cum pꝛopꝛio peccato mouebatur pilati animus
ad dimittendum ieſum.

**Ad admirationem** Coꝛam herode: quare dominus
non reſponderit. Dicitur ꝙ euangeliſta nullā ex-
plicans ſpecialem interrogationem ab herode fa
ctam: ſed per verba generalia narrans herodem
interrogaſſe dominum in multis ſermonibus: ſi-
mulꝗ narrans ꝙ ſperabat videre miraculum ali-
quod a domino ieſu fieri: inſinuauit interrogatio
nes herodis non fuiſſe iudiciales ſed curioſas: ea
dem etenim curioſitate qua mouebatur ad mira-



culum aliquod videndum: inducebatur ad pꝛopo
nendum domino queſtiones curioſas. Et pꝛopter
ea dominus ſicut noluit vti potētia ſua ad faciēda
miracula: ita noluit vti ſcientia ſua ad ſatiſfaciēdū
curioſitati herodis: inſtruens per hoc nos vt et
poteſtate et ſcientia vtamur ad edificationem / et
non ad curioſitates aut quaſcūꝗ alias vanitates.
Non ſuberat ergo cauſa reſpondendi herodi cu-
rioſo/ ſicut affuit cauſa reſpondendi pilato iudicia
liter inquirenti: qui neſcius de vero regno meſſie
poterat ſcandalizari: vt dictum eſt.
¶ Tacuit ergo dominus coꝛam herode/ vt habere
tur et tractaretur ab herode vt fatuus: quod et
ſubſecutum eſt. Herodes quippe vir ſecundum
mundum pꝛudens / conferens audita de ieſu ex fa
ma et obiecta a pontificibus pꝛecipue ꝙ faciebat
ſe meſſiam/ cum tanto ieſu ſilentio coꝛam ſe inter-
rogante in multis ſermonibus quibus vſus po-
tuiſſet ipſius herodis beneuolentiam acquirere
et tueri ſe contra perſecutoꝛes ſuos: anſam habuit
cogitandi quod ieſus eſſet vanus (vtpote non lo-
quens coꝛam magnis viris/ ſed coꝛam vulgarib⁹)
et eo amplius quod viderat ioannem baptiſtam
pꝛudenter ſecum loquentem: ieſum autem nec ad
interrogata ſua reſpondētem cernebat: cenſuitꝗ
ꝙ eſſet vt fatuus tractandus: ⁊ ſic illuſit veſte alba.
Sed saluatoꝛ altiſſimo conſilio ſe illudi voluit: vt
mundus hinc videret ꝙ non ſapientibus huius
mundi/ viꝭ/ non aſtutijs / nō induſtrijs humanis
traxit ad ſuam fidem mundum: ſed vie eius ad con
uertendum ad ſuum regnum mundum: fuerunt

tales vt ſit habitus fatuus a principibus et ſapiē-
tibus huius mundi: propter quod ab omnibus iu
dicib⁹ voluit reputari imo tractari vt fatu⁹: nō ver
bo/ſed multiplici facto illuſionis: nā a pontificib⁹
⁊ herode ⁊ pilato iudicatus ⁊ punitus eſt vt fatu⁹.
Sciebat enim ꝙ ſapientie ſeu aſtutie maxime at-
tribuitur facere ſe caput noue legis populorum. ⁊
ideo hanc de ſe opinionem auferre ſtuduit tot pro
prijs deriſionibus: vt vel ſi crederemus diuinum
opus eſſe fidem chriſti. Hec de tertia queſtione.

CIrca quartam queſtionē de ſcri
pta domini ieſu cauſa (ie-
ſus naſarenus rex iudeorum) non-
nulla dubitatio oritur. Tū quia in
multis/quatuor ſcilicet cauſis fue
rat dominus accuſatus: ſcilicet de
tributis non dandis ceſari/de ſeductione populi/
de blaſphemia/ſcilicet ꝙ filium dei ſe fecit: ⁊ de le-
ſa maieſtate/ꝙ ſe regem facere curabat. Tum quia
de nulla cauſa videtur dominum ſe iuſtificaſſe niſi
de iſta/ſcilicet de regno (vt patet in euangelio) ac
per hoc minus videtur ꝙ iſta debuiſſet ſcribi ſuper
crucem: vtpote purgata. Et confirmatur: quia pi-
latus qui ſcripſit cauſam poſtꝙ̄ diſcuſſit hanc cau-
ſam pronunciauit ieſum non eſſe reum mortis: ac
per hoc non eſſe reum leſe maieſtatis. Mirum eſt
igitur ꝙ ſcripſit hanc cauſam.

Ad hec Dicit̄ ꝙ ex quatuor capitibus opor
tuit cauſam hanc ſcribi. Tum ex par-
te pontificum/tum ex parte cauſarum/tum ex par



te pilati/tum ex diuina diſpoſitione. Ex parte qui
dem pontificum/alia fuit cauſa impellens eos ad
mortem domini ieſu/et alia fuit cauſa quam pro-
poſuerunt pilato vt dominum ieſum damnaret.
Nam cauſa mouens pontificum animos ad domi
ni ieſu mortem/fuit amor proprie dignitatis ⁊ au-
thoritatis/ne romani tollerent locum eorū. Quū
enim tēporib⁹ illis multi quaſi prophete inſurge
rent/⁊ populos ad ꝑpl'oſe cōuerterēt. (vt actuū
v. gamaliel refert primo de theodate/⁊ deinde de
iuda galileo: et de ioanne baptiſta ioſephus dicit
herodem ipſum cepiſſe quia timebat concurſum
populi. quod non ſolum potuit ſimul eſſe verum
cum cauſa inceſtus relata ab euangelio: ſed conſo
nat euangelio: tum quia dominus audito caſu io-
annis ſeceſſit/quaſi cauſa communis ei ⁊ ioanni
fuerit/ſcilicet concurſus populorum ad eorū pre
dicationem: tum quia dominus herodem vulpem
appellauit: quaſi aſtute perſequentem ioannem
predicatorem ſub ſpecie complacendi herodiadi)
Quia inquam tot concurſus populorum erant: ti-
mebant pontifices ne tantus populorum concur-
ſus ad dominum ieſum pareret aliquam nouita-
tem/ob quam ſimul cum tot alijs precedentibus
conſideratam romani tollerent pontificatum a iu
deis/et transferrent gentem iudeorum in alia lo-
ca. ob hanc cauſam dixit caiphas/ꝙ expediret po
tius hominem mori ne tota gens ſic periret. Hac
igitur cauſa in animo retenta/pontifices excogi-
tauerunt cauſam aliquam qua poſſent induce-
re pilatum ad interficiendum dominum ieſum:

Universidad de Deusto Biblioteca



ꝛ adinuenerunt dictas quatuor cauſas: ſcilicet
de pꝛohibito cenſu ceſaris dari/ de auerſione po
puli,/ de blaſphemia/ de vſurpata maieſtate. Et
quoniam in pꝛima non habebant fundamenta ꝛ ſe
cunda niſi colorarentur vt via ad quartam non ſuf
ficeret ad penā moꝛtis/ de tertia autez pilatus nō
ſe intromitteret (vtpote de pertinentibus ad que
ſtiones legis iudeoꝛum) deliberarunt aſtuto con
ſilio crimen leſe maieſtatis imponere domino ie
ſu: vt ex eo pilatus vtpote contra ceſarem/ moue
retur ad condemnandum dominum ieſum. Puta
uerunt enim ſe poſſe in hoc pꝛeualere/ fundantes
huius criminis cauſam ſuper confeſſione ipſius
domini qua confeſſus eſt ſe eſſe chꝛiſtū/ ac per hoc
regem. ꝛ ſuper cōmotione populi ad ſe vt chꝛi
ſtum: ac per hoc vt regem. ita ꝙ pontifices licet ac
cuſauerint dominum ieſum quatuoꝛ criminū: pꝛin
cipaliter tamen tendebant ad crimen leſe maieſta
tis/ quia ſe regem querebat facere; ſperantes ex
hoc obtinere a pilato damnationem domini ieſu
ad moꝛtem.

¶ Ex parte quoqꝫ cauſarum ipſarum que allate
ſunt/ opoꝛtuit cauſam regni pꝛeualere: quia ma
ioꝛem habebat apparentiam/ ex eo ꝙ dominus ie
ſus fatebatur ſe chꝛiſtum: et ante quinqꝫ dies cla
mātes ei turbas ꝙ eſſet rex admiſerat/ veniēs hie
ruſalem ſuper aſellum. Hec enim cauſa multipli
citer pꝛobata videt. Pꝛimo ex ipſius dñi ieſu ver
bis quibus dixit ſe chꝛiſtum. Secundo ex commo
tione populi a galilea vſqꝫ huc. Et in hac pꝛoba
tione clauditur non ſolum ſeductio populi: ſed cō



motio que fuerat ante quinqꝫ dies illic: hoc eſt in
hieruſalē: quū turba cū palmis cū veſtimētis ſtra
tis in via/ cū clamoꝛe dignitatis ac nominis regij
concurrit ad honoꝛandum dominum ieſum. Ter
tio ex ipſius domini coꝛam pilato/ regnum meum
ꝛc. Unde ꝛ pilatus dixit/ ergo rex es tu: quod do
minus ieſus non negauit. Fuit quoqꝫ aggrauata:
ſi hunc dimittis non es amicus ceſaris: omnis enī
qui ſe regem facit contradicit ceſari.

¶ Ex parte deinde pilati cauſam regni opoꝛtuit
pꝛeualere. Pilatus enim quum eſſet gentilis/ et
de eo ꝙ filium dei ſe fecit nihil aut parum curaret
(pꝛeſertim ſciens quod per inuidiam mouebātur
pontifices) ꝛ de cenſu pꝛohibito nulla pꝛobatio
haberetur/ commotionem populi cum tali in
greſſu in hieruſalem conſiderauit/ ſimul cum con
feſſione ipſius domini de regno ſuo non ex hoc
mundo. Et viſum eſt tam ei ꝙ herodi ꝙ dominus
ieſus eſſet non vt criminoſus ſed vt fatuus puniē
dus: conſideratis enim dictis de regno alterius
mundi/ et geſtis (ſcilicet ꝙ ſuper aſellum nō equū
cū palmis non armis/ vilis turba non magnates:
repēte/ non ex condicto/ pꝛactica/ inductione aut
vocatione/ tranſitoꝛie ꝛ quaſi in momēto: non re
tinendo ſecum turbas/ nec pꝛocedendo poſtea cū
turba: ſed veniebat quotidie poſt moꝛē ſolito in
templum ad docendū) iudicauerūt vias has aſpi
randi ad regnum/ non eſſe ſani capitis. Et bene iu
dicabant de mundano regno loquēdo: fatuū quip
pe eſſet/ per has vias querere regnū terrenū. Un

de vterqꝫ (ſcilicet herodes ⁊ pilatus) tractauit do
mi num ieſum vt fatuũ. inſtãtibus nihilominus iu
deis ꝙ non eſſet fatus ſed malign us: vt pote q̃
filium dei ſe fecit: ⁊ ꝙ aſtute inuertit cauſam regni
in regnũ alterius mundi: quum non poſſet nega
re ꝙ ſe regem fecerit / cõmouendo populum ad ſe
regem clamãdum. Pilatus corripiendum flagel
lis dominum ieſum cenſuit: vt vtriuſqꝫ fatuitatis:
ſcilicet ⁊ malitie ratione habita punitus dominus
dimitteretur. Sed inualeſcentibus iudeis vſqꝫ ad
tumultum / elegit cõſideratis omnibus damnare
dominũ ieſum leſe maieſtatis: eo ꝙ cauſa hec ad ſe
directe ſpectans / apud ſuum tribunal probata ac
euidens ita erat vt niſi fatuitate excuſaretur iuſte
dãnationem expoſceret: de regno quippe non de
hoc mundo ipſe ſtultitiã putabat. Et quia iudei
qui dominum ieſum magis nouerant non admit
tebant excuſationem ſtultitie / quam ipſe pilatus
admittendam putabat: ideo tanq̃ relinquens iu
deis criminis curam / ſe innocentem proteſtatus
eſt in prolatione ſententie qua dominum damna
uit ad mortem crucis.

¶ Hec videntur ad literam coegiſſe pilatum ad
hanc cauſam ſcribẽdam. Sed hec omnia ex quar
to loco propoſita cauſa (diuina ſcilicet prouiden
tia) diſpoſita ſunt: vt dominus ieſus damnatus ⁊
crucifixus verũ ſuum titulum ſupra ſuam crucem
ſcriptũ haberet: erat enim ⁊ eſt in veritate ieſus
nazarenus rex iudeorum. Vſa quippe eſt diuina
prouidentia iniquitate perſequentium ⁊ damnan
tium dominũ ieſum / ad perpetuam veritatem re



gij tituli de chriſto prophetati teſtificandam co
ram toto mundo. vnde ⁊ pilato prohibuit ne mu
taret illũ / ſed dixit qõ ſcripſi ſcripſi. ⁊ tribus p̃ci
puis linguis omnium linguarum vices gerenti
bus / ex ipſius etiã trinarij oĩa cõplectentis perfe
ctiõe / ſcribi diſpoſuit. Hec de quarta q̃ſtiõe, deo
g̃ras. Poſonij i die ſcti damaſi. M. D. xxiij. Amẽ.

# Incipit ſecundum Jentaculum: in quo quatuor queſtiones tranctantur.

OCcurrunt Secũdo circa di
uerſa ſacre ſcri
pture documenta de filijs dei que
ſtiones itẽ quatuor. Prima eſt de
verbis pauli apoſtoli ad ro. j. de vni
genito filio dei: q̃bus dicit. qui pre
deſtinatus eſt filius dei in virtute ſecundum ſpi
ritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuo
rum ieſu chriſti domini noſtri.

¶ Secunda eſt de verbis ioannis euangeliſte: io
annis id eſt de filijs dei adoptiuis. dedit eis po
teſtatem filios dei fieri: qui nõ ex ſanguinibus ne
qꝫ ex volũtate carnis / neqꝫ ex voluntate viri: ſed
ex deo nati ſunt.

¶ Tertia eſt de verbis apoſtoli pauli. j ad corint.
xv. de baptiſmo quo generantur filij dei / quum di
cit. alioquin quid faciũt qui baptizantur pro mor
tuis / ſi omnino mortui non reſurgunt vt quid et
baptizantur pro illis.



Universidad de Deusto Biblioteca

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



¶Quarta eſt de verbis eiuſdem apoſtoli ad gala. tertio. de hereditate filiorum dei per fidem repromiſſa/non per legem/quum dicitur. lex ordinata per angelos in manu mediatoris: mediator autem vnius non eſt/deus autem vnus eſt.

Circa prime queſtionis verba difficultas eſt. Tum propter proprietatẽ ſenſus/nõ enim proprie dictum videtur de filio dei q̄ predeſtinatus eſt filius dei: quantumcunq̄ ratione humane nature verum ſit predeſtinatum eſſe vt humana natura ſit vnita filio dei in perſona/ et homo ille ſcilicet ieſus filius beate virginis ſit predeſtinatus filius dei: quia ſignificatur ſuppoſitum illud quatenus eſt humanum ſuppoſitum: in propoſitis autem verbis illud relatiuum qui refert filiũ dei/ſicut primo loco antepoſitum idem relatiuum refert etiam filium dei quum dicitur. qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſecundũ carnem: ſtatim enim ſubditur/qui predeſtinatus eſt. ¶Tum propter varietatem textus apud latinos et grecos: et grecos inter ſe: dum latini codices communiter habẽt qui predeſtinatus: greci autem aliqui ſimiliter habẽt/ aliqui habent qui deſtinatus. ¶Tum propter pluralitatem expoſitionum. dum vel predeſtinatus eſt exponitur predeſtinatum eſt / vel declaratus eſt/ vel q̄ relatiuũ qui refert filiũ dauid ſeu hominis. Hec enim ambiguitati atteſtari videntur.



Ad hanc Queſtionẽ abſq̄ quocunq̄ preiudicio cuiuſuis expoſitionis reſpõdendo (quod ſubintelligi volo tam in precedẽtibus q̄ in ſequentibus totius huius operis) dicitur q̄ ſenſus proprius litere ex intentione apoſtoli et contextu ſumendus eſt.

¶Intentio apoſtoli clare apparet: intendit enim materiam euangelij ſummarie explicare. Quum enim propoſuiſſet ſe apoſtolum et ſegregatum in euangelium dei de filio ſuo: explanandam duxit propoſitam euangelij materiam/ſcilicet de filio ſuo: que ſcilicet euangeliũ aperiret de filio dei. Et ſubiunxit tria comprehendentia totam euangelicam materiam. Primum eſt/qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſecundum carnem. Secundum eſt/qui predeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum ieſu chriſti domini noſtri. Tertium eſt/ per quem accepimus gratiam et apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus. Oportebat enim vt qui ſe euangelij nuncium dicebat/explicaret quid euangelium contineret: vt ſic ad euangelicam epiſtolam prepararet legentium animos.

¶Contextus vero ſuadet ſpecialiter duo. Alterum eſt: vt relatiuum ter repetitum (ſcilicet qui factus/ qui predeſtinatus/per quem accepimus) referat ſemper illud primo propoſitum/ſcilicet filio ſuo. id eſt filio dei. Alterum eſt/vt ſimiliter diſtinguatur ordinetur et intelligatur li ſecundum carnẽ et li ſecundum ſpiritum: ita q̄ ſicut primo explicatur filius dei ſecundum carnem/ita deinde explicetur

Universidad de Deusto
Biblioteca



filius dei ſecundum ſpiritum. vt plana cōſtructio ⁊ planus ſenſus nec minus altus. ¶ Et vt plenꝰ intelligātur hec/ inchoemꝰ a primo. Declarat ita ꝙ myſteriū incarnatiōis quātū ad quinq;. ¶ Primo quantū ad perſonam incarnatā ꝙ eſt ipſe dei filiꝰ/ per relatiuum qui. ita ꝙ nec pater nec ſpiritusſanctus ſed filius dei referꝫ ꝑ li qui: vt patet in textu. ¶ Secundo quātum ad modum incarnationis: ꝙ non ex virili ſemine ſeu naturali more genitꝰ eſt ſecundū carnē. ſed ex v̄tute ſpūſſancti formatꝰ ſcd̄m carnē. ⁊ hoc ſignificat illud ꝑticipiū factꝰ. Ac ſi diceret. qui non naturali virtute ſecundū carnem genitus in materno vtero: ſed ab extrinſeca ſpiritus ſancti virtute factꝰ eſt. Simile habes ad gala. iiij. miſit deus filium ſuū factum ex muliere. ¶ Tertio quātū ad coniunctionē humanitatis cum deitate: ꝙ ſcilicet iuncta eſt deo vt organum cōiunctū. Duplex ſiquidem inuenitur organi genus. Quoddā coniunctum perſonaliter illi cuius eſt inſtrumētū: vt manus eſt organū quo operatur homo. Quoddam vero ſeparatum ſecundum eſſe ab illo cuiꝰ eſt inſtrumentum: vt ſerra qua homo ſecat. ſerra enī nihil eſt hominis ſecantis: ſed aliud eſſe habet/ alia hypoſtaſis eſt. Inter humanitatem itaq; chriſti ⁊ ceteras creaturas ſecundū coniunctionem ad deum hec eſt differentia. ꝙ relique creature ſe habent ad deum vt inſtrumenta ſeparata ita ꝙ deus vtitur illis vt inſtrumētis ſeparatis. Et ꝓpter hoc oīa tā naturalia ꝙ̄ voluntaria creaturarum opera deo attribuunꝫ in ſacra ſcriptura: oīa inquit yſaias opera noſtra operatus es domine. ⁊ iob. pelle et



carnibus veſtiſti me/ oſſibus ⁊ neruis compegiſti me ⁊c. Humanitas autē chriſti iuncta eſt deo vt organū coniunctum ſecundum eſſe perſonale: ita ꝙ deus per humanitatem aſſumptam operatur ſicut ego ꝑ linguā meam/ per manum meam ⁊c. Et hoc ſignificatur in textu per pronomen ei: dum dicitur/ qui factus eſt ei: proculdubio deo. filius quippe dei ſecūdum carnem factus eſt deo organum coniunctum: quia deitas per humanitatem chriſti operatur ſicut per ſibi cōiunctum propriū organum. iuxta illud. ſaluabit ſibi dextera eius et brachium ſanctum eius. Ad quod vt vere nouū ⁊ mirabile inuitauerat decātandum/ premittens cantate dn̄o canticū nouum/ quia mirabilia fecit: ſtatim enim ſubdit. ſaluauit ſibi dextera eius/ et ⁊ brachiū ſanctum eius. Ac ſi dixiſſet: quum deꝰ ſalutem multipliciter potuiſſet operari: hunc tamen modū elegit vt per propriā dexteram et proprium brachium (hoc eſt per organū coniunctū) operaretur ſalutem in myſterio incarnationis. vnde ⁊ ſubdit. notū fecit dominus ſalutare ſuū ⁊c. ¶ Quarto q̄tum ad humanam genealogiā: ꝙ ſcilicet ex ſemine dauid: pro quāto beata virgo ex qua carnem habuit/ filia fuit dauid per tot generatiōes intermedias. Ubi clauditur veritas ſcripturarum/ meſſiam ex ſemine dauid promittentium: ⁊ regia progenies: ⁊ quod peccator dauid tāta gloria donatus eſt a deo/ vt de ipſius ſemine chriſtus ꝓdiret/ ⁊ ipſi fieret talis tātaq; ꝓmiſſio. ¶ Quinto quātum ad humilitatē: dū explicat ꝙ ſecūdū carnē: que eſt infima pars humane nature.

Minus quippe mirum eſſet/ſi animam tantum humanam aſſumpſiſſet: quum ſit nature intellectualis ⁊ immortalis:ſed,vbi conſtat carnẽ quoq̃ aſſumpſiſſe/mirabile valde eſt:⁊ longe magis exinaniuit ſemetipſum carnẽ aſſumens. Factus ergo ſecundum carnem dum dicitur/nihil humane nature ſpretum monſtratur. Simile quid legis apud ioannem dũ dicit/verbum caro factum eſt/ propter dictam rationẽ. Eſt igitur litere ſenſus ac ordo:qui filius dei ſcd̃m carnem/factus ſuper naturaliter eſt ei deo vt cõiunctum organum ex ſemine dauid:pro quãto mater deſcendit ex progenie dauid.¶ Et aduerte q̃ predictarum quinq̃ cõditionum due locantur ex parte ſubiecti/ſcilicet qui ſecũdum carnem:⁊ tres ex parte predicati/ ſcilicet factus eſt ei ex ſemine dauid.

¶ Uenio nunc ad ſecundum de quo preſens eſt queſtio. Ubi aduerte qõ ex parte ſubiecti locantur quoq̃ duo/ſcilicet qui ſecundũ ſpiritum: ⁊ ex parte predicati locantur reliqua.ſciliꝫ predeſtinatus eſt filius dei in virtute ſanctificatiõis ex reſurrectione mortuorum,ieſu chriſti domini noſtri.ita q̃ ſicut prius locutus eſt de filio dei ſecundũ infimã nature humane partẽ/ſcilicet carnẽ: ſic nunc loquitur de eodẽ filio,dei ſcd̃m ſupremam nature humane partem.ſ. ſpm̃. Et intendit q̃ ſecũdum ſpiritum preordinatus eſt ſanctificatiuus ꝓpria authoritate ex tempore et cauſa propriẽ reſurrectiõis qua ſurrexit a mortuis:nõ qualiſcunq̃ ſed ſaluator chriſtus ac dominus noſter, Quamuis enim infiniti fuerint modi apud deum quibus ſan



ctificare mundum potuiſſet:eligit tamẽ et ſtatuit ab eterno vt virtus ſanctificatiua reſideret in ſpiritu qui eſt anima ieſu chriſti:pro quanto voluit vt omnis gratie plenitudo non ſolum vt in ſingulari ſed vt vniuerſali capite etiam celeſtis eccleſie in illa anima habitaret.ita tamẽ q̃ ſanctificator per eã non ſanctificaret quaſi, mendicato ſuffragio : ſed propria authoritate vt filius dei ex vna parte,/⁊ ex alia parte concauſa et tempus ſanctificationis eſſet reſurrectio,ipſius.de huiuſmodi enim cauſalitate ſcriptum eſt ad roman.iiij. reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.de tempore vero ioan.vij. nondum erat ſpiritus datus/quia ieſus nondum erat glorificatus.Et ſecundum hoc vt dictum eſt ex parte ſubiecti locantur due conditiones (perſona ſcilicet filij dei et ſpiritus aſſumptus) dum dicitur qui ſecundum ſpiritum.

¶ Poteſt et altius exponi ſpũs:hoc eſt ſpũale eſſe et opari nõ determinãdo ad eſſe ⁊ opari diuinum aut aſſumptũ: ſed cõiter/ſignificãdo per ſpm̃ eſſe ⁊ operari ſpirituale quod in chriſto fuit quodcũq̃ fuerit illud.Et ſic ex pte ſubiecti due ſimiliter conditiones locantur:ſcilicet perſona filij dei:⁊ eſſe ac operari ſpirituale quodcunq̃ in ipſo quomodolibet eſt.ita q̃ ſicut primo locutus eſt de filio dei ſecundum eſſe carnale/dicendo qui ſecundum carnem:ſic nunc loquitur de eodem filio dei ſecundũ eſſe ſpirituale/dicens qui ſecundum ſpiritum.

¶ Et licet ex parte ſubiecti ſit,iſta diuerſitas expoſitionis:ex parte tamen predicati nõ variatur ſenſus:ſed ponitur primo res ad quam predeſtinat⁹

Universidad de Deusto Biblioteca



eſt/ſcilicet filius dei in virtute ſanctificationis. ita
quod nõ intelligitur hoc ſimplex ſcilicet filius dei
ſed totum compoſitum ſcilicet filius dei in virtute
ſanctificationis: vt res ad quam predeſtinatus di-
citur filius dei ſecundum ſpiritum: ſicut ſi diceretur
tur ꝙ homo ſecundum intellectum preordinatus
eſt/vt ſit homo ſtudioſus/vt ſit homo beatus/ et
ſimilia.

¶ Numerantur autem in huiuſmodi verbis my-
ſteria tredecim. Duo ex hoc quod li predeſtinatus
apponit ad li ꝗ ſecundũ ſpm̃. Ex ipſa ſiquidẽ diuer
ſitate verborum dum qui ſecũdum carnem dicitur
factus/eſt ꝛc. et qui ſecundum ſpiritum predeſti-
natus ꝛc. dicitur: intelligim̃ ꝙ precipuum ꝛ pri-
mum in myſterio incarnationis eſt eſſe ſpirituale:
ex hoc enim quod apponitur predeſtinatio ad li ſe
cundum denotatur quod ordinatio diuina princi
paliter tendebat ad ſpiritum: hoc enim ipſum pre
deſtinationis nomen ſecum fert. Et merito: tum
quia ſpiritus longe preſtantior eſt carne/ꝛ eſſe ſpi
rituale longe excellentius eſſe carnali. Tum quia
caro aſſumpta a verbo dei eſt mediante ſpiritu: pro
quanto ratio ꝙ caro aſſumpta fuerit: fuit ſpiritus:
hoc eſt ideo caro aſſũpta eſt quia erat materia ſpi-
ritualis anime: ꝛ non econuerſo.

¶ Rurſus ex hoc ꝙ qui ſecundum ſpiritum prede-
ſtinatus dicitur ad totum aggregatum/ſcilicet vt
ſit filius dei in virtute ſanctificationis: intelligim̃
ad partem ſpiritus ſpectare principaliter ſanctifi-
care. non quod caro chriſti expers eſſet ſanctifica-
tiue virtutis (quum tactu carnis ſue ſanctificaue



rit aquas pro baptiſmo/et tactu manus reddide-
rit ſanitatem) ſed quoniam caro chriſti hoc ipſum
ſecũdario ꝛ ex ſpirituali virtute habebat: ſpiritus
autem principaliter et ex proprio genere/ſcilicet
eſſe ſpirituali ſortitus eſt.

¶ Tertium myſterium (ſcilicet ꝙ propria authorita
te ſanctificaret) aperte monſtratur per primã par
tem aggregati predicati/ſcilicet filius dei: ex hoc
enim ꝙ predeſtinatus eſt filius dei in virtute ſan-
ctificandi: clare patet ꝙ predeſtinatus eſt vt ſancti
ficet propria auctoritate. Filius quippe dei propa
authoritate que eſt ſua deitas ſanctificat/non mi
nus ꝙ pater: quum ſit vnius et eiuſdem nature et
poteſtatis cum patre.

¶ Quartum myſterium eſt plenitudo ſanctitatis.
ex hoc enim quod non dicitur ſanctus: ſed in vir-
tute ſanctificationis: aperitur talis tantaqꝫ ſancti
tas/que non ſolum ipſum repleat in ſe/ſed virtu-
tem in eo ponat efficiendi ſanctitatem in alijs: fuit
enim chriſtus plenus gratie et veritatis non ſo-
lum in ſeipſo: ſed de plenitudine eius omnes ac-
cepimus.

¶ Quintum myſterium eſt/vniuerſalitas ſanctifi-
cationis. Ex hoc namqꝫ quod non dicit ſanctifica-
tionis horum vel illorum/nec animarum tantum
aut corporum: nec rationalium tantum aut irra-
tionalium: monſtratur quod in eo eſt virtus ſan-
ctificationis omnium. Et vere ſic eſt: quo-
niam vt dicitur ad epheſeos primo. Deus propo
ſuit in diſpenſatiõe plenitudinis temporũ/inſtau
rare omnia in chriſto que in celis et q̃ in terra

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſunt in ipſo. Rurſus ex eo quod non dicitur ſancti
ficationis talis (puta ſecundum gratiam prophe
tie/aut ſecundum qualemcunqꝫ aliam ſpecialem
gratiam) ſed ſimpliciter ⁊ abſolute dicitur in vir
tute ſanctificatiōis: aperitur quod in eo eſt virtus
ſanctificatiua ſecundum omnem ſpeciem ſanctifi
tis. ita quod huiuſmodi virt⁹ ſanctificatiua eſt vni
uerſalis ⁊ ſecundum omnes ſanctificationis ſpe
cies/et ſecundum omnia ſanctificabilia: eſt ſiqui
dem caput ſuper omnem eccleſiam tam terreſtrē/
quam celeſtem/⁊ hominum/⁊ angelorum: vt dici
tur ad ephe. j. et colo. ij.

¶ Sextum myſterium eſt tempus quo incepit ſan
ctificatio hec: dum dicitur ex reſurrectione mor
tuorum: hoc eſt ex reſurrectione nō qualicunqꝫ
ſed a mortuis (genitiuus enim pro ablatiuo a gre
cis ponitur) iuxta ſupra inductum verbum ioan.
nondum erat ſpiritus datus/quia ieſus nondum
erat glorificatus. In cuius ſignum/primo die re
ſurrectionis dedit ſpiritum ſanctum diſcipulis in
ſufflando in eos dicens/accipite ſpiritum ſanctū:
et dedit poteſtatem remittendi peccata. Nec pro
pterea intelligas ante reſurrectionem chriſti de
fuiſſe virtutem ſanctificandi aut ſanctificationem
ipſam (q̄ſi prius ſanctificatiōis opera multa do
minus effecerat) ſed quia principaliter/manife
ſte ⁊ vniuerſaliter preordinata eſt ſanctificatio ex
ercenda a tempore reſurrectionis. Principaliter
quidem: quia ſanctificationes priores erant quaſi
diſpoſitiones ſeu vie ad ſanctificationem vniuer
ſalem futuram poſt reſurrectionem. In cuius ſi
gnum/



gnum/etiam ipſi apoſtoli quamuis mundi ex ſer
mone chriſti/adhuc ceci erant non intelligentes
ſcripturas: ſed in die reſurrectiōis aperuit illis do
minus ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Mani
feſte vero: quia tunc manifeſta eſt virtus chriſti ex
gloria reſurrectionis. Uniuerſaliter autem: quia
in omnes gentes ex tunc ſalus predicanda ⁊ con
ferenda ordinata eſt: vt patet in euangelio.

¶ Septimum myſterium eſt concauſa ſanctificatio
nis: ꝙ ſcilicet reſurrectio ipſius ordinata eſt cōcau
ſa ſanctificationis: vt. ſ. filius dei ⁊ propria autho
ritate et miniſterio proprie reſurrectionis ſancti
ficaret. nam ſicut mortem noſtrā moriendo deſtru
xit/ita vitam reſurgendo reparauit. Eſt ſiquidē
ipſius reſurrectio cauſa vite noſtre. tum anime: q2
ſurrexit propter iuſtificationem noſtram. tum cor
poris: quia ſaluatorem expectamus qui reforma
bit corpus humilitatis noſtre configuratum cor
pori claritatis ſue. Dum ergo dixit ex reſurrectio
ne mortuorum/duo notauit myſteria: temporis
ſcilicet quo ſanctificatio quaſi maturus fruct⁹ ha
beretur: ⁊ concauſe/qua reſurrectio in dignitatē
concauſandi ſanctificationem eleuata eſt.

¶ Octauum myſterium eſt integritas ſpiritualis
eſſe. quandoquidem ex reſurrectiōe effectū eſt cor
pus chriſti ſpirituale: iuxta apoſtoli ſententiam. j.
ad corin. xv. habuitqꝫ extunc ſaluator eſſe ſpiritua
le integrum: hoc eſt ſecundū omnes nature ſuum
per partes. Manifeſtaturqꝫ hinc/ꝙ filius dei ſecū
dum ſpiritum redundantē iam ex reſurrectione in
corpus ſecundum eſſe ſpirituale conſummatū ex

Ee

Universidad de Deusto Biblioteca



reſurrectione/pꝛeoꝛdinat⁹ ſit ſctificatoꝛ. Dicēs itaq; ex reſurrectiōe moꝛtuoꝛum/tria dixit myſteria:tempoꝛis quo quaſi fructus maturus ſanctificatio haberetur: cauſalitatis /qua in dignitatem concauſandi ſanctificationem reſurrectio eleuata eſt:⁊ integritatis qua conſummatum eſt eſſe ſecūdum ſpiritum per redundantiam ad coꝛpus.

¶ Ex his tribus iunctis pꝛioꝛibus cōſurgit myſterium nouum:ꝙ ſanctificare conuenit chꝛiſto ex diuina ab eterno pꝛedeſtinatione ſecundum vtranq; naturam:diuinam ſcilicet ⁊ humanam non qualēcunq; ſed glorioſam.vt vere impletam cognoſcamus cauſam ab euangeliſta aſſignatã quare nondum erat ſpiritus datus quia ieſus nondum erat gloꝛificatus:hoc eſt ſiquidem quod hic docet apoſtolus/dicens ꝙ pꝛedeſtinatus eſt filius dei ſanctificatoꝛ ex reſurrectione a moꝛtuis:qua pꝛoculdubio gloꝛificatus eſt. Spectāt reliqua quatuoꝛ myſteria ad qualitatem reſurgentis ad ſanctificandum.non enim poſita ſunt hec verba/ieſu chꝛiſti domini noſtri/ad quaſi circūloquendum reuerenter illum qui reſurrexit:ſed quum facile per pꝛonomen ſubſtantie potuiſſet dicere ex reſurrectiōe ei⁹ ſi tantū ſignificare voluiſſet de cuius reſurrectione loquitur:ſicut per verbū moꝛtuoꝝ ſignificauit de qua reſurrectiōe loquebatur:elegit apoſtolus tot titulos apponere/ut ⁊ quis et qualis ex reſurrectione pꝛeparatus ſit ſanctificatoꝛ monſtraret.

¶ Decimū igitur myſteriū mōſtratur per nomen ieſu: quo nō ſolū quis monſtratur/pro ꝗ̃to eſt nomen pꝛopꝛium:ſed qualis pꝛo quanto a ſaluatione impoſitum illi eſt:vt dixit angelus ad ioſeph. Surrexit quippe ad ſanctificandū ieſus/ hoc eſt ſaluatoꝛ.quum deuicta moꝛte vniuerſum genus humanum ſaluauit:vitam illius inchoãdo in pꝛopꝛia vita coꝛpoꝛali/ immoꝛtali/impaſſibili ⁊c. vere etenī impletum eſt illud ps. Saluauit ſibi dextera eius: quoniam ipſe dei filius per ſuā animā quaſi iunctā dexteram ſaluauit ſibiipſi coꝛpus pꝛopꝛium viuificando/et dotibus quatuoꝛ ab apoſtolo explicatis.j.ad coꝛin.xv.gloꝛificando.⁊ vere ſi chꝛiſtus reſurrexit/⁊ nos reſurgemus.vt ibidē dicitur. ¶ Undecimū myſteriū regie dignitatis monſtratur per nomen chꝛiſti. Vere ſiquidem peruenit in regionē valde diſtantē( vtpote in regionem gloꝛie eterne) accipere ſibi regnū quū vnctus eſt vnctione gloꝛie ſuper omnes reges:opoꝛtuit ſiquidem chꝛiſtū pati hec( ſcilicet iniurias ⁊ moꝛtem ) ⁊ ita intrare reſurgendo in gloꝛiam ſuam. Incepiſſe ergo regnū chꝛiſti ex ſua reſurrectiōe mōſtrat apoſtolus: quū pꝛedeſtinatū ipſum dicit ſanctificatoꝛem ex reſurrectione qua ſurrexit chꝛiſtus:ſicut etiam ex tunc incepit executio conſummate ſaluationis quū ſurrexit ieſus. ¶ Tunc quoq; incepiſſe dominum eius duodecimum myſterium aperit dicendo domini. Qui enim pꝛius venerat miniſtrare/ſubijci et mori/ſurrexit dominus/dicens. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo et in terra. Non quod pꝛius non fuerit dominus ( quum vere dixerit vos vocatis me magiſter et domine/ et bene dicitis:

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſum etenim) ſed quia prius ſecundum humani cor
poris officia non venerat dominium exercere ſed
ſubiectionē / ſurrexit omni ex parte dominus: quū
impletur illud. dominus regnauit decorem glorie
corporalis indutus eſt.
¶ Noſter demum myſterio vltimo dicitur: non qđ
aliquis aut aliquid eximatur ab illi⁹ dominio (de
quo ſcriptū eſt. omnia ſubieciſti ſub pedib⁹ eius)
ſed quia peculiari modo dominus noſter / hoc eſt
fidelium / eſt: tum quia dominatur in nobis qui vo
luntates noſtras ſubijcimus illius mandatis: tum
quia cultu fidei / ſpei ac charitatis gaudemus atq̃
gloriamur in et de ipſius dominio. Fructus ergo
reſurrectionis dominice per li noſter notatur: vt
non quaſi inanis aut in tempus longinquum fru-
ctificaturus ſurrexit: ſed ſurrexit dominus noſter /
vt ſtatim nos habuerit / vt nunq̃ nos omnino de-
ſeruerit. Predeſtinatus eſt ergo filius dei ſecun-
dum ſpiritum: vt ſit filius dei in virtute ſanctifica
tionis ex reſurrectione qua a mortuis ſurrexit ie-
ſus chriſtus domin⁹ noſter. ¶ Perſpice lector in
duabus explanatis ſententijs collectam ab apo-
ſtolo materiam euangelij de filio dei: dum τ trini-
tatis τ incarnationis ac incarnati verbi tam ſecun
dum humilitatis q̃ glorie ſtatum / τ ſanctificatiue
virtutis ac per hoc ſacramentorum myſteria pro-
poſuit. Et ne quid remaneret intactum: ſubiungē
do tertium relatiuum / totam complexus eſt euan
gelij materiam. Nam vbi de capite collegerat / ad
eccleſiam ipſius chriſti corpus deſcendit: opor-
tet enim euangelizare quoq̃ vnā ſanctā in chriſto



eccleſiam / vt patet in ſymbolo. ¶ Quinq̃ autem
(vt breuiter perſtringamus) de chriſti eccleſia p-
ponit. Primo coniunctionem cum chriſto: nō qua
litercunq̃ ſed dependendo ab ipſo / dicēs per quē:
iungitur enim eccleſia chriſto vt capiti: τ ab ipſo
pendet vt a capite pendet corporis vita. Secundo
dona chriſti in eccleſia. τ communia toti eccleſie / di
cens accepimus gratiam: τ dona quibus diuerſa
membra ſeu gradus diuerſi ſunt in eccleſia / dicens
τ apoſtolatum. in hoc enim primo gradu reliqui
ſubintelliguntur. Tertio finem intrinſecū propter
quem diſtribuuntur gradus ac dona in eccleſia: di
cens ad obediendum fidei. Ubi fides non que ſi-
ne operibus mortua eſt / ſed formata que per dile
ctionem operatur / poſita eſt finis. nam obediētia
fidei non eſt vbi fides mortua eſt: voluntate enim
renuente obedire fidei que diligendum deum ſup
omnia monſtrat / non mouetur homo ad obedien
dum fidei. Rurſus vnitas fidei monſtratur ex ſin-
gulari numero: τ non vt vnuſquiſq̃ in ſua fide ſal-
uetur: ſed obediatur fidei vni. Quarto indiuiſio-
nem vniuerſalis aperit. Ex eo namq̃ q̃ non in vna
tantum natione ſed in omnibus gentibus ad hoc
vnum / vt ſcilicet obediant fidei vni / gratiam vnam
τ apoſtolatum vnum accepimus: conſequens eſt
vt vna atq̃ indiuidua ſit vniuerſalis eccleſia chriſti
in omnibus gentibus iuxta verbum domini / fiet
vnum ouile τ vnus paſtor. Quinto finem extrinſe
cam / pro nomine eius: tota enim eccleſia ordina-
tur ad gloriam domini ieſu chriſti. nec ſunt apoſto
li / doctores / protectores τc. pro gloria propria: ſʒ

Universidad de Deusto
Biblioteca



pro gloria filij dei. Habes ergo ſummarie ex verbis apoſtoli totam euāgelij materiam: quam intēdebat romanis proponere.

Ad ea Que tanq̄ difficultantia materiam inducta in principio ſunt/non eſt confutando ſed explanando ſummarie dicēdum/ꝙ licet non admittatur ꝙ qui referat filium dei abſolute: vt predeſtinatus ſit filius dei abſolute: admittitur tamen/vt qui referat filium dei factū ſecundum carnem ex ſemine dauid: hoc eſt filium dei vt eſt filius hominis. Nec eſt inconueniens vt illa triplicitas relatiui ſic ordinetur vt ſemper creſcat/referēdo immediate antecedens in quo etiam prius antecedens clauditur/hoc eſt vt primum qui referat filium dei/ſecundum qui referat eundem factum ſecundum carnem/tertium vero ꝓ quē referat eūdem non ſolum factum ſecundum carnem/ſed predeſtinatum ⁊c. Nec inconuenit diuerſas eundem textum habere expoſitiones etiam ſecundum ſenſum literalem: quoniam author ſacre ſcripture eſt ſpiritusſanctus: qui plures ſimul ſenſus intendere poteſt.

¶ Unde autem varietas ipſius textus emerſerit/non apparet. Quod enim ex tranſlatione non contigerit manifeſtat diuerſitas textus etiā apud grecos. Nam apud vulgarium legitur predeſtinatus/et apud originem deſtinatus. Vtcunq̄ ſit/textus verificatur vtroq̄ modo: vt patet ex dictis. Hec de prima queſtione.



Circa Secundam queſtionem de verbis ioan. qui non eſt ex ſanguinibus ⁊c. ambiguitas occurrit primo an vna ⁊ eadem generatio negetur per tres negationes/non ex ſanguinibus/neq̄ ex voluntate carnis/neq̄ ex volūtate viri: an ſingulis negationibus reſpondeant ſingule generationes. Nam ſi vna eademq̄ generatio per omnes negatur/inutilis videtur multiplicatio tot cauſarū: ad quid enī opus eſt miſcere in euangelio naturalē hominum natiuitatē prouenire non ſolum ex ſanguinibꝰ/ſ3 etiam ex volūtate carnis ⁊ ex voluntate viri. Si vero tres generatiōis ſpecies deſcripte dicūtur: falſū apparet/ex eo ꝙ generatio ex volūtate carnis non eſt diuerſa a generatione ex ſanguinibus: concupiſcentia quippe carnis nō aliter generat filios ꝙ̄ per cōmixtionē carnalem maris ⁊ femino. ¶ Secundo an vna eademq̄ voluntas ſit voluntas carnis ⁊ voluntas viri. Nā ſi locutio iſta propria eſt: oportet ex vna parte vnam fateri volūtatem/quū non inueniantur in toto genere humaao diuerſe ſpecies volūtatū (ꝙuis enim animalis appetitus multiplicetur in plures ſpecies/volūtas tamē nō multiplicat̄) et ex altera ꝑte nullā dicere volūtatē carnis: q2 volūtas in ſola rōne ē: ⁊ appetitꝰ ē rōnalis/⁊ nō carnalis ſeu ſenſibilis. Si xp̄o nō curandū credit̄ de ꝓprietate noīm/et due volūtates ꝗ̄ſi duo appetitꝰ diſtincte dn̄r (rōnalis .ſ. q̄ ꝓprie vocat̄ voluntas: ⁊ ſenſibilis/q̄ appellatus eſt volūtas carnis) tunc ſnīa teneri potuit/ſ3 lingua cohibēda erat: ꝙ

Universidad de Deusto Biblioteca



procul ab euangeliſta eſſe debet. ¶ Tertio an filij
dei per adoptionem dicantur proprie nati ex deo:
an ſecundum cõmunem tantum vſum quo in hu-
manis adoptatus in filium dicitur genitus ab illo
per adoptionem: qui etiam in hac litera dicitur ge-
nitus ex voluntate viri. Quod enim proprie intelli-
gi debeat: ex eo videtur ꝙ niſi ꝓprie eſſent ex deo
nati/non eſſent proprie filij dei. Quod vero cõmu-
niter accipiendum ſit: ex eo apparet ꝙ voluntarie
genuit nos/dando nobis ſpiritum adoptionis fi-
liorum in quo clamamus abba pater.

**Ad hanc** Queſtionẽ dicitur ꝙ ioannes euã-
geliſta triplicem ac per hoc omnẽ
in humanis generationis modum complexus eſt.
Primum quo vita naturalis acquiritur/⁊ naſcun-
tur filij hominũ ex ſanguinibus viri et mulieris.
Secundũ quo vita moralis cõſona carni/in nobis
fit ex volũtate carnis: hoc eſt ex electione eorum q̃
conſonant carni. Et hĩc naſcuntur filij huius ſecu-
li: quorum vita eſt circa aut neceſſaria aut vtilia aut
delectabilia ſecundũ carnem. Tertium quo vita ex-
cellens conſona rationi in nobis fit ex voluntate vi-
ri: hoc eſt ex dilectione eorum que ſola ratio ſeu vi-
lis animus emulanda dictat. Et hinc naſcuntur
filij huius quoq; ſeculi qui excellentes ſunt: inter
quos quidam heroes vocantur. Ita ꝙ intendit
euangeliſta filios dei neq; ex natura ſimpliciter ne-
q; ex natura adiuncta voluntate carnis (hoc eſt ſtu-
dio ad quecunq; ſpectant ad carnalia) neq; ex na-
tura adiuncta voluntate viri (hoc eſt ſtudio officio-
ſo ad quecunq; ſunt ⁊ eſſe poſſunt virilis perfectio-



nis delectationis aut glorie) naſci aut fieri. Et quoniã
ad aliquod horum trium ſpectat oĩs generatio ho-
minum ſecundũ quodcũq; eſſe poſſibile/ſiue ex ce-
lo ſiue ex quacunq; cauſa naturali aut voluntaria
(vt patet diſcurrendo et applicando) ideo hanc tri-
plicem generationem negando/aperuit euange-
geliſta aliunde/querendam eſſe generationem fi-
liorum dei q̃ ex naturalibus aut voluntarijs cau-
ſis creatis: et ſtatim manifeſtauit quartum genera-
tionis modum/dicens ſed ex deo nati ſunt. Nec di-
xit ſed a deo facti ſunt (vt cetere creature/quas di-
xit ⁊ facte ſunt) ſed dixit/ſed ex deo nati ſũt: docẽs
filios dei tali modo procedere a deo vt mereantur
dici nati ex deo: tũ propter naturalitatẽ in modo
producendi: tum propter connatularitatem rei ꝓ-
ducte. ¶ Que quoniam altioris ſpeculatiõis ſunt
(vtpote a ioanne euangeliſta dicta) oportet altiꝰ
inchoãdo aduertere bona creata diſtigui in duos
ordines. Unus eſt ordo nature: alter eſt ordo gra-
tie. In primo ordine ſunt omnes ſubſtantie crea-
te/⁊ proprietates/actiones/paſſiones/⁊ quecũq;
quomodolibet eis naturaliter conueniunt. In ſe-
cundo autem quantum ad propoſitum ſpectat/in-
ueniuntur quedã res que ita ſunt de ordine gra-
tie vt ſunt de genere dei: vt charitas ⁊ lumen glo-
rie. Bona creata primi ordinis ſe habẽt ad deum
vt artificiata ad artificem: que ſunt aliena a natura
artificis: vt domus/arca/nauis/⁊ alia huiuſmodi i-
teſtantur relata ad ſuos artifices. Charitas autẽ
et lumen lgorie que ſupremum tenent locum in ſe-
cundo ordine/ſe habent ad deum vt naturalia ad

Universidad de Deusto Biblioteca



ad cui ſunt connaturalia/vt ea que ſunt ſecundum
naturã ad naturã: ſicut calere ad ignem/ſicut mo
ueri deorſum ad graue. Quod ex eo cognoſcere po
tes: quia nihil horum poteſt eſſe natura aut conna
turale alicuius creature create aut creabilis. Non
poteſt ſiquidem fieri aliqua creatura que ſit ſuapte
natura beata beatitudine illa que conſiſtit in frui
tione promiſſa nobis in celeſti patria: vt ſit ſuapte
natura amans deũ amore charitatis/quo diſtin
guitur filij dei a filijs perditionis: quoniam ſi ali
quid horum poſſet fieri/poſſet eſſe aliqua creatu
ra non indigens gratia dei: ſed ex proprijs ſue na
ture haberet qđ non poſſet peccare: ⁊ ſeipſam ſal
uaret: ſcriptum eſt enim .j. ioan. iij. Omnis qui na
tus eſt ex deo peccatum non facit: quoniam ſemen
ipſius in eo manet: ⁊ non poteſt peccare/quoniam
ex deo natus eſt. ⁊ rurſus ca. v. omnis qui natꝰ eſt
ex deo non peccat: ſed generatio dei cõſeruat eum.
¶ Quia igitur propriũ eſt deo eſſe naturaliter bea
tum dicta beatitudine: ⁊ amare naturaliter ipſum
deum ſic ſcilicet dicta charitate: conſequens eſt vt
intelligamus bona creata quibus conſtituuntur
filij dei hic quidem inchoatiue per gratiam chari
tatis: in patria vero complete per conſummatam
gratiam luminis glorie/eſſe de genere diuino/et
deum ſe habere ad illa vt ad cognata vt ad conna
turalia vt ad ſecundum naturam ipſius dei: ⁊ pro
pterea relique creature facte dicuntur: filij autem
dei/nati dicuntur. Iure ſiquidem naſci dicuntur
qui ad connaturalia ꝑducuntur/qui ad ea que ſũt
ſcđm dei naturam eleuãtur: natiuitatis ſiquidem



tam ratio ꝙ nomen ad naturã ſpectat. Si itaqꝫ ex
termino conſideres productionẽ filioꝝ dei/natos
ex deo intelliges: qꝛ ſunt cognati ipſi ſummo deo.
Si modũ quoqꝫ inſpicias/idem inuenies. Dupli
citer ſiquidẽ aliquid a volũtate efficitur. Uno mo
do abſolute: vt quñ eligimus aliquid exterius ope
rari: vt mederi/edificare/⁊c. Alio modo ex affectio
ne: vt quñ ex odio vel amore mouemur ad aliquid.
Quod ꝓcedit exteriꝰ volũtarie/dicitur fieri a vo
luntate. Quod ꝓcedit in nobiſipſis a volũtate af
fecta/dicitur naſci ex volũtate. quaſi naturaliter il
lud ꝓueniat: quia volũtas affecta per modũ natu
re opaꝝ: habitꝰ enim inclinat per modũ nature: ⁊
q̇ſi intrinſeci principij ration induit volũtas affe
cta quãdo ex affecta volũtate ſimus tales: puta mi
tes/aut iuſti/aut auari ⁊c. Unde ioannes euange
liſta eadẽ prepoſitiõe ſcilicet ex/⁊ eodẽ participio
ſcilicet nati vſus eſt in ſingulis particulis dicens.
nõ ex ſanguinibus/nõ ex volũtate carnis/non ex
voluntate viri/ſed ex deo nati ſunt: nã li nati ſubin
telligiť in ꝓcedẽtibꝰ Ac ſi replicaſſet. q̃ nõ ex ſãgui
nibꝰ nati/neqꝫ ex volũtate carnis nati/neqꝫ ex vo
lũtate viri nati/ſꝫ ex deo nati ſunt. Filij ſiqdẽ hoiꝫ
nati ſũt in eẽ nature ex ſanguibꝰ: ⁊ filij huiꝰ ſcli cõi
ter nati ſũt in eſſe morali ex volũtate carnis: hoc eſt
ex volũtate affecta carni. ⁊ ſilr filij huiꝰ ſcli egregie
viteř nati ſunt ex volũtate viri: hoc eſt ex volũtate
affecta virilitati. ¶ Quorſuꝫ hec: vt ꝑcipias filios
dei ſilr ex deo natos. Volũtas ſiqdẽ dei oĩm q̃ʒli
bet creatoꝝ cã eſt: ſed reliquas creaturas ꝑducit
q̃ſi volũtate artificis. filios xp̃o adoptiõis ꝑducit

quaſi voliſitate affecta: vtpote ad cognatos nature
diuine/ ad ea q̄ ſunt ſecundū naturas ipſius dei: na
turaliter afficimur ad connaturalia nobis. Et ex ea
dem radice profertur ꝙ quaſi principij intrinſeci
rationem induit in producendo filios dei: pro quā
to tantum ſapit principij naturalis. Ex vtraq̄ igi
tur parte (hoc eſt ex parte termini ⁊ ex parte prin
cipij) quantū ad modum producendi tantum na
turalitatis diuine inuenitur in productione filio
rum dei: vt ioannes euangeliſta ad hec aperienda
dixerit/ ex deo nati ſunt: vt li ex ⁊ li nati vtranq̄ na
turalitatem indicarent. ¶ Et ne hec ficta putes: au
di petrum apoſtolū primo cap. ij. epiſtole. maxima
et precioſa promiſſa donauit nobis/ vt per hoc ef
ficiamini diuine nature conſortes. Audi paulum
ad ro. viij. quos preſciuit ⁊ predeſtinauit cōformes
fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus in
multis fratribus. vbi vides filios dei in conſor
tium diuine nature eleuatos: ⁊ ad cognationē tan
tam cum deo ſuos filios predeſtinatos vt fratres
ſint primogeniti filij omnino naturalis veriq̄ dei
illum ſiquidem deus natura genuit verum deum:
nos autē voluntarie genuit vt ſimus primitie crea
turarum: vt dicitur iaco. j. ¶ Uide demum ꝙ ioan
nes euangeliſta tanti fecit myſterium per hec ver
ba prolatuꝫ de filijs dei: vt nec hoc impoſſibile cre
deretur/ attulit pro teſtimonio id quod eſt maxi
me ſupermirabile/ ſcilicet myſterium incarnatio
nis: ſubdit enim: et verbum caro factuꝫ eſt. Tanq̄
diceret: vt credas homies naſci filios dei/ ſcito de
um eſſe factum carnem: vt habes in gloſa. Sunt



igitur in ſupremo totius vniuerſi gradu locati fi
lij dei: qui non ex ſanguinibus: neq̄ ex voluntate
affecta carni: neq̄ ex voluntate affecta virilitati/ ſꝫ
ex deo nati ſunt.

**Ad queſita** autem dubitādo ordinate re
ſpondendo dicitur. Et ad pri
mum quidē ꝙ tres generationes excluduntur per
hanc triplicem negationem: ⁊ ꝙ generatio ex vo
luntate carnis/ non appellatur hic generatio qua
fiunt homines ſecundū eſſe nature: ſed qua fiunt
ſecundū eſſe morale ex voluntate affecta huiuſmo
di carnalibus: quales cōmuniter emergūt filij hu
ius ſeculi ex huiuſmodi affectibus/ alij prudentes
rectores/ alij negociatores/ ⁊ id genus reliqui.
¶ Ad ſecundū vero ꝙ hic eſt ſermo de voluntate
proprie: ⁊ vna ponitur voluntas ſecundum ſubſtā
tiam. due autem ſecundū affectum. Uoluntas ſiq̄
dem vna et eadem ſecundū ſe eſt que eſt carnis et
viri: ſed geminatur propter diuerſas affectiones
altera ad ea que virili excellētie ſunt: ⁊ vocatur vo
lūtas viri: altera ad ea q̄ carnalis neceſſitatis vtili
tatis aut delectationis ſunt: ⁊ vocatur volūtas car
nis. ¶ Ad tertium autem/ ꝙ ſermo euangeliſte eſt
de natiuitate proprie: quantum tamē ſuffert ſubie
cta materia. Ut enim ex dictis aliqualis coniectu
ra haberi poteſt/ non fiunt ⁊ ſunt filij dei adoptiui
vt ſunt et fiunt filij adoptiui homi: ſed eleuātur in
cōſortiū ⁊ cognationē diuine nature. Et ppterea
ioānes euangeliſta quū dixiſſet/ dedit eis poteſta
tem filios dei fieri/ curauit tāto ſtudio aperire mo
dum quo fiunt filij dei, ⁊ poſt tot negatiuas mani

Universidad de Deusto Biblioteca



feſtauit modum/ſcilicet ꝙ ex deo nati ſunt. Dixi
autem notanter poſſe coniecturā nunc haberi: q̄
idem ioānes dicit. nunc filij dei ſumus/et nondum
apparuit quid erimus: quum apparuerit ſimiles
deo erimus. Hec de ſecunda queſtione.

Circa Tertiam queſtionē de verbis
apoſtoli (quid faciunt qui
baptizantur pro mortuis: ſi omnino
mortui non reſurgūt/et quid ⁊ bapti
zantur pro illis) difficultas occurrit/
ex eo ꝙ ſermo iſte eſt vel de reprehēſibili vel de lau
dabili baptiſmo Nā ſi de vituperabili baptiſmo/
quo quidā for e baptizabantur ꝓ conſanguineis de
functis ſine baptiſmo (ita ꝙ ſemel baptizabanť ꝓ
ſalute propria/⁊ iterum baptizabantur pro proxi
mis ſuis defunctis ſine baptiſmo: erronee putan
tes baptizari poſſe vnū pro alio) ſi de hoc inquam
erroneo baptiſmo loquitur apoſtolus: infirmum
valde argumentū ad perſuadendā reſurrectionē
mortuorum aſſumit: dū ex fide ⁊ ſpe quam habent
de reſurrectione mortuoꝝ iſti qui baptizantur pro
proximis defunctis/arguit ꝙ mortui reſurgent.
Nam facillime ⁊ in promptu eſt confutatio huius
argumenti/reſpondendo ꝙ quemadmoduꝫ factū
iſtorum eſt vanum ita et fides ac ſpes eorum. ita ꝙ
argumentum hoc ſumi ex hominum fide ac ſpe va
na/non oportet aliunde monſtrare ꝙ ex proprio
facto quo baptizātur ꝓ alijs: et hoc eſt ꝙ inutiliter
⁊ vane baptizanť ꝓ alijs: argumētū habeť ꝙ vana
eſt fides ⁊ ſpes quā habēt de reſurrectiōe mortuo
rum. ¶ Si vero eſt ſermo de laudabili baptiſmo



apparet ꝙ oportet incurrere alterū duorū incōue
nientiū. ſ. vel equiuocationē/vel improprietatē. Naꝫ
ſi exponitur ꝓ mortuis. i. opib⁹ mortuis/q̄ ſūt pecca
ta (iuxta illud ad heb. ix. ſāguis chriſti emundabit
ab operibus mortuis) incurritur equiuocatio: nā
in alia ſignificatione ſumitur quāꝫ primo dicitur/
qui baptizanť ꝓ mortuis: ⁊ in alia ſumitur ſtatim
ſubdendo/ſi mortui non reſurgunt: vt patet. Et ni
hilominus quale argumentū hinc ſumpſit apoſto
lus quaſi penes ſimilitudinē nois ex operib⁹ mor
tuis ad homines mortuos/et reſurrectiōe per ba
ptiſmū ab operibus mortuis ad reſurrectionem a
naturali morte ꝓcedēs. Si autē exponitur ꝓ mor
tuis/hoc eſt ꝓfitēdo fidem ac ſpem de reſurrectio
ne mortuorum (pro quanto hi qui baptizabantur
ꝓfitebanꝫ integrū fidei ſymbolū/in quo manifeſte
dicit credo carnis reſurrectionē ⁊c. ita ꝙ ꝓ tāto di
ctū eſt ꝙ baptizantur ꝓ mortuis: ꝓ quāto baptizā
tur ꝓfitēdo reſurrectionē mortuoꝝ) ſi ſic inquam
exponitur: incurriť improprietas ſermonis. nā im
proprie dicunť baptizari pro mortuis/quia bapti
zantur profitēdo reſurrectionē mortuorum. Simi
liter poſſet dici baptizantur pro trinitate. quia ba
ptizantur profitendo trinitatem.

Ad hanc Queſtionē rñdetur/ꝙ quū apl'us
non arguat ex fide aut ſpe aut ex
verbis/ſed ex facto (nā dicit quid faciunt/qui ba
ptizantur pro mortuis. ⁊ exponens illud factum
eſſe baptizari pro mortuis/ſubdit: ſi mortui non
reſurgunt vt quid baptiantur pro illis/ſcilicet
mortuis) oportet ſenſum zorū verboꝝ ſumere ex

facto ex quo argumētum ſumit apoſtolus. Neſcio
autē melius factū hoc interpretari ꝙ ex doctrina
eiuſdem apoſtoli: qui ad colo. ij. docet eos qui ba-
ptizantur baptizari in perſona mortuorum / ⁊ non
ſolum mortuorum ſed etiam reſurgentiū cum chri-
ſto. conſepulti inquit eſtis per baptiſmuȝ chriſto:
in quo ⁊ reſurrexiſtis per fidem operationis dei q
ſuſcitauit illum a mortuis. Et rurſus ca. iij. ſi con-
ſurrexiſtis cum chriſto / que ſurſum ſunt querite:
mortui enim eſtis / ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cum
chriſto. Ritus baptiſmi habet vt qui baptizantur
merzantur ſub aqua / ⁊ per hoc repreſentant duas
mortes / ſcilicet propriam mortem moralē ⁊ mor-
tem chriſti corporalē: repreſentāt eniȝ ſe mortuos
vite veteri ſicut chriſtus mortu⁹ eſt vite huius mū-
di. merſio eñ repñtans ſepulturā chriſti mortui /
ponēs hoiem qui baptizat̃ ſub aqua ſicut corpus
chriſti poſitū eſt ſub terra: repñtat quoq; hom-
nem illum recedere a preterita vita vt ſit illi mor-
tuus ⁊ ſepult⁹. Siliter ſurgēdo ex aqua / repñta-
tur duplex reſurrectio: ⁊ chriſti corporalis ⁊ hoīs
ſpūalis. ita ꝙ ex hoc ꝙ hō ſurgēs ex aqua / repñ-
tat chriſtuȝ a mortuis reſurgētē: repreſentat quo-
q; ſeipſum ſurgere in nouam vitā ſpiritualem: nūc
quidem quantum ad animam ſecundū rem: in fu-
turuȝ autem etiam quantū ad corpus in ſpe. Hoc
eſt factum ex quo arguit apoſtolus / dicens. quid
faciunt qui baptizātur pro mortuis / hoc eſt in per-
ſona mortuorum: ſi mortui non reſurgunt vt quid
baptizantur pro illis: hoc eſt perſonam illoꝝ agūt
qui ſic baptizātur pro mortuis. Sicut in repreſen-
tationibus



tationibus quidam agunt fortes / quidam mode-
ſtos / quidam mortuos / quidam claudos / quidam
cecos ⁊c. ⁊ ibi dicuntur operari pro cecis / pro clau-
dis / qui agunt perſonas illorum. ¶ Ex tali itaq;
baptiſmi ritu quo qui baptizātur perſonam mor-
tuorum agunt ad ſimilitudinem chriſti mortui / et
conſequenter perſonam reſurgentiuȝ ad ſimilitu-
dinem chriſti reſurgentis: argumentuȝ ſumpſiſſe
apoſtolum intelligendum eſt. Tum quia ſecunduȝ
hunc ſenſum inuenitur argumentum efficax: vanū
ſiquidem eſſet tale factum repreſentatiuum mor-
tis ⁊ reſurrectionis / ſi mortui non reſurgunt. Tuȝ
quia exponitur litera ſumendo argumentum a fa-
cto / iuxta verba apoſtoli. Tum quia ſeruatur pro-
prietas ſermonis: ⁊ nulla interuenit equiuocatio.
Tum quia conſonat alijs documentis apoſtoli. Tū
quia nihil incerti aut noui in eccleſia chriſti ꝑ hanc
expoſitioneȝ ponitur. ¶ Et aduerte / ꝙ quia ex mo-
do facti ſolus ritus baptiſmi per immerſionem / re-
preſentat mortem et reſurrectionem: ideo apoſto-
lus quaſi particulariter loquitur de facto illorum
qui baptizantur in perſona mortuorū. Et rurſus
ideo appoſuit coniunctionem / dicendo vt quid
et baptizantur. quaſi diceret. vt quid non ſolū ba-
ptizantur / ſed baptizantur ⁊ pro illis id eſt in per-
ſona mortuorum. Tanquā diceret. vt quid tali ritu
perſonam mortuorum et reſurgentium aſſumunt
quum baptizantur. Notanter autem dixi ex modo
facti: quia ex efficacia ſacramenti ſemper baptiſm⁹
quomodocunq; fiat / commori et conſepeliri ho-
minē facit et reſurgere cū chriſto in nouitate vite.

Universidad de Deusto
Biblioteca



**Adobiecta** aūt in principio / nō eſt aliter
reſpondendū: niſi ꝙ expoſitio
illa de opinato illo erroneo baptiſmo, minus conſo
na videtur ſenſui apoſtoli: qui ex facto manifeſte
arguit / et non ex ſpe facti. Hec de tertia queſtiō e.

**Circa** quartā queſtionē difficultas
occurrit. quia non apparet li
teralis ſenſus ſecundū planū litere cō
textū. Nō enim apparet ad qō propo
ſitū dicantur illa verba: mediator aūt
vnius nō eſt / deus aūt vnus eſt: conſtat namqꝫ ibi
ſermonē fieri de differentia inter legem moſaicam
et promiſſionē factā abrahe in chriſto. Et quantū
apparet: extra propoſitum / extra cōtextū interpo
ſitum eſt ꝙ officium mediatoris eſt inter duos / et
ſimiliter ꝙ deus eſt vnus: quorſum enim hec, hic?
quāuis ipſe veriſſima ſint. Hec eſt tota queſtiōis
ratio ac ſumma.

**Ad hanc** Queſtionem / dicitur ꝙ referendo
clauſulā illam in manu mediatoris
ad legem moſaicam de qua eſt ſermo: ſoluitur faci
le queſtio. Ad cuius clariorem ac pleniorem intel
ligentiā colligēda antedicta ſummarie ſunt. Po
ſuit ibi apoſtolus ex vna parte abrahe promiſſio
nē (quā etiā teſtamētū a deo confirmatū vocat) et
ex altera parte moyſi legē. Et ex parte abrahe po
ſuit quinqꝫ: ſcilicet fidē / benedictionē / vitam / here
ditatem / ⁊ iuſtitiam. ex parte vero legis contrapo
ſuit quoqꝫ quinqꝫ: ſcilicet opera legis / maledictio
nem viuere in operibus legis / trāſgreſſionē ⁊ pec



catum. Et demū concludit legē fuiſſe in cuſtodiam
⁊ pedagogum ad fidem ieſu chriſti in quo omnes
homines vniuntur per fidem ⁊ fidei ſacramentū
baptiſma. Quum igitur ex parte promiſſionis
abrahe tot diuina bona poſuiſſet apoſtolus / ⁊ ita
appropriaſſet abrahe vt negaſſet illa a lege: que
ſtionem interpoſuit / quid igitur lex? Et ſtatim re
ſpondet / propter tranſgreſſionē poſita eſt / donec
veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per ange
los in manu mediatoris.
¶ Ubi quatuor cōditiōes legis manifeſtat. Pri
ma eſt / ꝙ ꝑꝑ malū poſita eſt: hoc eſt lex nō eſt poſi
ta: vt faciat bonos ⁊ iuſtos: ſed vt puniat malū. Et
hoc ſignificāt illa ỽba / ꝑpter trāſgreſſionē poſita
eſt. Quū em̄ due ſint partes iuſtitie / ſcilicet decli
nare a malo ⁊ facere bonum: lex ſcripta in hoc dif
fert a fide abrahe ꝙ lex ad malum poteſtatem ha
bet: culpe quidem puniendum / pene vero infligen
dum. fides vero efficit bonū: quia ex fide viuitur v
ta iuſtitie ⁊ dilectionis ⁊c. ¶ At ſi contra hoc obij
ciatur / non eſſe deterioris conditionis legē moyſi
legibus humanis: quas conſtat poſitas eſſe nō ſo
lum propter tranſgreſſionem arcendam ⁊ punien
dam / ſed etiam propter bonum virtutis: nam ad
hoc ordinantur leges, vt fiant homines virtuoſi: vt
patet. ij. ⁊ v. ethi. Maxime ergo lex per moyſen a
deo data ordinatur ad reddēdos homines virtuo
ſos. Et confirmatur quia legis precepta ſunt nō
ſolū de declinādo a malo (puta nō occides / nō me
chaberis / nō adorabis deos alienos ⁊c.) ſꝫ etiā de
faciēdo bonum: puta diliges dominū deum tuum

Universidad de Deusto Biblioteca



ex toto corde tuo ꝛc.honora patrem tuum. ¶Ad
hoc dicit/ꝙ aliud eſt loqui de fine legis/aliud de
effectu legis.nam finis legis ad intentionem ſpe-
ctat;effectus vero ad poteſtatē et efficaciā legis.
Si de fine eſt ſermo/finis legis eſt bonū virtutis
ad qȭ intēdit ꝑ ꝑcepta ꝛc.ducere. Sed nulla lex ſcri
pta habet hāc poteſtatē hācqꝫ efficaciā vt efficiat
aliquē bonū ꝑcipe ſiquidē pōt bonū/ſꝫ nō facere.
Sꝫ reſpectu trāſgreſſiōis ſeu mali/habet lex pote
ſtatem ꝛ efficaciam puniendi:punit enim malos:ꝛ
puniendos arcet conſequenter:vt experientia te-
ſtatur. Apoſtolus autem non de fine ſed de effectu
legis et fidei loquitur:ꝛ docet ꝙ fides abrahe facit
hominē iuſtū ac viuū ꝛc.lex autem non poteſt iuſti
ficare aut viuificare aliquem:ſed poteſt punire. Et
ideo propter tranſgreſſionem tanꝙ materiā pro-
priā effectus qui eſt punitio/poſita eſt:ꝛ non pro-
pter iuſtitiam ſeu vitam:in quam nō poteſt vires
ſuas exercere:niſi pro quanto dilabuntur in malo
rum ordinem in ſuis omiſſionibus. lex enim pre-
cipiens religionis ſeu pietatis opera/non poteſt
efficere in ſubditis religionis aut pietatis officiū/
exercet vires ſuas puniendo:vt lapidatus eſt qui
non ſanctificauit ſabbatum ꝛc. ¶Secūda eſt ꝙ eſt
tēporalis/ſcilicet ad chriſtum. Et hoc ſignificant
ſubiuncta verba/donec veniret ſemen cui promiſ-
ſerat. ita ꝙ hinc habes ꝙ lex moyſi non eſt perpe
tua ſꝫ temporalis. Nec obſtat ꝙ pluries dicitur in
lege moyſi/legitimū ſempiternum erit/aut aliqd
ſimile:quoniā huiuſmodi ſempiternitas accipitur
pro duratione coeua populo iudeorum. Et eſt ſen



ſus/ꝙ eſt ſempiternum ſecundū perpetuitatē po-
puli/ſcilicet vſqꝫ ad meſſiam: qui pater futuri ſe-
culi predictus eſt/ꝛ vnū populū ex omnibus factu
rus nouo nomine chriſtianū: ꝛ iuxta verbum iſa.
ꝛ vocabitur tibi nomē nouum quod os domini no
minauit. Scito tamen ꝙ lex cum ſuis preceptis po
teſt dici perpetua quantum eſt ex parte authorita
tis humane/pro quanto poſita eſt non reuocabi-
lis niſi per ipſum deum verum. ꝛ dicitur tempora-
lis/ꝑ quāto de⁹ verus caro fact⁹ adimpleuit illā:
et ſic cōſummauit nō conſumpſit illā.iuxta illud.
non veni ſoluere legē/ſed adimplere. ita ꝙ finiuit
legem non conſumēdo/vt cibus finitur:ſed perfi-
ciendo:vt officiū ducis exercitus finitur parta vi-
ctoria:iuxta aliud verbuꝫ domini in cruce/cōſum
matum eſt. Tertia cōditio eſt/ꝙ lex eſt ex celeſti au
ctoritate poſita:vtpote ordinata per angelos. qȭ
etiā ſtephanus prothomartyr prius dixerat. act.
vij.accepiſtis inquit ad iudeos legē in diſpoſitio
ne angelorum. Decuit vt inter tot quaſi ignobiles
conditiones quas de lege referebat apoſtolus/in
terponeret aliquam nobilē ꝛ glorioſam:ſcilicet ꝙ
ordinata fuit per angelos:in quo oēs humanas le
ges excellit/et authoritatē diuinam habere demon-
ſtratur. Poteſt nihilominus vltra commendatio
nem legis hec particula ad ſecundam cōditionem
pertinere:vt ſcilicet ſignificetur a quib⁹ ꝛ ad quos
lex erat vſqꝫ ad ſemen promiſſum.intendēs ꝙ ordi
nata erat per angelos tēporalis/ſcilicet donec ve-
niret ſemen. Ac ſi aperte diceret.lex eſt tēporalis
ſecūdū ꝙ eſt ordinata ꝑ angelos/qui cognoſcebāt

Universidad de Deusto
Biblioteca



huiuſmodi tẽporalitatem: ꝙuis ſecundũ ꝙ eſt ac
cepta ab hominibus/videatur ſempiterna.
¶ Quarta cõditio eſt ꝙ eſt mediatrix. ⁊ hoc ſignifi
cãt verba illa/in manu mediatoris: hoc eſt in ope
re dimidiatoris. Et intẽdit ꝙ lex fuit dimidiatoria
pro quãto fuit data nõ toti generi hũano: ſed vni
parti/ſcilicet filijs iſrael. ⁊ diſtinctiua fuit illi' po
puli a reliquo mũdo: vñ etiã in veſtib' ſigna diſcre
tiua ab alijs mãdauit lex. Et ꝙ hic ſit ſenſus litera
lis: apparet ex eo ꝙ huic ſenſui oĩa ſequẽtia conſo
nant/ita vt currãt abſ ceſpitatiõe aliqua: vt pa
tet in ſequẽtibus. Habuit ergo lex hanc cõditionẽ
ꝙ fuit dimidiatiua generis humani. quo contra fi
des abrahe/ſemẽ eius chriſtũ vnitatẽ mũdi facit.
Unde ſtatim apoſtolus ſubiungit: ꝙ poſtꝙ reuela
ta eſt fides chriſti/nõ eſt iudeus neq grecus ⁊c. ſ
oẽs ſumus vnũ in chriſto: vt per hoc intelligas ꝙ
ceſſauit dimidiatio legis vbi venit vnitas chriſti.
vnde ſtatim ex hac legis conditione apoſtolus ma
teriam obiectionis aſſumit dicẽs. mediator autem
vnius non eſt/deus aũt vnus eſt. Nõ dixit. media
tor duorum aut plurium eſt: quoniã non loquitur
de officio mediandi/hoc eſt cõiungendi vel concor
dandi duos vel plures. ſed dixit negatiuã: ſcilicet
vnius non eſt: quia dimidiare non eſt facere vnũ/
ſed ſcindere vnũ. ⁊ per oppoſitũ deus eſt vnus in
ſua promiſſione: quia vni ſemini promiſit benedi
ctionem omniũ gentiũ. premiſerat enim ꝙ abrahe
dicte ſunt promiſſiones: ⁊ ſemini eius: nõ dicit ⁊ ſe
minibus quaſi in multis: ſed quaſi in vno ⁊ ſemini
tuo q̃ eſt chriſtus. Ad hui' quippe vnitatis promiſ



ſionem per quã conſtituitur totus mundus in vni
tate/ſpectat quod dicitur: deus autem vnus eſt/in
ſua promiſſione. ¶ Ita ꝙ ex hac legis conditione
ꝙ eſt dimidiatoria generis humani: naſcitur ſtatĩ
queſtio/aſſumpta propoſitione vniuerſali ꝙ dimi
diator vt ſic non eſt factiuus vnius: et e regione cõ
trapoſito ꝙ deus eſt vnus in ſua promiſſione. nã
hinc ſtatim infertur/lex ergo aduerſus promiſſa
dei pro quanto promiſſa dei ſunt in vnitate gene
ris humani. in vno ſemine abrahe: ⁊ lex non eſt ad
vnitatem ſed ad diuiſionẽ generis humani. ¶ Ubi
videre potes ꝙ ad propoſitum materie de qua tra
ctat apoſtolus ſcðm hũc ſenſum dicta ſint hec ver
ba. Sunt enim adeo ad propoſitũ vt fuerint valde
etiã neceſſaria ad plenius cõmendandã promiſſio
nem et fidem abrahe ſupra legẽ: vnitas nam vel
diuiſio generis humani maximam facit differen
tiam.
¶ Et vt plenius appeat veritas dicti ſenſus: trãſ
eundo ſummarie eſt reſponſio apoſtoli ad exortã
obiectionem/prenotando duo. Alterum eſt/ꝙ li
cet hec obiectio ſit explicite deducta ex vltima
conditione legis/ pro quanto quaſi ſyllogizata
eſt inde: inſinuatur tamen in litera quod ex alijs
quo legis conditionibus naſcitur dicta obie
ctio: dum in numero plurali dicitur/lex ergo ad
uerſus pmiſſa dei. ex hoc enĩ intelligim' ꝯcludi le
gẽ eſſe aduerſus multa pmiſſa dei: ⁊ nõ ſolũ aduer
ſus vnitatẽ pmiſſam. Et vere apparet hinc ꝙ fit ⁊
aduerſus iuſtitiam promiſſam/pro q̃to lex ꝓpter
trãſgreſſionẽ poſita eſt: ⁊ aduerſus hereditarium

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſemen promiſſum pro quanto durat donec veniat
ſemen: duratio ſiquidem legis ꝙ̄ diu eſt/ tollit ſem
pris illi⁹ aduentũ ⁊ ecõtrario. lex ergo aduerſus ꝑ
miſſa dei apparet. ¶ Alterũ eſt ꝙ cõis radix oĩm in
firmitatũ legis/ quib⁹ differt ac deficit a fide abra
he/ eſt penes viuificare ſeu iuſtificare aĩam. Etenĩ
ſi lex poſſet iuſtificare: nõ ꝓpter trãſgreſſionẽ po
ſita eſſet/ ſed propter vitam iuſtitie. ⁊ ſimiliter non
duraret donec veniret ſemen/ ſed ſemper. vtpote
ipſam vitam ſemini promiſſam conferens: ⁊ ſimili
ter non dimidiaret genus humanũ: ſed vniret ip
ſum in vita ſpiritus. Et propterea apoſtolus ad
radicem ſecurim ponit ſoluendo obiectionem: dũ
cõez omniũ infirmitatũ legis rationẽ reddit. poſt
ꝙ̄ reſpondit abſit/ ⁊ dicit: ſi enim data eſſet lex que
poſſet viuificare/ vere ex lege eſſet iuſtitia: intelli
ge apoſtolum ſubtiliter impotentiã legis tanꝙ̄ ex
neceſſitate materie ſe tenentẽ afferre. Ac ſi latius
diceret: lex data eſt ſuapte natura impotens viuifi
care: ita ꝙ non ex accidente infirmitate aut ex ali
quo defectu priuatiuo lex hanc infirmitatem ⁊ cõ
ſequenter ceteras concomitãtes habere: ſed ex hoc
ipſo ꝙ eſt lex/ ſequitur ꝙ lex eſt diuerſa res a fide ⁊
ꝑmiſſione abrahe. In cuius ſignũ lex diſtinguit
contra gratiã. ioan. j. lex per moyſen data eſt/ gra
tia per ieſum chriſtũ facta eſt. fides ſiquidẽ pars ẽ
gratie. Et ꝙ hoc ſit verum manifeſtatur: q: ſi data
eſſet lex que poſſet viuificare/ ex lege vere eſſet iu
ſtitia. quod eſſet cõtra promiſſionẽ dei: q: ſi ex le
ge/ iam non per repromiſſionẽ: vt ſuperius dictũ
eſt. Igitur ꝙ lex ſit habẽs tot cõditiones/ ex natu



rali eius impotentia ſeu infirmitate eſt. ¶ Deinde
ſubiungit ꝙ nõ aduerſus promiſſa dei has condi
tiones habet lex: ſed pro promiſſis dei: pro quãto
ex his cõditionibus tranſmittit ſubditos ad pro
miſſionẽ factã abrahe/ dicens. ſed cõcluſit ſcriptu
ra omnia ſub peccato/ vt promiſſio ex fide ieſu xp̄i
daretur credentibus. Ideo inquit lex ſcripta clau
dit omnia precepta tam de malis vitãdis ꝙ̄ de bo
nis proſequẽdis ſub peccato: cognoſcẽdo/ cõcupi
ſcẽdo permanſuro ac puniendo: vt ſic trãſmittat
ad deſiderandũ et querendũ medicũ redẽptorem
ac ſaluatorẽ. nulla enim ex parte infirmi via ꝙ velit
⁊ querat medicum melior eſt ꝙ̄ morbũ proprium
augeri ⁊ durare cognoſcere ac puniri/ ſine libera
tione tamen. Sic lex tranſmiſit ad chriſtum: nã lex
cognitionẽ peccati dabat. (ad ro. vij. peccatum nõ
cognoui niſi per legẽ) ⁊ puniebat/ vt patet ⁊ cõcu
piſcentiã augebat occaſione accepta/ vt patet ibi
dem. ⁊ durationẽ peccati operabatur: pro quanto
non poterat interius ſanare aut adiuuare. In hoc
aũt ꝙ ſcriptura concluſit oĩa ſub peccato/ cointel
liguntur oẽs antedicte legis infirmitates: q: oẽs
ſunt in vna, colligate cõi ratione: ſcilicet ꝙ lex non
poteſt iuſtificare/ ſed ſub peccato ponere: vt facile
eſt diſcurrendo deducere. ¶ Soluta autem obie
ctione/ ex hoc ꝙ lex infirmitates quidẽ has neceſ
ſario habet/ ſed habet eas ⁊ vtitur eis tranſmitten
do ad hoc vt ꝑmiſſio ex fide ieſu chriſti detur cre
dentibus ex tribus ſimilitudinibus iuxta antedi
ctas tres infirmitates ſeu cõditiones legis manife
ſtabat ap̄lus miniſteriũ legis quo ſeruiebat ꝑmiſ

Universidad de Deusto Biblioteca



ſto ſemini/ cuſtodiendo/ducendo/fouendo. Prima ſimilitudo eſt ad cuſtodem expectātiū in tenebris claritatē/ibi priuſq̄ veniret fides. Et hec reſpondet infirmitati legis qua poſita eſt ꝓpter trāſgreſſionē/qua concluſit omnia ſub peccato. Secūda eſt ad pedagoguz ibi/itaq̄ lex pedagogus. Et hec reſpicit illam infirmitatem in manu mediatoris: datus ſiquidē pedagogus eſt populo iſrael tanq̄ puero electo pre alijs/ ſegregando ipſuz ab alijs: iuxta illud deutero. xxxij. pars autē domini populus eius/iacob funiculus hereditatis eius. Unde huic ſimilitudini annectit apoſtolus vnitatem omniū hominuz in chriſto. ¶ Tertia ſimilitudo eſt ad actores ⁊ tutores paruuli heredis/ibi quanto tempore heres paruulus eſt. Et hec reſpicit illam infirmitatē/donec veniret ſemen. Et eſt in his tribus ſimilitudinibus perſpicere ſtatum eorum qui ſub lege erant differentem a ſtatu regeneratorum in chriſto penes tria. In tertia quidē penes ſeruitutem et libertatē/in ſecunda vero penes imperfectionem ⁊ perfectionem/in prima autem penes iniuſtitiam ⁊ iuſtitiam: vt facile patet inſpiciēti textum apoſtoli ⁊ applicanti. Et hec de quarta queſtione. In feſto circunciſionis domini. Anno. M.D.xxiiij. poſonij.



# Incipit Jentaculum tertiū: in quo tres tractantur queſtiones.

OCcurrunt Tertio circa diuerſa i nouo teſtamēto dicta de ſacerdotio queſtiones tres. ¶ Prima de verbis apoca. ca. v. feciſti nos deo noſtro regnum ⁊ ſacerdotes. Et co. j. fecit nos regnum ⁊ ſacerdotes deo noſtro et patri ſuo. ¶ Secūda de v̄bis petri apoſtoli in ca. ij. prime ſue epl̄e. vos aūt genus electum/regale ſacerdotiū/gens ſancta ꝛc. ¶ Tertia de verbis eiuſdem petri apoſtoli in codez ca. ad quem accedentes/⁊ ipſi tanquā lapides viui ſuperedificamini domos ſpirituales in ſacerdotiū ſanctum/offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles deo per ieſum chriſtum.

CIrca verba apo. occurrit q̄ſtio an ſit ſermo de ſacerdotio proprie an non: nam ad vtrāq̄ partem ratio viget. Quod enim de ſacerdotibus proprie loquatur: habetur tū ex eo q̄ ſermo improprius dedecet diuinā reuelationē. Tū ex eo q̄ cōiunctū ſibi regni nomē ſumit̄ ꝓprie quū dicit̄: feciſti nos deo nr̄o regnū ⁊ ſacerdotes: qua em̄ rōne nō impropatur regni nomē/eadē rōne abducēdū a ꝓprietate

Universidad de Deusto
Biblioteca



non eſt ſacerdotis nomē: quū ſimul ponant. ¶ Qđ
vero nō ꝓprie ſacerdotis nomen hoc in loco poſi-
tum intelligat: habetur ex eo ꝙ ſi ꝓprie dictū eſt/
ſequitur chriſtianos oēs aut ſaltē iuſtos oēs ſaltē
ꝑdeſtinatos eſſe ꝓprie ſacerdotes: qđ ſancte mřis
eccleſie pias aures offendit: vtpote multoꝝ here-
ticoꝝ dogma. ¶ Circa verba quoqꝫ petri apoſto-
li primo īducta occurrit primo ſimilis queſtio: an ſci-
licet ſit ſermo de ſacerdotio proprie. Nam ꝙ ſit ſer
mo proprius habetur ex duobus. Primo quia de
dignitate populi chriſtiani loquitur: cōſtat autē
ad dignitatem ſpectare ſacerdotiū proprie dictū
ꝛ non per ſimilitudinem. Secūdo quia ſermo iſte
ſumpt⁹ eſt ex verbis domini ſcriptis a moyſe. exo.
xix. vbi cōſtat de ſacerdotio proprie dicto ſermonē
eſſe. ¶ Quod aūt nō ſit ſermo đ ſacerdotio proprie
ex eo arguitur/ quia ſequeretur quēlibet chriſtia-
nū donatū eſſe ſacerdotio proprie dicto: ꝛ ſic qui-
libet chriſtian⁹ eſſet proprie ſacerdos. Quod hinc
tanto clarius ſequitur/ quanto manifeſtum eſt ad
populum chriſtianū hunc ſermonē dirigi/ ꝛ nō ad
maiores in eccleſia: ad quos forte referri dicūtur
ſermones allati ex apoca. ¶ Occurrit deinde ſpe-
cialis queſtio cur petrus apoſtolus referens hec
domini verba mutauerit illa. Nam in exo. domin⁹
dixit/ vos eritis mihi in regnū ſacerdotale: petrus
vero dixit vos autem ſacerdotiū regale. Inter q̄
quāta ſit diſtātia/ mōſtrat diuerſa ſignificatio ſub
ſtantiui ꝛ adiectiui. ¶ Circa demū verba eiuſdem
petri apoſtoli vltimo allata/ ſimilis primo occur-
rit queſtio de proprietate ſermonis. quia ex vna



parte loqui improprie dedecet ſacrā ſcripturam: ꝛ
ex alia parte ſequitur oēs chriſtianos eſſe ſacerdo
tes ſi ſermo eſt ꝓprius: quum ad oēs dirigatur ſer
mo iſte. ¶ Queritur deinde an hoſtias dixerit ſpiri
tales/ diminutionis an excellentie cauſa. vt ſcili-
cet hortetur ad offerendum ſpiritales hoſtias tan
ꝙ meliores hoſtijs corporalibus/ vel tanꝙ ad qua
les poſſunt.

Anteꝙ Reſpondeatur/ predeclarandi ſunt
ex ſacra ſcriptura termini cum diffe-
rentijs eorum. In duplici ſiquidem ſignificatiōe
inuenitur ſacerdotiū in ſacra ſcriptura: ſcilicet vel
proprie/ vel ſecundum ſimilitudinem ſeu partici-
pationem quandam. Et proprie quidem frequen-
tiſſimum eſt ſacerdotis nomen in ſacris literis. Se
cundum vero ſimilitudinem rarum quidem eſt ip-
ſum ſacerdotij nomen: ſepe tamen ſacerdotalium
operum nominibus ſcriptura vtitur ſic/ ſcilicet ſe-
cundū ſimilitudinem ſeu participationē quādā:
vt nunc nūc apparebit. ¶ Sacerdos igitur proprie
diffinitur ab apoſtolo ad heb. v. omnis inquit pon
tifex ex hominibus aſſumptus/ pro hominib⁹ cō-
ſtituitur in his que ad deum ſunt: vt offerat deo do
na ꝛ ſacrificia pro peccatis. Nec mireris nouitie ſi
de ſacerdote loquendo ad pontificis diffinitionē
tranſire videamur: quandoquidē apoſtolus vt ſy-
nonymis vtitur pontificis ꝛ ſacerdotis nominib⁹:
vt patet ibi in multis capitulis. Iuxta hanc ſigni
ficationē conſtat appellari ſacerdotes eos qui of-
ficium habebant offerendi deo ſacrificia et oblatio
nes: ꝛ ſepiſſime in ſcriptura nominari. Sacerdotij

Universidad de Deusto Biblioteca



vero noīe ſecūdū quādā ſimilitudinē/ petrus apo
ſtolus vtič in verbis in tertia queſtione inductis:
vt infra clare patebit. ¶ Opa autē ſacerdotis plu
ries inuenim⁹ ſcōm ſimilitudinē applicata ad act⁹
diuerſarum virtutū. Et de interiore actu penitētie
patet in ps. Sacrificiū deo spūs ɔtribulatus. De
actu abſtinētie ad ro. xij. exhibeatis corpa vr̄a ho
ſtiā viuentē ſanctam ⁊c. De actu diuine laudis ad
heb. xiij. offeramus hoſtiā laudis ſemꝑ deo. i. fru
ctū labioꝝ cōfitentiū nomini eius. De actu bn̄fi
cētie ibidē bn̄ficētie ⁊ cōionis nolite obliuiſci: tali
bus eñ hoſtijs ꝓmeret̃ deus. De actu martyrij/
ſap. iij. tanꝙ aurū in fornace ꝓbauit illos/ ⁊ quaſi
olocauſti hoſtiā accepit illos. Et ſil̄r de actib⁹ iuſti
tie in ps. dr̄: ſacrificate ſacrificiū iuſtitie. Hec eñ ⁊
alia hmōi ꝑ quādā ſilitudinē hoſtie ⁊ ſacrificij dnr̄
pro q̄to induūt rōnē oblatoꝝ deo ad eius honorē
Et ſil̄r ſm ſilitudinē ſacerdos dr̄ qui hec ad hono
rē dei facit: ꝑ q̄to offert hmōi virtutū act⁹ deo/ or
dināto illos in honorē dei. ¶ Ex q̄b⁹ habes pri
mo: ꝙ ſacerdos ꝓpe eſt nomē grad⁹/ ordinis ſeu
officij publici ad offerendū deo ſacrificiū nō curan
do nunc differentiā inter ordinem gradū ⁊ officiū.
Sacerdos vero ſimilitudinarie/ nomē eſt virtutis
ſcilicet religionis ſeu ſanctitatis afficiētis animū
ad diuinū cultū. ¶ Habes ſcdo ɔditiōes tres reqſi
tas ad ꝓprie ſacerdotē. Prima eſt ꝙ ſit ex homini
bus aſſumptus. Et hinc gradus ſeu dignitas mō
ſtratur: vt interli. gloſa notauit. Secunda eſt quod
ſit ꝓ hominib⁹ ɔſtitutus. Et hinc publica vtilitas
monſtratur: ita vt ſit mediator inter deum ⁊ homi



nes conſtitutus pro hominib⁹ in his que ſunt ad
deum. ¶ Tertia eſt ꝙ offerat ſacrificia. Et hinc facul
tas ad ſupremum oblatorꝝ deo/ mōſtratur: ad diffe
rentiam minorū etiā officioꝝ publicorū ad offeren
dum deo laudes. Nūꝙ itaqꝫ intelligas ſacerdotiū
aut ſacerdotē ꝓprie/ niſi has in eo inueneris cō
ditiones. offerentes ſiquidem quecunqꝫ virtutum
opera deo/ aſſimilantur ſacerdotibus: ⁊ partici
pant ſacerdotium pro quanto actū oblationis ex
ercent: ſed a ſacerdotio ⁊ ſacerdote proprie defi
ciunt/ pro quanto non ex publico ſacerdotij officio
offerunt. Et ſimiliter oblata deficiūt a ſacrificijs
proportionaliter: vt īfra clare patebit.
¶ Et ſi obijciatur contra hec: ꝙ qua ratione chri
ſtus offerēdo ſeipſum in ara crucis fuit vere et pro
prie ſacerdos/ eadē rōne ſancti martyres offeren
do ſeipſos in ara ignis ⁊ aliorum tormētorum fue
runt vere ⁊ proprie ſacerdotes: ac per hoc ruunt
omnia dicta: quoniam ex ſola virtute martyrij vo
luntarij ſacerdotium proprie dictum inuenitur.
Et ſi hoc admittitur non erit difficile deducere ſa
crificium proprie dictum ad offerentes mortifica
tionē carnis ⁊ alia hmōi. ¶ Ad hoc dicitur ꝙ inter
chriſtū ⁊ alia maxima eſt in hoc differētia. ⁊ ꝑ nunc
dicemus triplicē. Prima eſt ex ꝑte principij: quia
chriſtus ex publico ſacerdotij officio obtulit ſeip
ſum ita ꝙ fuit ɔſtitut⁹ ſacerdos ad ſacrificādū ſeip
ſum: ꝙ de nullo alio etiā ſuſpicari fas eſt: q2 nullus
ſit ſacerdos ad offerēdū ſeipſum in ſacrificiū. ſ3 ad
offerendum in lege veteri vitulum aut ouē ⁊c. ⁊ in
lege noua corpus ⁊ ſanguinē domini. chriſtus aūt

dominus ex hominibus aſſumptus a deo patre/ ꝛ
pro hominibus conſtitutus eſt ad offerendum ſe-
ipſum per mortē propriam in ara crucis: vt patet
per apoſtoli proceſſum longum ad hebreos. ¶ Se-
cunda eſt ex parte oblationis. Oblatio ſiquidem
chriſti fuit ſecundū ſubſtantiā oblationis voluñta-
ria: hoc eſt mortuus eſt quia ipſe voluit: non ſolum
voluntate diuina ſed etiam voluntate humana/ nō
ſolū per modum acceptantis ſed per modum cau-
ſantis: pro quanto in poteſtate anime ſue erat pro-
hibere mortē ſuā corporalē quia erat anima glori-
ficata/ ꝛ noluit fieri hmōi prohibitionē. Unde ſin-
gulariſſime ſcriptum eſt de hoc voluñtario iſa. liij.
oblatus eſt quia ipſe voluit. Et ipſe dñs dicit. ne-
mo tollit animā meā a me: ſed ego ponō eā a meip-
ſo. ioan. x. ꝛ de ſua quo ad hoc poteſtate ſubdit. po-
teſtatē habeo ponendi animā meam. ꝛ poteſtatem
habeo iterum ſumēdi eam. Reliquorum autē ſan-
ctorum martyrum oblatio nō fuit voluntaria quo
ad ſubſtantiam: quia non erat in poteſtate eorum
mori vel non mori. Quis in poteſtate eorum quan-
doqꝫ fuerint circunſtantie moriendi: puta loc9/ tē-
pus/ modus. Nō fuit inquā voluntaria niſi ꝑ mo-
dum acceptantis: pro quanto acceptauerunt mo-
ri pro honore dei: quaſi facientes de neceſſitate vir-
tutem. ¶ Tertia ex parte rei oblate. Nam ſanguis
chriſti fuit ſuapte natura reconciliatiuus/ ſatiſfa-
ctiuus ꝛc. pre alijs: immo pro toto mundo/ vt dici-
tur: j. ioan. ij. ſanguis vero aliorum martyrum ipſis
ſolis meritorius eſt. Non eſt ergo ſimilis ratio de
ſacrificio mortis chriſti ꝛ ſacrificijs mortis alio-
rum



rum martyrum. Unde manifeſtum fit chriſtum of-
ferendo ſeipſum fuiſſe vere et proprie ſacerdotē:
ſanctos autē martyres fuiſſe ſacerdotes per quā-
dam ſimilitudinē/ vt ſacerdos eſt nomē virtutis.

**His premiſſis** Reſpondetur ad primā
queſtionē de verbis apo-
ca. q ſermo eſt in vtroqꝫ textu de ſacerdote ꝓprie.
Recognoſcuntur ſiquidē duo beneficia exhibita
chriſtiano populo: ſcilicet regni ꝛ ſacerdotij.
¶ Ubi pro claritate aduerte magnā eſſe dignitatē
populi ſi erigatur in regnum/ ꝛ ſi ꝯcedatur vt ſint
ex eis ſacerdotes: vt teſtatur priuatio eorūdem. ſi
enim regnū redigeretur in prouinciam/ valde de-
generaret: ꝛ ſimiliter ſi populus aliquis priuare-
tur vt ex eis nō poſſint fieri ſacerdotes (aut quod
plus eſt) q in eis non eſſent ſacerdotes/ valde de-
nigraretur. Ad magnum ergo beneficium populi
ſpectat conceſſio vtriuſqꝫ dignitatis: vt ſcilicet po-
pulus erigatur in regnū/ ꝛ ſuos habeat ex ſuis ſa-
cerdotes. Utrāqꝫ itaqꝫ dignitatem collatam chri-
ſtiano populo eſſe apocalipſis teſtat. ¶ Et regnū
quidem dei eſt (vt dicitur ad ro. xiiij.) iuſtitia/ pax
ꝛ gaudium in ſpiritu ſancto. Quod in preſenti inci-
pit: iuxta illud luc. xvij. regnū dei intra vos eſt. In
futuro autē perficietur: tum quia nec iuſtitia/ nec
pax/ nec gaudium in ſpiritu ſancto hic conſumma-
tur: tum quia chriſtus ipſe expectauit regnare vſ-
quequo tranſiret ex hac vita. Fit ergo chriſtianus
populus regnum deo: quum ſit iuſtus/ pacificus
et gaudens in ſpiritu ſancto.
¶ Siſte parumper hic: ꝛ nota primo dignitatē re

Universidad de Deusto
Biblioteca



galem explicari per regnũ/nõ per reges. ait enim
feciſti nos regnum. ⁊ non dicit feciſti nos reges: qꝛ
regnũ directe ſonat dignitatem vniuerſitatis: rex
autẽ dignitatem perſonalẽ. Ut hinc intelligas chri
ſtianos electos ꝓprie in regnũ ⁊ nõ in reges: vnꝰ
enim ſolus eſt in dei regno rex/proprie loquendo.
¶ Nota ſecundo eandem excellentiam notari ꝙ hic
incipiat ⁊ in futuro conſummabitur: dũ verbo pre
teriti temporis dicitur/feciſti nos regnum: ⁊ ver-
bo futuri temporis ſubditur/regnabimus ſuꝑ ter
ram qđ tunc verificabitur/quũ chriſtiani corregna-
bunt chriſto in terra viuentiũ. ¶ Nota tertio digni
tatẽ regalẽ ita explicatã in preſenti ⁊ in futuro, per
dicta verba vt intelligeretur excellentiã hanc ita
eſſe vniuerſitatis/vt ad perſonales quoqꝫ actus in
futuro ſe extendat. Et propterea explicata eſt quo
ad futurũ ꝑ actus regnandi: dũ dictũ eſt: ⁊ regnabi
mus ſuper terram. quo contra ſacerdotalis digni
tas explicata eſt, per nomẽ perſonale/⁊ nihil ad ſa
cerdotes ſpectãs dicitur de futuro. vt intelligere-
mus aliter cõicatã dignitatẽ ſacerdotalem/⁊ ali-
ter dignitatẽ regni: ⁊ ſimiliter aliter ⁊ aliter ſe ha-
bere ad futurũ vtrãqꝫ dignitatẽ. Dignitas namqꝫ
ſacerdotalis non ſic eſt populi vt quilibet ſit pars
ſacerdotij: ſicut dignitas regni/ſic eſt populi vt qui
libet ſit pars regni: ſꝫ ſacerdotalis dignitas ſic eſt
populi vt habeat ex ſuis aliquos ſacerdotes. Et
propterea tertus vtitur ſacerdotis nomine: quod
non eſt nomẽ collectiuũ/ſed ſingularis perſone.
¶ Et vt contentioſi ac proterui conuincantur ⁊ vi
deant ſuauem diſpoſitionem regni ⁊ ſacerdotij po



pulo conceſſit/exigere dictũ intellectũ: perſpice et
clare intuere aliũ ſenſum (ſcilicet ꝙ qui de populo
ſit ſacerdos) deſtruere ſeipſum. Nam ſi ſic chriſtia
nus populus habet dignitatẽ ſacerdotij vt quili-
bet ſit ſacerdos proprie loquendo: ſequeretur de
neceſſitate ꝙ nullus chriſtianus eſt ſacerdos: qꝛ ſa
cerdos ex hominibus eſt aſſumptus/⁊ pro homi-
nibus ꝯſtitutus in his que ſunt ad deũ ⁊c. ac ex hoc
ſi quilibet eſt aſſũptꝰ ⁊ ꝯſtituꝰ: nulli ſũt ex quibꝰ
aſſumitur ⁊ pro quibus cõſtituitur. ¶ Niſi forte di-
ceretur/ꝙ remanẽt infideles ex quibus aſſumitur
et pro quibus cõſtituitur. Quod primo eſt ridicu-
lum/ſacerdotes noſtros fieri pro infidelibus. De
inde nõ effugit vim argumenti: quia ſi totus mun
dus eſſet chriſtianus/nullus chriſtianus eſſet ſa-
cerdos: quũ nulli homines remanerent ex quibus
ſacerdos aſſumeretur ⁊ pro quibus cõſtitueretur.
ſicut ſi ꝗlibet homo eſſet rex/nullꝰ homo eſſet rex:
quia nullus haberet ſuper quos regnaret. Sapiẽ
tia ergo diuina diſponens omnia ſuauiter/reuela
uit chriſtiano populo vtrãqꝫ dignitatẽ collatã. ita
vt intelligatur vtraqꝫ ſuauiter collata/illa regia ſe
cundũ ſuauitatẽ regni: ſacerdotalis vero ſecundũ
ſuauitatem ſacerdotis: vt ſcilicet ex chriſtianis ali-
qui ſint aſſumpti ⁊ cõſtituti pro alijs ſacerdotes.
Et ſicut vere ⁊ ꝓprie dicitur/feciſti nos deo nr̃o re
gnũ/colligẽdo oẽs chriſtianos in regnũ dei: ita ve
riſſime etiam dicitur feciſti nos ſacerdotes deo/aſ
ſumẽdo ex nobis ⁊ cõſtituẽdo ꝑ nobis aliquos no
ſtrũ ſacerdotes: quoniã ſic ⁊ veriſſime/⁊ ꝓprijſſime
verus eſt ſermo iuxta ſubiectam materiã: et totus

Universidad de Deusto
Biblioteca



populus recognoſcit beneficium vtrūq₃ eſſe ſuū
quāuis diuerſimode: quia primum in ſingulis: ſe-
cundū in quibuſdā/ex ſingulis tamen ⁊ pro ſingu
lis. Et quia in patria non erunt ſacrificia/ſicut nec
templum (iuxta illud apoca. xxj. templum non vi-
di in ea) ideo nihil in futurū de actu ſacerdotis di-
cit: ꝗuis ſacerdotalis dignitas maneat ineternū.
¶ Et ſic patet ſolutio prime q̄ſtionis/admittēdo
dicta apo. verba ad vniuerſum chriſtianū populū
referri: quod tamen multi forte non admitterent.
Et verba quidem allata ex. v. ca. non ſunt populi
chriſtiani/ſed animaliū ⁊ ſeniorū: a quibus diſtin-
gui reliquum chriſtianu₃ populum apparet intuē
ti textum/exprimentem vltra animalia ⁊ ſeniores
angelos ⁊ omnem creaturam: in celo ſuper terra₃
⁊c. Verba autē primi capituli ioannis apoſtoli et
euangeliſte ſunt qui erat ſacerdos: ⁊ in perſona ip
ſius et ei ſimilium gloſari poſſunt. Hec de pri-
ma queſtione.

**Ad ſecundam** Queſtionem de verbis
petri apoſtoli: pro quan
to ſimilem petit difficultatem patere poteſt ex di-
ctis reſponſio. Et breuiter dicitur ꝙ eſt ibi ſermo
de ſacerdotio proprie dicto. ⁊ ꝙ ſecundum rem ſi-
gnificatur ibi vtraq₃ dignitas/regni. ſ. ⁊ ſacerdotij
collata chriſtiano populo. Quo ad modu₃ vero ex-
plicādi aliter explicata eſt a petro apoſtolo ꝙ̄ fuit
a ioanne euangeliſta. nam petrus non explicauit
illam per nomen perſonale (non enim dixit/vos
eſtis ſacerdotes) ſed per nomen ipſius dignitatis
ſacerdotalis/dicendo vos eſtis ſacerdotium. vt p



hoc eruditus quiſq₃ facile poſſet intelligere quid
ſignificatur: ſcilicet ꝙ in illis eſſet dignitas ſacer-
dotij/ſcilicet in vobis eſt dignitas ſacerdotij. Qđ
ſufficientiſſime verificat habendo ex ſeipſis quoſ-
dam ſacerdotes. ⁊ non oportet verificari ſic vt ſin
guli ſint ſacerdotes: quia vt deductum eſt/ſi ſingu
li eſſent ſacerdotes nullus eſſet ſacerdos.
¶ Quum vero ſecundo queritur cur petrus muta
uerit verba domini in exo. dum ibi dicitur regnum
ſacerdotale/petrus autem ait/ſacerdotiū regale.
Reſpondetur ea ratione factam eſſe mutationem:
quia illud regnu₃ vtpote temporale decorabatur
dignitate ſacerdotali tanꝙ̄ illuſtriore: ſacerdotiu₃
vero noſtrum ꝗuis ſpiritualius/decoratur tamen
regno dei eterno. vtpote clariore et meliore. hinc
enim factum eſt: vt ibi regnum ſignificaretur deco
ratum ſacerdotali dignitate/dicendo regnum ſa-
cerdotale: hic vero ſacerdotium ſignificaretur de-
coratū regno/dicēdo ſacerdotiū regale. Declaro
ro ſingula. Promiſit populo iſrael deus ſi ſerua-
ret mandata ſua/quatuor: vt dicitur exo. xix. eritis
mihi in peculium de cunctis populis (mea eſt eīm
omnis terra) ⁊ vos eritis mihi in regnum ſacerdo
tale ⁊ gens ſancta. Ubi primo promittit deus ha-
biturum ſe populum iſrael in ſpecialiter propria₃
rem ad ſimilitudinē peculij: quod ſpecialiore quo-
dam iure poſſidetur ꝙ̄ id quod ꝯmuniter habetur
vnde ⁊ dicitur peculiū caſtrenſe vel quaſi ⁊c. Pro-
pterea ſiquidem interponit/mea eſt enim omnis
terra. Tāꝙ̄ diceret: l₃ ego ſiī vniuerſalis dñs/toti⁹
orbis cōmuni iure creationis/gubernationis ⁊c.

Universidad de Deusto Biblioteca



vos tamen eritis mei quaſi ſpeciali quodam iure/
ꝓpter ſpecialem curã quã habebo de vobis quaſi
de peculio. Et huic ſuo peculio adiecit tres digni-
tates. ſcilicet regni/ſacerdotij/ꝛ ſanctitatis. regni
quidem tẽporalis: quoniã erigebat populum illũ
in temporale regnum ipſius dei. ita ꝙ deus eſſet il
lis rex ꝛ ipſi eſſent eius regnum. Nec hoc ego fin
go/ſed ſcriptura teſtatur multipliciter. Tũ primi
reg. viij. vbi populo petente conſtitui ſibi hominẽ
in regem/dominus dixit ad ſamuelem. non enim te
ſed me abiecerunt ne regem ſuper eos. Tum quia
ibidẽ. xij. ſamuel dixit pplo ad idẽ ꝓpoſitum. dixi-
ſtis rex imperabit nobis/quũ dñs deus veſter re-
gnaret in vobis. Tũ q: in pfato. viij. ca. reprehen
ditur populus de hac ſua petitione. que non eſſet
reprehenſione digna: niſi ratione iniurie quã facie
bant deo refutantes illum pro rege/ ꝛ volẽtes ha
bere hoiem in regẽ ſicut cetere gẽtes habent. Aſt
populus iſrael paruo tpe dignitatẽ regni dei reti-
nuit: ſcilicet a moyſe vſq: ad ſamuelẽ. poſtea aũt in
regnũ hois degenerãdo trãſijt. Et hoc etiam parũ
retinuit: ſub tribus. ſ. regibus tm̃: ſaule/ dauid/ et
ſalomone: Nã poſtea nõ fuit ãplius regnũ hois ſʒ
ſciſſũ eſt i regna hoim. Tpalẽ ergo dignitatẽ regni
dei vt ſpecialis regis, coꝝ ꝓmiſſaꝫ a deo ſi ſeruarẽt
mandata eius/ q: latens erat: quia rex inuiſibilis
erat: oportuit decorare ꝛ illuſtrare claritate digni
tatis ſacerdotalis/ q̃ in manifeſto poſita fuit. ꝛ pro
pterea dicit̃ regnũ ſacerdotale. In cuius ſignũ ſu-
prema iudicia ſummo ſacerdoti reſeruata ſic erãt
vt morte puniẽdus eſſet qui nõ pareret iudicato:



vt habes deut. xvij. ꝛ reuocatio pfugorum vſq: ad
mortẽ ſũmi ſacerdotꝭ decreta fuit/ ioſue. xx. Ter
tia demũ dignitas (ſcʒ vt eſſent gẽs nõ ꝓphana/
nõ ſuperſtitioſa/nõ ſacrilega: vt gẽtes ignorãtes
deum ꝛ colẽtes idola: ſed ſancta hoc eſt dicata deo
vero per verũ cultũ) manifeſta eſt. Petrus autem
aplus mutauit peculiũ in genus electũ: explicans
ꝛ ſpecialitatẽ electoꝝ: ꝛ originẽ ꝑ eternã electionẽ
ꝛ modũ exequẽdi electionẽ ꝑ viã generationis: ge
nerant̃ ſiquidẽ chriſtiani ꝑ baptiſmũ. Dignitateʒ
vero regni altiorẽ i inſinuauit ſacerdotali. Et vere
ſic eſt: q: ſacerdotiũ chriſtianum eſt ſacerdotiuʒ re
gni. ſicut euãgeliũ eſt euãgeliũ regni/ ꝓculdubio
eterni: vt explicat etiã aplus ad heb. ix. chriſtꝰ aſſi
ſtens põtifex futuroꝛũ bonoꝛũ: hoc eſt eorum q̃ in
futuro ſeculo expectamus. Cõſtat autem lõge me
lius ꝛ illuſtrius eſſe eternum dei regnũ ꝙ pſens
ſacerdotium: q̃m hoc ſacerdotiũ eſt ꝓpter illud re-
gnum ꝛ non econtrario. Rationabiliter itaq: mu-
tauit petrus/ dicens ſacerdotium regale/ ꝓpter
excellentiam eterni regni: cuius eſt ſacerdotiũ no
ſtrum. Et hoc ita accipito ſecundum literalem ſen
ſum ſcripture: vt non reſpuas etiam poſſe dici no-
ſtrum ſacerdotium regale/quia eſt ſecundum ordi
nem melchiſedech qui rex ꝛ ſacerdos fuit. Et hec
de ſecunda queſtione.

**Ad tertiam** Queſtionẽ de verbis eiuſdeʒ
petri apli/ad quẽ accedẽtes
ꝛc. rñdet̃ ꝙ ſermo eſt hic de ſacerdotio nõ ꝓprie: ſʒ
metaphorice. Quod ex cõtextu apparet. Tum ex
ꝓcedẽtibꝰ. nã metaphorico ſmõe ꝓponit lapides

Universidad de Deusto Biblioteca



viuos ⁊ ſupedificari/ ę domos ſpũales. Tũ ex ſe-
quentibus. nã metaphorico quoq; ſermone ſubiũ-
git ſpiritales hoſtias. Ex his em̃ manifeſtũ fit ꝙ
metaphorice quoq; loquit̃ de ſacerdotio exhortãs
fideles vt accedentes ad chriſtũ ſpũalib⁹ pedib⁹/
tanq̃ viui lapides ſupedificent̃ in ſpũales domos
⁊ ĩ ſpũale ſacerdotiũ ad offerẽdũ ſpũales hoſtias.
¶ Ubi clare patere põt totũ ſermonẽ eẽ metapho-
ricũ/ ⁊ ſignificari per hoc ſacerdotiũ virtutis quo
aliquis offert opa virtutis deo: vt ſupra diximus.
In cui⁹ ſignũ appellatũ eſt ſacerdotiũ ſctm̃ a ſcti-
tatis ꝟtute/ cui⁹ eſt afficere aĩm ad diuinũ cultũ: ſã-
ctitas em̃ licet credat̃ illa met ꝟtus q̃ eſt religio: in
hoc tñ ab ea differt/ ꝙ ipa p̃mo reſpicit aĩz/ religio
ꝟo opa. Un̄ vocantes exteriori cultui diuino/ reli-
gioſi appellant̃: ſancti aũt minime/ niſi aĩo mũdo
ad diuinũ ſe habeãt cultũ. Ad mũdo igit̃ aĩo offe-
rẽdũ ꝟtutis opa deo hortatus eſt/ dũ in ſctm̃ ſacer-
dotiũ puehere chriſtianos ſtuduit. Nec hinc ſeq̃t
aliqđ incõueniẽs aut dedecẽs ſacrã ſcripturã: qm̃
aliud eſt ꝓprie loq̃/ ⁊ aliud eſt metaphorice loq̃:
vt pꝫ. ⁊ metaphorica locutio frequens eſt in ſacra
ſcriptura. ¶ Ad id vero qđ deinde q̃rit̃ de ſpũali-
bus hoſtiis/ an meliores ſint ⁊c. rñdet̃ dicẽdo tria/
p̃miſſa tñ prius rõne nois. Act⁹ ꝟtutũ interi⁹ eli-
citi ⁊ interius impati/ ſi ad honorẽ dei fiũt: dñr ſpi-
rituales hoſtie ea cõi rõne q: hoſtie ſunt ſm ſpm̃:
ſicut domus ſpũalis dicitur q: dom⁹ eſt apud ſpi-
ritum. Interior autem virtutis actus ad deũ rela-
tus dicitur ſpeciali etiam ratione hoſtia ſpiritali. ſ.
rõne materie. ita qđ eſt nõ vtroq; modo ſpiritalis:



⁊ vocat̃ ſacrificiũ inuiſibile a ſanctis doctoribus.
¶ Primũ itaq; eſt: ꝙ ſpirituales hoſtie ſm rõnẽ ho-
ſtie/ ſunt diminutiue hoſtie: hoc eſt ſunt hoſtie ſm
quid/ ⁊ nõ ſimplr̃. Ita ꝙ li ſpiritalis eſt conditio/
quaſi diminuẽs rõnẽ hoſtie/ ſeu dicens hoſtiã ſm
quid: hoſtia em̃ ſimplr̃ ⁊ abſolute nomẽ eſt corpa-
lis ſacrificii. Exẽplũ. Domus eſt nomẽ rei corpo-
ralis: et ꝓptea dom⁹ ſpũalis nõ eſt dom⁹ ſimplr̃/
ſed metaphorice ſeu ſm quid. ¶ Scðm eſt: ꝙ ꝯparã-
do hoſtias ſpũales hoſtiis abſolute q̃ ſunt ſacrifi-
cia corpalia/ meliores ſunt ſimplr̃ hoſtie ſpirita-
les. Et rõ eſt: q: hoſtia ſpiritalis eſt ꝟtutis redden-
tis hoĩem deo gratũ/ ⁊ qua nemo põt male vti. ſa-
crificia autem ſtant cum immundo animo. ⁊ ille ſu-
nt proprie bonis: iſte autem cõmunes ſunt bonis
⁊ malis. vnde iſa. j. dñs dicit. quo mihi multitudi-
nẽ victimarũ vraꝝ? incẽſum abominatio eſt mihi.
Et tandẽ rationẽ reddẽs ſubdit: man⁹ vr̃e ſangui-
ne plene ſunt. Et dñs in euãgelio mat. ix. euntes di-
cite quid eſt miam volo ⁊ nõ ſacrificiũ: qđ ſcriptuꝫ
eſt oſe. vj. vbi adiũgit̃/ ⁊ ſciam dei pluſq̃ holocau-
ſtũ mia em̃ ⁊ ſcia dei ſpirituales ſunt hoſtie. ¶ Ter-
tiũ eſt ꝙ hoſtia noui teſtamẽti in ſeipſa quidẽ me-
lior eſt oib⁹: quũ ſit ipſe chriſt⁹ de⁹ nr̃. Sed oblatio
ei⁹ ex pte offerẽtiũ nõ eſt melior hoſtiis ſpiritalib⁹
ſed qñq; eſt peſſima: vt patet. Quum petrus ergo
aplus ad offerẽdas ſpiritales hoſtias inducit ad
meliores offerentib⁹ inducit/ q̃uis ad diminutio-
res in ratione hoſtie. Et hec de tertia q̃ſtiõe. poſo-
nij in feſto pauli primi eremite. M. D. xxiiij.

# Incipit quartū ientaculum de nouem beatitudinibus euangelicis.

OCcurrunt Quarto euange-
lice beatitudines
tractande/poſite matthe.v.
¶Circa quas anteꝗ̄ ſingule tra-
ctentur/ quinqꝫ occurrunt queſita.
Primum cur dn̄s in principio has
beatitudines propoſuit.ſecūdo cur multas:tertio
cur tot.i.nouem.quarto cur pluraliter.Et quinto
an gradatim enumerentur.

¶Et ad primum quidem queſitum /reſpōdetur
dominum in principio legis euangelice beatitudi-
nes propoſuiſſe duplici ratiōe. Altera eſt quia ſūt
fines:quia perfectiones iſte que vt beatitudines
proponuntur/ſunt in preſenti vita vt fines.Quod
ex eo patet/ꝙ quelibet earum proponitur vt ve-
ſtita beatitudinem ex ratiōe finis vltimi in patria.
in qualibet ſiquidem beatitudine ponuntur qua-
tuor.Primo perfectio aliqua:puta eſſe pauperes
ſpiritu/eſſe mitem ꝛc.ſecundo ratio beatitudinis
in verbo beati.tertio deriuatio beatitudinis in ver-
bo quoniam.quarto finis vltimus in patria pu-
ta regnum celorum/ poſſidere terram ꝛc. Quia



ergo in qualibet beatitudine ponitur finis vlti-
mus futurus in alia vita (puta regnum celorum
ꝛc.) ꝛ hic finis ponitur vt ratio beans actum pro-
pinquum tali fini:puta eſſe pauperem ſpiritu/eſſe
mitem ꝛc.conſequens eſt:vt quelibet ſit finis: bea-
titudo enim habet rationem finis. Et merito.naꝫ
huiuſmodi actus propinqui future vite/ſunt ſu-
preme perfectiōes huius vite:ꝛ ideo habent ratio-
nem finis. Et propterea ſaluator ſapientiſſime in
principio euangelice legis propoſuit vtrunqꝫ fi-
nem:et eum ſcilicet ad quem tandem tendimus aſ-
ſequendum in patria: et eum ſeu eos quibus me-
diantibus in hac vita appropinquamus ad finem
celeſtis patrie. finis enim habet rationem princi-
pij in operabilibꝰ: quia ex fine ſumitur ratio ope-
randi.¶Et hic habes quam differenter a philoſo-
phis ſaluator docuerit felicitatem huius vite. Il-
li nanqꝫ queſierunt huius vite felicitatem abſolu-
te/hoc eſt in ſeipſa: ſaluator autem docuit huius
vite felicitatem relatiue ad eternum patrie gau-
dium:et ideo vt dictum eſt/proponens beatos/ap-
ponit quoniam ipſorum eſt regnum celorum: aut
aliquid ſimile. Et propterea illi poſuerunt noſtrā
hic beatitudinem quaſi premium vltimum: ſalua-
tor autem ponit noſtram hic beatitudinem vt me-
ritum propinque pariens eternum in futuro pre-
mium. ¶Altera/ ratio eſt: quia huiuſmodi perfe-
ctiones rationem habent exemplaris: ad quod in
hac via inſpiciendo menſurare poſſumus quātum
proficiamus ꝛ quantuꝫ deficiamus a perfectionis
apice:vt quū aliquis circa ea que ſunt manſuetudi

Universidad de Deusto
Biblioteca



nis curat proficere/mẽſuret ſe aſpiciendo ad beati
tudinem qua dicitur: beati mites. ⁊ ſic de alijs.

¶ Ad ſecundũ queſitū (cur non vnã ſed multas
poſuit beatitudines) reſpõdetur ꝙ queadmodum
in domo celeſtis patris mãſiones multas eſſe do-
cuit: ita multas beatitudines eſſe in hac vita reue
lauit/ q̃ſi vias multas ꝑducẽtes ad celeſtẽ patriã:
vt hic diſcerem' nõ eſſe felicitatẽ euãgelicã in hac
vita ſicut felicitas quam ſtuduerunt ponere diuer
ſe philoſophorum ſecte/ quarum vna excludebat
aliam. ita ꝙ non erat felix verbi gratia apud peri-
patheticos/ niſi perueniens ad cõtẽplationem ſa
pientie ⁊c. Chriſtus enim poſuit ſic beatos in hac
vita pauperes ſpiritu/ vt poneret etiã beatos mi-
tes/ ⁊ rurſus poneret etiam beatos miſericordes
⁊c. ita vt qui miſericordie perfectiõe eſſet beatus/
non excluderet eum qui mundicia cordis beatus
eſſet et ſic de alijs. Mõſtraturq̧ hinc communes
eſſe toti humano generi beatitudines vie huius:
dum alius ſic ⁊ alius ſic ire poteſt.

¶ Ad tertium queſitũ de certo numero/ reſpon-
detur nouem apõ mattheũ a domino propoſitas
beatitudines cõſiſtentes in nouem aſſecutionib'
perfectionum. verum ſeptem prime (que ſole ↄſue
uerunt a multis dici beatitudines) conſiſtunt in
ſeptẽ ſtudijs agendi: vltimo vero due conſtituit in
perfectione non agendi/ ſed patiendi. Que inter
ſe diſtinguuntur ex diuerſa patiendi ratione: dum
ratio patiendi in octaua eſt deitatis confeſſio ſecũ
dum quãcũq̧ virtutem abſolute: in nona vero ra-
tio patiendi eſt confeſſio uerbi incarnati. qõ ſpecia



lem ingerere difficultatem immẽſitas myſterij mõ
ſtrat. ¶ Sed ad hoc queſitum plenior reſpõſio poſt
diſcuſſas oẽs btitudines/ apparebit non p̃tereũ-
do: quod ideo ſole p̃rie ſeptẽ ↄputanſ btitudines
ſole prime ſunt in p̃tãte ſtudij nr̃i poſite: vtpote in
actiõibus nr̃is ↄſiſtẽtes. nã reliq̃ due nõ ſunt in
poteſtate noſtra: perſecutiones enim in iniquorū
poteſtate ſunt: ⁊ ſi nemo nos perſequitur: nullus
eſt qui patiatur perſecutionem ꝑpter iuſtitiã aut
propter chriſtum. Septem igitur ſunt beatitudi-
nes abſolute: nouem autem ſupponit perſecutio
nibus contra iuſtitiam ⁊ cõtra chriſtum.

¶ Ad quartum autem queſitũ (cur quelibet bea
titudo pluraliter ꝑpoſita ſit/ dicẽdo beati) reſpon
detur hoc ideo factum eſſe: vt in qualibet beatitu-
dine multitudo comprehenderetur infinita hoim
qui poſſent ſi vellent eſſe ſecundum illam beati.
Ita vt non ſolum multitudo beatitudinum mul-
titudinem monſtret beatorum: ſed quelibet beati
tudo multos comprehendat in hac vita beatos:
dũ nõ ſingl'r dicit̃ beatus/ ſed pl'r dicitur beati.

¶ Ad quintum queſitum ne idem pluries repeta
tur: ſeruanda eſt reſponſio poſt declaratas ſingu-
las beatitudines: tunc enim ꝑintellectis ipſis bea
titudinibus/ gradus earum apparebit.

Circa Primam beatitudinẽ (ſci
licet beati pauperes ſpiri-
ritu/ quoniam ipſorum eſt regnum
celorum) ſcito duplicem inueniri ex
poſitionem. Primo vt declaretur
ꝑfectio hominis in ordine ad bona

Universidad de Deusto Biblioteca



temporalia: quales ſunt diuitie agri/domus/ & ce-
tera huiuſmodi. Secũdo vt declaretur perfectio
hoĩs in ordine ad queciũq magnificãtia hominis:
vt ſunt gloria/fama/dignitas/ſciẽtia/ſanitas/ pul
chritudo &c. Et iuxta primũ ſenſum/pauptatis no
mẽ proprie ſumitur: ſpiritus vero ſumitur pro vo
lũtate/non quacũq ſed ſpirituali: nõ quomodoli-
bet/ſed per modũ impulſus ſeu affect⁹. Ita q eſſe
pauperẽ ſpiritu/eſt velle ſpirituali ratione & im-
pulſu ſeu affectu paupertatẽ: ſiue ſecundum exte-
riorem poſſeſſionem ſit pauper ſiue non.

¶ Quod vt plenius intelligas/recole apud philo
ſophiã moralẽ duas inueniri virtutes circa diſpoſi
tionẽ hominis in huiuſmodi reb⁹: liberalitatẽ. ſ. &
magnificẽtiã. ſatis enim bene diſpoſitus eſt mora
liter homo in vſu hmõi exteriorꝝ bonorꝝ ſi eſt libe
ralis in mediocrib⁹/& magnificus in magnis. Lex
aũt diuina in veteri teſtamento altiorẽ videt inge-
rere pfectionẽ/auertẽdo interiorẽ affectũ ab hmõi
bonis. diuitie inquit ſi affluant/nolite cor appone
re. Et rurſus. beatus vir qui poſt aurum nõ abijt/
nec ſperauit in pecunie theſauris: quis eſt hic & lau
dabimus eũ. Euãgelica aũt doctrina perfectio-
rẽ animũ format. ad ɔtrariũ/paupertatem ſcilicet
conuertẽs. Et hoc dupliciter. Hoc eſt vel ad ſtatũ
paupertatis: iuxta illud. ſi vis perfectus eſſe: vade
vende oĩa que habes/& da pauperibus &c. Vel ad
internũ meritũ paupertatis: iuxta hãc beatitudi-
nem/beati pauperes ſpiritu. Ubi videre potes ad
quãtũ perfectionis apicẽ aſcendit pauper ſpũ/ſu
perato tam liberali q magnifico recte vtente tem



poralibus bonis ſupergato quo tollente affectũ
ſuum ab huiuſmodi bonis / dum affectum ſuum
ad contrarium/paupertatem ſcilicet habet. Et qr
paupertas non eſt laudabilis ſecundum ſe: ideo
non eſt dictum beati pauperes voluntate ſed ſpiri
tu/hoc eſt volũtate ſpirituali: qualis eſt voluntas
paupertatis ppter bonũ ſpũale. Et qm hmõi ſpi-
ritualis volũtas inueniri põt vel per modum acce
ptantis (cuiuſmodi eſt volũtas hominis parati ſu
ſtinere ppter bonum ſpũale paupertatẽ ſi illa fue
rit) vel p modũ affect⁹ ſeu impulſ⁹ (cuiuſmodi eſt
volũtas deſiderãtis ppter bonũ ſpũale pauperta
tẽ) & hic modus lõge preſtãtior eſt/& ſignificatur
per nomẽ ſpũs: ideo deſcripti hoc in loco paupe-
res ſpũ/ad ſummũ perfectionis apicẽ ſecũdum in
ternũ meritũ peruenerunt. Nec minores ſunt me-
rito eſſentiali his qui ob perfectionis ſtudium ex-
teriora relinquunt vt ſequantur chriſtum: face-
rent ſiquidem et hoc pauperes ſpiritu/ſi viderẽt
expedire.

¶ Aduerte hic tam pro hac q pro alijs beatitudi
nibus/cõſtitui beatitudinẽ in pfectionis apice ſic
vt pgreſſus & diſtinctio incipientiũ/pficientium/
& perfectorum admittatur in qualibet. Et perfe-
cti quidẽ beati abſolute dicũtur: alij vero qtum ſa
piũt illi⁹ pfectionẽ tm ſapiũt & beatitudĩs. Verbi
gratia. iuxta hanc beatitudinem perfecti ſunt qui
volũtate ſpirituali per modũ impulſus afficiũtur
ad paupertatem: et ſimpliciter dicũtur beati pau-
peres ſpiritu. At proficiẽtes vero ſunt qui ſpũali
volũtate parati ſũt/pauptatẽ ſi venerit ſuſtinere/

Universidad de Deusto
Biblioteca



Et quaſi incipientes ſunt/qui affluentibus diui-
tijs cor non apponūt. Unde et vtriq3 a beatis pau
peribus ſpiritu/non omnino excluduntur: ſed in-
ter ipſos quodammodo computantur. Et ſic de ſi
milibus. Hec de primo ſenſu.

Iuxta Secūdum autem ſenſum/quo optima
diſpoſitio hominis ad queq3 ipſus
magnificentia deſcribitur: paupertatis nomē me
taphorice ſumitur: ⁊ ſignificat inſufficientiā homi
nis ex ſeipſo. Et bene nota ꝙ non ſignificat inſuffi
cientiā hominis: ſed inſufficientiā hois ex ſeipſo.
¶ Quod vt plenius intelligas recolito hominē
ſicut et qualibet rationabilem creaturam duo ha
bere. Alterum ex ſeipſo: ⁊ hoc eſt inſufficientia et
vſr defectus. Alteruz ex diuina largitate: ⁊ hoc eſt
ſufficientia ⁊ vniuerſaliter bonū. Docuit hanc di-
ſtinctionem apoſtolus. ij. ad corin. iij. ſcribens: non
ꝙ ſufficiētes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi
ex nobis: ſed ſufficientia nrā ex deo eſt. Unde ma-
nifeſte cernis apl'm diſtiguere id qđ ꝯuenit nobis
q̄ſi ex nobis/⁊ hoc eſſe inſufficientiā: ⁊ id quod cō-
uenit nobis ex deo/⁊ hoc eſſe ſufficientiā. ¶ Quod
vt plenius adhuc intelligas/accipe exemplū ab
aere illuminato ſiue a ſole ſiue a lucerna: eſt enim
ibi diſtinguere id quod conuenit aeri ex ſe/⁊ id qđ
conuenit aeri ex illuminante: aer nāq3 ex ſe nullū
habet lumen: ſed quantum eſt ex ſe ſemper eſt tene
broſus: quicquid autem luminis habet/⁊ quicqd
pōt ex lumine quod habet: ab illuminante habet.
Sic quoq3 in nobis inuenitur: ꝙ nos ex nobis nul
lum habemus bonum/ſed defectus ⁊ inſufficiētie





pleni ſumus: ex deo autem habemus quicquid bo
ni habemus. Et ſicut in aere q̄tūcūq3 illumina-
to ſemper durat tenebroſitas quantū eſt ex parte
aeris (quia ſemper aer quantum eſt ex ſe tenebro-
ſus eſt) ita in homine ſemper perſeuerat ſecum in-
ſufficientia huiuſmodi: quia quantūcunq3 perfe-
ctus non ſolum in hac via ſed in patria homo ſit/
ſemper hanc cōditionē retinet ꝙ quantū eſt ex ſe
eſt inſufficiens ac defectiu9. propter quod de bea-
tis angelis ſcriptum eſt/tremunt poteſtates. Bo
na ſiquidem a deo nobis collata/non ad hoc con-
feruntur vt tollant huiuſmodi inſufficientiam: ſed
vt faciant nos vt dei miniſtros idoneos ac bonos/
ſufficientes ⁊c. Ita ꝙ nos tanq̄ ex nobis/ſemper
inſufficientes inuenimur: et noſmet tanq̄ dei co-
operatores ⁊ miniſtri/potētes/ſcientes/boni et
vniuerſaliter ſufficientes inuenimur. Habes er-
go ex his oib9 quid metaphorice paupertatꝫ no
mine in propoſito intelligamus: ſcilicet inſufficiē-
tiaz hominis ex ſeipſo. Spiritus nomine/interio
rem affectum p modū impulſus intellige.

¶ Reſta t vt explanetur quid ſignificat hoc cōiun
ctum/ſcilicet pauperes ſpiritu. Non enim ſignifi-
cat proprie loquendo habentes pauperem ſpiri-
tum. vnde et dominus nō dixit/beati paupere ſpi
ritu: quod ſignificaret habentes pauperē ſpiritū.
Et in promptu ratio eſt: quia ſpiritus non debet
eſſe pauper/ſed magnus et diues: puſillus enim
ſpiritus vitium eſt/ſicut ⁊ paupertas ſpiritualis.
Sed ſignificat vtētes in ſuo ſpiritu (id eſt affectu)
paupertate dicta: hoc eſt inſufficientia propria.

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Quod vt plenius intelligas / cōſidera hmōi pau
pertatē ſeu inſufficientiam non eſſe de genere bo-
norū̄ ſeu laudabiliū̄ / neqꝫ de genere peccatorū̄ ſeu
vituperabiliū̄: ſed conditionem neceſſario conco-
mitantem rationalē creaturam. Et licet ipſa inſuf-
ficientia non ſit in ſe laudabilis: vſus tñ eius ſm re
ctam rationē valde cōmēdabilis eſt. ¶ Dictat autē
recta ratio vt hmōi inſufficientia vtamur dupl'r in
ſtudijs et affectibus noſtris. Primo vt remouen-
te prohibēs: hoc eſt vt tollente impedimentū̄ opti
mi progreſſus ſpiritus noſtri. Impeditur ſiquidē
plurimum ſpiritus noſter ſi vtamur illo tanꝗ̄ ſuffi
cientes vſurpamus nāqꝫ tunc ſufficientiam noſtrā
miniſtrorū̄ dei / ꝛ facim⁹ noſtram abſolute: dum ad
ſtudia noſtra ꝛ opera noſtra procedim⁹ tanꝗ̄ ſuffi
cientes / quum tamen in veritate aut ſufficientiam
ad id habemus tanꝗ̄ dei miniſtri vel totaliter non
habemus. ſi enim vteremur inſufficientia nr̄a ap-
plicando illā ad remouendū̄ impedimentū̄ ſtudio
rum noſtroꝝ (hoc eſt ad remouendum hoc impe-
dimentum / quo ſcilicet procedimus in operibus
noſtris tanꝗ̄ noſipſi ſufficientes ſumus) ſic paup
tas hmōi redundaret in ſpiritum per laudabilem
ipſius vſum. Et ſic quum dicitur beati pauperes
ſpiritu: ſignificantur beati: in ſuo ſpiritu vtētes ſe-
ipſis tanꝗ̄ inſufficientibus. Acſi aperte diceretur.
beati qui in affectibus ꝛ ſtudijs ſuis ſe habent tāꝗ̄
inſufficientes ex ipſis. ¶ Utimur ſecundo laudabi
liter huiuſmodi paupertate ſeu inſufficientia per
redundantiaꝫ in noſtrum ſpiritum ſecundum con
formes ipſi paupertati ſeu inſufficientie affectus



conformis namqꝫ affectus huiuſmodi paupertati
eſt affectus ſubiectionis / recurſuſqꝫ ad eum a quo
eſt ſufficientia. Sicut enim extrinſecus pauper eiꝫ
obſecrationibus loquitur / non confidens in ſeip-
ſo / ſed recurrens ad alium ꝛ ſubijciens ſe: ita inter
na hec inſufficientia ſeu paupertas parit affectuꝫ
in ſe non confidentis / ſed recurrentis ad deum / et
ſubijcientis ſe illi et reuerentis ꝛc. Et ſic comple-
ctendo totum: beati pauperes ſpiritu dicū̄tur qui
in operibus ſuis et ſeipſis vtuntur vt inſufficien
tibus / ꝛ affectus habent conformes huiuſmodi
paupertati. Et hoc a multis doctoribus appel-
latur paupertas ſpiritus.
¶ Summa autem perfectionis huiuſmodi pauper
tatis vſu conſiſtere videtur: in hoc ꝙ homo quum
deliberate operatur intus vel extra / non ſolum ex
electione deliberata ꝛ ex humilitatis habitu incli
nante / ſed per modū̄ impulſus ſeu impulſiui affe-
ctus vtatur ſeipſo tanquam inſufficiente: et rur-
ſus quod homo in affectibus ſuis quos quaſi non
deliberando habet vtatur ſeipſo tanꝗ̄ inſufficien-
te: tanꝗ̄ is qui ſpiritu dei agitur. Et ad tam eminē
tem perfectionem deſignandā nomine ſpiritus ſal
uator vſus eſt / dicens beati pauperes ſpū̄. ¶ Quo
fit vt pauper ſpiritu excedat non ſolū̄ cōem apud
morales philoſophos / q̄ cōtra moralē ſupbiā re-
cte diſpoſit⁹ ponit: ſed etiā humilē apud ſacrā do-
ctrinā / qui contra reuelatā ſuperbiā bene diſpoſi-
tus eſt: quanto ſpiritus reuerentialis timoris dei
preſtantior eſt vtroqꝫ. Et humilitatis quidem ex-
emplū̄ atqꝫ magiſtrū̄ ſe dominus exhibuit dicēs /

Universidad de Deusto
Biblioteca



diſcite a me quia humilis ſuʒ corde/reuerentialis
autem ſpiritus efficaciam in ipſo domino ſcripſit
ap̄l'us/ꝙ in oībus exauditꝰ eſt pro ſua reuerētia.
¶ Extēdit aūt hec beatitudo ad quecūꝗ magni-
ficātia hominē (ſiue ſint exteriora bona/ſiue cor-
poris ſiue anime/tā naturalia ꝙ̄ gratuita) magni
ficamur em̄ ex diuitijs/gloria/honore/laude/ſani
tate/pulchritudine/ingenio/ſcientia/prudentia/
et demū in infuſis diuinis donis: ex quibus peri-
clitamur ne ſufficientiam quam in nobis tanꝗ̄ dei
miniſtris ponunt vt vſurpemus nobiſipſis. vnde
⁊ paulus dicebat: ne magnitudo reuelationum ex
tollat me ⁊c. Ex propterea qui ad hanc beatitudi
nem perueniūt/hi ſunt qui implent preceptuʒ pe
tri apoſtoli. ad omnia ſe habētes vt cooperatores
⁊ miniſtri dei. Ait em̄. vnuſquiſꝗ ſicut recepit gra-
tiam in alterutrum illam adminiſtrātes ſicut boni
diſpenſatores multiformis gratie dei: ſi quis loqꝫ-
tur quaſi ſermones dei: ſi quis miniſtrat tāꝗ̄ ex vir
tute quā adminiſtrat deus/vt in omnibus honori
ficetur deus. Et ſimile eſt de alijs operationibus
preceptum intelligenduʒ. quoniā eadem eſt ratio
omnium. Et quoniā internas noſtras diſpoſitio-
nes ex delectatione ⁊ triſticia cognoſcimus ⁊ men
ſuramus: ſi quis ſeipſum noſſe vult quantum vtat'
vel non vtatur ſeipſo vt inſufficiente in operibus
ſuis/aduertat quantū tangitur delectatione quaʒ
magnificatur/honorat'/laudatur ⁊c. ab alijs: aut
etiam quum ſibi occurrit ſe eſtimari/magnificari/
laudari ⁊c. ⁊ ſimiliter quantum tangitur triſticia/
quum cōtraria horū de ſeipſo occurrūt in animo/



vel ab alijs inferuntur. Qui enim huiuſmodi dele-
ctationibus vel triſtitijs tangitur/pauper ſpiritu
non eſt: quoniā pauperi ſpiritui nihil eſt admirabi
lius propria laude: nec gaudet aut triſtatur de hu-
iuſmodi/niſi pro quanto deus in ſuo miniſtro ho-
noratur vel dehonoratur.

**De premio** Autem huius beatitudinis
(ſcilicet quoniam ipſorū eſt
regnum celorum) duo dicēda eſſent. Primuʒ cur
regnum celoꝝ reſpondet huic beatitudini. ¶ Secū
dum cur hoc premium ſignificatur per verbū pre-
ſentis temporis: quū in alijs beatitudinibus po-
natur verbū futuri tēporis. Et hec ſecūda dubita-
tio communis eſt etiam octaue ⁊ none beatitudi-
ni: quoniā in his tribus ſignificatur premium per
verbum preſentis temporis: in reliquis vero ſex ꝑ
verbum tēporis futuri. Et rurſus in his tribus ſi
gnificatur per verbum ſubſtantiuum/ſcilicet eſt:
in alijs vero per alia verba/videbunt conſolabun
tur ⁊c. Sed hec communia in fine omnium beati-
tudinum dicentur. ¶ Ad primum autem in promp-
ptu eſt reſponſio ex illa diuina regula. qui ſe humi
liat exaltabitur. Rationis ſiquidem ordo poſcit/
vt qui voluntario ſpiritu paupertatem amplexus
eſt/aut ſeipſum abiecit vtendo ſeipſo vt inſufficiē
te exaltetur in regni celeſtis diuitias/celſitudinē/
dignitatē/gloriam ⁊c. que regni nomine importā
tur. Et hec de prima beatitudine.

Universidad de Deusto Biblioteca



CIrca Secũdã beatitudinẽ (bea
ti mites / quoniã ipſi poſ
ſidebunt terram) aduertendum eſt
mitem reſpicere duas materias:
quarum principalis eſt vindicta/
ſecundaria autem exterior mos. Et
quantum ad vindicabilium materiam ſpectat: mi-
tes dicuntur qui non vincuntur a malo/ſed vincũt
in bono malum: non enim vincuntur a malis iniu-
riarum/ire/perturbationis ⁊ triſtitie: ſed imper-
turbati ⁊ immutati acceſſibiles/⁊ tractabiles per
manent/ſicut prius erant anteq̃ huiuſmodi vindi
cabilia occurrerent. Vincunt aũt in bono malum:
dum affabiles/vtiles/ac ſuaues ſeipſos exhibent
his qui obiurgandi occurrunt. Et hoc proprium
videtur eſſe mitis. vnde apparet qđ mitis ſuperat
lenem/mãſuetũ/ac clementẽ: dũ placita ſuauitate
ſeipſum impugnantibus exhibet etiam vtilem.
¶ Eſt autẽ perfectio hec tanta/vt ſaluator ipſe ma
giſtrum ac exemplũ eius ſpecialiter ſe exhibuerit
(dicens/diſcite a me quia mitis ſum) ⁊ deum me-
reatur habere pro interno doctore: iuxta illud/do
cebit mites vias ſuas. Et moyſes (de quo nu. xij.
ſcriptum eſt q̃ erat mitiſſimus ſuper omnes homi
nes qui morarentur in terra) creditur a diony. ob
hanc virtutem habuiſſe tãtam cum deo familiari-
tatem. Apparet quoq̃ excellentia eius ex eo q̃ re-
ligionem ipſam reddit deo acceptabilem: teſtante
hoc dauid: qui vt ſua in deũ religio memorabilis
apud deum eſſet propriam interponit manſuetu-
dinẽ que minus quid eſt q̃ mititas dicẽs: memẽto



dñe dauid/⁊ omnis manſuetudinis eius: ſicut iura
uit dño/votum vouit deo iacob: ſi introiero in ta-
bernaculũ domus mee ⁊c. donec inueniam locum
domino/tabernaculum deo iacob ⁊c. Votũ ſiqui-
dem ⁊ iuramentũ de inueniendo tam ſolicite locũ
domino/quod fecerat manſuetudine interpoſita
memorabile apud deum proponit. vnde multo ma
gis acceptabilis foret ſi mititas fuiſſet allegata.
¶ In ſecũdaria vero materia (hoc eſt in moribus)
ſuperat mitis modeſtum ⁊ affabilem: dum ſicut in
animo ⁊ in ſuis moribus exterioribus placita ſua
uitate omnibus ſe exhibet/⁊ ſicut fructus arborũ
mitis ad ſe allicit. Quocirca totaliter (hoc eſt in
vtraq̃ materia) mites merito beati ſũt: vtpote ſuo
rum morum intus ⁊ extra poſſeſſores.

Et iure Aſſignatur eis pro premio poſſeſſio
terre: vt qui in hac vita iura ſua pro-
ſequi noluerunt ad ſuperandos occupatores/fiãt
poſſeſſores terre: non inſtabilis aeris aut fluentis
aque bonorum temporaliũ/ſed ſolide ac firme ter
re viuentium.

CIrca Tertiam beatitudinẽ (bea-
ti qui lugent/quoniam ipſi
conſolabuntur) occurit ſtatim que-
ſtio cur lugere ſine bonificãte aliquo
poſitum eſt inter beatitudines: quũ
lugere non ſit de genere bonorum: ſ3
computetur potius inter mala: quũ triſtitia ſit ma
la nature (iuxta illud eccleſiaſtici. xxx. multos occi
dit triſtitia/⁊ non eſt vtilitas in illa) ⁊ nõ ſit bona
moraliter. immo vt dicitur. vij. ethi. prudens non

Universidad de Deusto
Biblioteca



intendit triſtari: Et augetur queſtio ex eo / ꝙ paup-
tas poſita in prima beatitudine: quia non erat de
genere bonorum / poſita eſt cum adiuncto bonifi-
cante / dicendo beati pauperes ſpiritu: ⁊ non abſo-
lute beati pauperes: hic autem ſine adiuncto bo-
nificante dicitur beati qui lugent. ¶ Occurrit quo-
qꝫ queſtio altera / cur inter beatitudines annume-
ratus eſt luctus et non gaudium. In nulla eñ ha-
rum beatitudinum dicitur beati qui gaudent: quũ
tamen gaudiũ magis pertineat ad regnũ dei ꝙ lu-
ctus: ſcriptum eſt enim: regnũ dei eſt iuſtitia / pax ⁊
gaudium in ſpiritu ſancto.

**Ad primam** Queſtionem reſpondetur
de triſtitia poſſe loqui du-
pliciter vel abſolute / vel ex ſuppoſitione preſentiũ
malorum. Et abſolute quidem neqꝫ eſt bona natu-
raliter neqꝫ moraliter: quoniam ⁊ nocet nature (vt
pote inquietudo eius) ⁊ nullam habet rationem
moralis boni. Et ſic a prudentibus refugitur.
Suppoſitis autem preſentibus malis triſtitia bo-
na eſt: vt pote conſequens / et ad naturaliter ⁊ ad
moraliter bonos actus: ponit enim preſuppo-
ſiti preſentis mali in parte cognoſcitiua ſenſatio-
nem ſeu perceptionem: in parte vero appetitiua
refutationẽ. Et ambo bona eſſe ex eo patet ꝙ ma-
le diſpoſitus eſt qui preſentia malã aut non perci-
pit aut nõ refutat: vtpote inſenſibilis ſeu ſtupidꝰ
ſi nõ percipit / ⁊ corruptꝰ ſi non refutat: ex his eñ
duobus bonis fit triſtitia. Et quia in dubiũ nõ ver-
titur / ſed cõſtat mala eſſe in hac vita: ideo triſtitia
ſi alias habet circũſtãtias / inter bona cõputari po-



teſt in ſtatu preſentis vite. ¶ Nec eſt poſita a domi-
no inter beatitudines ſine aliquo bonificante: ſed
bonificatio eiꝰ ex parte materie ſignificata eſt ex
hocipſo ꝙ dictum eſt beati qui lugẽt: non hoc vel il-
lud / ſed qui lugent abſolute. Ex hoc enim ſignifi-
cantur ꝙ lugent nõ ob malum ſecundũ quid (qua-
le eſt omne malũ tẽporale) ſed ob maluz abſolute:
qđ ſolũ eſt id qđ eſt cõtrariũ abſolute bono qđ eſt
vita eterna. Ita ꝙ dicẽdo beati qui lugẽt dixit bĩ
q̃ lugẽt ob mala preſentia ꝯtraria vite eterne. ⁊ ſic
bonificauit luctũ ex ꝑte materie. Rurſus bonifica-
tus eſt luctꝰ ex parte agentis ſeu lugentis: ex hoc
ipſo ꝙ ſignificatus eſt per modum actionis ꝓcul-
dubio humane / ac per hoc voluntarie. ex hocipſo
enim ꝙ ponitur non quaſi illata paſſio / ſed quaſi
aſſumpta voluntarie actio: ad ordinem moralium
⁊ meritorium actuũ transfertur: lugere ſiquidẽ nõ
eſt tam triſtitia ꝙ triſtitie effectus / ſicut flere. Vñ ⁊
lugere dicuntur tã viri ꝙ mulieres / quãdiu lugu-
bres ſe exhibẽt ob mortem charorũ vel aliquid hu-
iuſmodi. ⁊ dñs ad ſamuelẽ primi reg. xvj. ait. vſqꝫ
quo tu luges ſaul: quuz ego abiecerim eum tanꝙ
in poteſtate ſamuelis eſſet lugere. eſt igitur actio
quedam. ¶ Et ſi his iunxeris / ꝙ lugere eſt ſecundũ
ſe triſte ⁊ amarum quid: reſultabit hinc ꝙ lugere
importat voluntariam actionem triſtem ſeu ama-
ram: ac per hoc vt medicinalem actionẽ aſſumptã
voluntas ſiquidem recta non aſſumit huiuſmodi
amara niſi ſicut medicus vtitur medicinis: quoniã
ex ſe non habent rationẽ appetibilis / ſed propter
aliud. Unde lugere ex hocipſo ꝙ ſignificatur vt tri-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtis actio voluntaria ſeu humana: bonificatum eſt
menſura recte rationis ac voluntatis. Et dicendo
beati qui lugent/ ſignificati ſunt qui officioſe lu-
gent. Et ex itegro ſignificationẽ adiuuãdo/ cũ oꝛ/
btiq̃ lugẽt: ſignificanṫ bti/ q̇ officio ſe lugẽt ob pñ
tia mala ꝯtraria vite eterne. Et ꝑpterea nõ opus
fuit aliquod adiunctũ bonificãs explicite appone
re/ ſicut in pꝛima beatitudine appoſitum eſt: pau-
pertas enim nõ habet rationem actiõis/ ſed ſigni
ficaṫ vt defect⁹: ⁊ ꝑpterea indiguit adiuncto boni
ficante. Secus aũt eſt de luctu ſignificato abſolute
per modũ actiõis humane: vt declaratum eſt.

Ad ſecundam vero queſtionẽ dicitur/
ꝙ quia beatitudines per
fectiones ſumme ponunṫ/ ⁊ gaudiũ pꝛeſentis vite
inchoationis magis ꝙ̃ perfectionis rationem ha-
bet (quoniam exiguum quoddam initium eſt eter
ni gaudij: vtpote carens pꝛeſentia boni eterni de
quo eſt) ideo inter beatitudines non eſt computa
tum ſecundum ſeipſum. Sed nec omnino pꝛeter-
miſſum eſt: quoniam poſitum eſt in ſuis radicibus
in ſexta ⁊ ſeptima beatitudine: quoniam mundi-
cia cordis iuge conuiuiũ eſt/ ⁊ pax gaudiũ magnũ
parit. Explicauit nihilominus dominus in nona
beatitudine gaudium/ non vt ipſam beatitudinẽ/
ſed vt annexũ/ dicẽs. gaudete ⁊ exultate/ quoniã
merces veſtra ⁊c. ꝓ Luct⁹ autem merito inter bea-
titudines locatus eſt: quoniam maximam ponit
perfectionem in viatoꝛibus inter tot ⁊ tanta mala
pꝛeſentis peregrinationis conſtitutis. Quod ſi
non percipis/ circũſpice pꝛeſentia mala a vita eter



na abducentia (puta quod quamdiu ſumus in coꝛ
poꝛe peregrinamur a domino ⁊ a patria celeſti/ ꝙ
caro concupiſcit aduerſus ſpiritum/ quod tot ma-
la peccatoꝛum pꝛopꝛioꝛum ⁊ alienoꝛum continue
emergunt/ quod creature facte ſunt in odium ⁊ in
tentationem anime hominum ⁊ in muſcipulam pe
dibus incipientium/ quod cogitationes moꝛtaliũ
timide ⁊ incerte pꝛouidẽtie noſtre/ ⁊ alia huiuſmo-
di) ⁊ videbis ꝙ̃ inſenſati ſumus qui hec pꝛeſentia
nobis mala non ſentimus/ ⁊ ſi percipimus/ ꝙ̃ alie-
ni a ſpirituali natura ⁊ vita ſumus ſi non diſplicẽt:
⁊ ſi diſplicere videntur/ ſi nõ pꝛopterea triſtamur
ſeu lugemus: ſed pertranſimus quaſi noſtra nõ in
terſit/ quaſi in ſomnis hmõi mala videamus/ quaſi
nõ vere diſplicẽãt. Et inde poteris ſuſpicere in cel
ſam illoꝝ perfectionẽ qui hec ſentiẽtes ⁊ abominã
tes (vtpote hñs ꝑ ꝯſuetudine exercitatos ſenſus
ad diſcretionem boni ⁊ mali) lugent. aut cum da-
uid/ heu mihi quia incolatus meus pꝛolongatus
eſt: aut cum paulo/ infelix ego homo quis me li-
berabit de carcere moꝛtis hui⁹: aut cũ ezechia/ re-
cogitabo tibi oẽs ãnos meos in amaritudine aie
mee: aut cũ ꝑpheta/ vidi ꝑuaricãtes ⁊ tabeſcebã/
q: eloquia tua nõ cuſtodierũt: ⁊ ſil'ib⁹. Et ſic vide-
bis quã neceſſariũ fuerit i cathalogo btoꝝ in hac
vita/ aſcribere etiam beatos qui lugẽt. Et merito:
quum enim delectabilia mundi huius plurimum
a virtute abducant/ multe ꝙ̃ ſunt propterea bone
animi diſpoſitiones ſeu virtutes poſite circa dele-
ctatiões ⁊ iuſtitias (vt continentia/ abſtinẽtia/ ſo-
bꝛietas/ temperãtia/ ⁊ penitẽtia) lõge excellẽtioꝛ

Universidad de Deusto Biblioteca



perfectio lugentium inuenitur: qui nō ſolū a delec
tationibus ſe alienāt/ſed,ad cōtraria ſe exerceruñt
aſſumēdo volūtariū luctū:ſortiti a celeſti patre in
hac peregrinatione irriguū inferius,ꝛ irriguus ſu-
perius:non vano aut ſterili luctui vacantes/ſed ſe
minantes in lachrymis:hoc eſt ſementinam virtu-
tem lachrymis luctus tribuentes in vitam eternā
fructificantem.

¶ Sub hac beatitudine cōprehenduntur qui in
hac vita ſtatum voluntarij luctus ſumunt ꝓ celeſti
patria:vt ſunt religioſi/ꝛ alie perſone abrenunciā-
tes deſiths ꝛ delectatiōibus carnis ac mūdi/ꝛ dei
ſeruitio in puritate ſe mācipantes in veritate.

¶ Quibus premiū ſuapte natura debitum reſer-
uatur quoniam ipſi cōſolabunt̄ in celeſti patria.
Hec de tertia beatitudine.

Circa Quartam beatitudinē (beati
qui eſuriūt ꝛ ſitiūt iuſtitiam/
qm̄ ipſi ſaturabuntur) dubium ſtatim
occurrit an iuſtitia in propoſito ſuma-
tur generaliter ꝓ rectitudine ſeu boni-
tate qua recti ſeu boni dicimur:iuxta quod ſcriptū
eſt/iuſtus ex fide viuit.vel ſpecialiter/ vt ſpecialis
virtus;eſt reddens vnicuiq̨ qđ.ſuū eſt:de qua ſcri-
bitur.diligite iuſtitiā qui iudicatis terrā. ¶ Utrin-
q̨ enim ambiguitatis ratio eſt. Nam ſi ſumitur ge-
neraliter iuſtitia/ſequit̄ ꝙ beatitudo hec cōis eſt
reliquis beatitudinibus:q꞉ quelibet alia beatitu-
do aliquā ſpecialē bōitatē ſeu rectitudinē ponit.
ꝛ ſic relique beatitudines cōprehenderentur ſub
iſta tanꝙ ſpecies ſub genere:qđ eſt abſurdum. Si



autem ſumitur iuſtitia ſpecialiter:ſequitur primo
ꝙ ad hāc beatitudinē ponatur ſpectare deſideriū
punitionis malorum:puta ꝙ homicida occidatur/
ꝙ latro ſuſpendatur ꝛc.qm̄ punitiōes hmōi iuſti-
tie ſunt:Sequitur ſecundo/ad hanc beatitudinem
ſpectare deſideriū punitionis ꝓprie:hoc eſt ꝙ ipſe
met puniatur iuxta propria demerita: qm̄ hoc iu-
ſtitia eſt. ¶ Utrūq̨ autem horum apparet incōue-
niens. Et primū quidē repugnat ſecūde beatitudi-
ni:qua mites non ſolum elongāt ſe a punitionib⁹/
ſed puniendis vtiles ſe exhibent. Secundū autem
contrariatur cōi viatorum deſiderio/in quoꝝ pſo-
na propheta dicit.non intres in iudiciū cum ſeruo
tuo/quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo om-
nis viuens:qui enim hoc petit proculdubio deſide-
rat ſe non ſubijci iudicio punitiuo.

Ad hanc Dubitationem dicitur/ꝙ vtroq̨
mō intelligi pt̄ hoc i loco iuſtitia.
Et ſi intelligitur iuſtitia ſpecialis/que reddit vni-
cuiq̨ qđ ſuum eſt.ſiſtendū eſt in hoc ꝙ eſt ſermo de
iuſtitia abſolute/et non de iuſtitia tali (puta puni-
tiua ſeu vindicatiua) et ſimiliter eſt ſermo de iuſti-
tia abſolute/ꝛ nō de iuſtitia in hoc:iuſtitia autē ab-
ſolute/bonū iuſtitie importat.ac per hoc ad beati-
tudinē hanc directe ſpectat deſiderare iuſtitiā ab-
ſolute/hoc eſt bonū iuſtitie;ex conſequenti autem
ſeu in caſu neceſſitatis ad eandem ſpectat non re-
fugere iuſtitiam talē/ꝛ ſimiliter non refugere iu-
ſtitiā in hoc. ¶ Et hinc ſoluunt̄ obiectiones.vtraq̨
nāq̨ obiectio de deſiderio iuſtitie punitiue/ſoluit̄
per hoc ꝙ nō eſt hic ſermo de iuſtitia tali:ſed de iu-

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtitia. Huius contrarium non petit peccator/dum
refugit iudicium:quoniam fugiendo vnum modũ
iuſtitie/petit alium iuſtitie modum. fugit enim iu-
dicari ſecundum propria merita/appetendo iudi-
cari ſecũdum merita chriſti:iuxta verbum pauli ad
phili. iij. vt inueniar habens iuſtitiam que eſt ex fi
de ieſu chriſti. Unde ꝛ ibidẽ propheta petit/exau-
di me in tua iuſtitia:manifeſtans per hoc/appete-
re ſe iuſtitiã dei/fugere autem iuſtitiã propriam.
¶ Si autem intelligitur iuſtitia generaliter pro
bonitate ſeu rectitudine:optime quadrat/nec ſe-
quitur aliquod abſurdum. Tum quia alie bea-
titudines non attendunt ad formalem rationem
generalis iuſtitie/ſed ad quaſdam ſpeciales ratio
nes:vt patet diſcurrendo per ſingulas. Et propter
ea formaliter loquendo non ſe habent alie beatitu
dines ad iſtam vt ſpecies ad genus. Tum quia bea
titudo iſta attenditur penes perfectionem huma-
ni deſiderij. quod in nulla alia beatitudine atten-
ditur:vt patet diſcurrendo per ſingulas. Conſur
git ſiquidem beatitudo hec ex inopia bonorũ ſeu
bonitatis inuente in preſenti vita:ſicut precedens
beatitudo (ſcilicet beati qui lugent) confugit ex
copia malorum preſentis vite. Ita qd ſicut i bꝫ ex
abundantia malorũ que in hac peregrinatione in-
ueniuntur perfecti lugent:ſic ex inopia bonitatis
inuente in hoc exilio perfecti eſuriunt ꝛ ſitiunt bo
nitatẽ. Et ꝓpterea magis cõſonat literali ſenſui
ſumere iuſtitiã generaliter ꝙ ſpecialiter.
¶ Eſt autẽ deſideriũ hoc nõ appellatũ deſideriũ
ſed fames ꝛ ſitis multiplici rõne. Tũ vt oſtẽdat ve



hemẽtia deſiderij:tã enim fames ꝙ ſitis vehemen
tem appetitũ importat. Tũ vt oſtẽdatur quaſi na-
turalitas/ꝙ quẽadmodũ tam fames ꝙ ſitis ex na
tura ꝓuenit:ita deſideriũ vehemẽs iuſtitie vt natu
rale ineſt perfectis ſm naturã ſpũalẽ/ſm quam ex
deo nati ſunt iuxta illud/qd natuꝫ eſt ex ſpũ/ſpũs
eſt. Tũ ad oſtendendã qualitatẽ indigentie: ꝙ ſcili
cet perfecti deſiderãt iuſtitiã ſeu bonitatẽ tanꝙ ci
bũ ꝛ potũ/quo indigent eſurientes ꝛ ſitiẽtes. Tũ
ad oſtẽdendã integritatẽ deſiderij/ꝛ ex parte deſi
derãtis:quia ſcilicet vtriuſqꝫ deſideriũ habet famis
ꝛ ſitis:hoc eſt anime ꝛ carnis:iuxta illud. ſitiuit in
te anima mea ꝙ multipliciter ꝛ tibi caro mea. Et
ex parte iuſtitie deſiderate vt cõpleti alimentis re
ſpondentis fami et ſiti:quoniam perfecti deſide-
rant bonitatem omnifariam.
¶ Locata eſt igitur in hac beatitudine perfectio
eoꝝ qui eſuriũt ꝛ ſitiũt iuſtitiã (hoc eſt iuſtitie bo-
num) vſqꝫ adeo inueniri ꝛ ſic vnicuiqꝫ dari qd ſuuꝫ
eſt/quoaduſqꝫ ad hoc perueniat vt deus ſit omnia
in omnibus:in hoc enim cõſummabitur omnis iu
ſtitia:quũ deus erit in omnibus ratio omniũ. ꝛ eſu
riunt ac ſitiũt iuſtitiã (hoc eſt rectitudinẽ bonita-
temqꝫ) inueniri ac augeri quoaduſqꝫ deus ſit oĩa
in omnibus:in hoc eñ cõſiſtit ꝯſummatio omnis
bonitatis. Et merito perfecti ſemper in hac vita
eſurire ꝛ ſitire ponuntur iuſtitiam:quia tanta eſt
hic penuria iuſtitie vt ſemper eſurientes ꝛ ſitien-
tẽs relinquat:iuxta illud. qui edũt me adhuc eſu-
rient/ꝛ qui bibent me adhuc ſitient. Quo fit vt ho
rum perfectio iuſtos ſuperet:ſunt eñ plus ꝙ iuſti

Universidad de Deusto Biblioteca



quibus nō ſufficit ꝙ ipſi ſint iuſti/ ſed eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiam magnificari. ⁊ ſunt plus ꝙ̄ boni: q̄bus non ſufficit ꝙ ipſi ſint boni/ ſed ipſi eſuriunt ⁊ ſitiūt bonitatē multiplicari/ ⁊ magnificari ⁊c.

**Iſtis** Merito ſaturitas que in hac vita haberi nequit/ in celeſti patria in premium reſeruatur: iuxta illud. ſatiabor quū apparuerit gloria tua. Hec de quarta beatitudine.

**CIrca** Quintā beatitudinē (beati miſericordes/ qm̄ ipſi miſericordiā conſequētur) recole miſericordiam virtutē eſſe ſubleuatiuam aliene miſerie/ hoc eſt defect⁹: nia enim directe reſpicit defectum vt tollendum. Et poſſunt in ea conſiderari tria: ſcilicet operatio exterior qua ſubuenit indigenti/ affect⁹ interior q̄ appetit ſubuenire īdigētib⁹/ ⁊ interior vtriuſq̄ ratio qua alienas miſerias ꝓprias facit; idō ⁊ appetit tollere illas ⁊ tollit illas ſi pōt. Vn̄ miſericors excedit tam beneficum ꝙ̄ munificum: cōmunicat ſiquidem cū eis in primis duob⁹/ hoc eſt in actu benefaciendi ⁊ in appetitu bene faciēdi. ſed ſuperior eſt eis in modo/ dum miſericors intrī afficitur vt alienos defectus ꝓprios faciat/ dū ſic ad eos tollendos ſe habet ⁊ afficitur quaſi propri eſſent.

¶ Eſt autem tante eminētie miſericordie virtus/ vt ſola inter virtutes deo propria dicatur (iuxta illud. deus cui ꝓprium eſt miſereri) ⁊ omnibus ſupemineat; iuxta illud pſal. miſeratiōes eius ſup oīa opera eius. Solus ſiquidem deus naturaliter eſt

miſerie



miſerie ſeu defectus expers: ac per hoc ſolus pōt in miſeriā abſolute/ q̄ omnē comprehendit/ ⁊ miſeratio eius que miſericordie actio formalis eſt/ quaſi ſupernatans in ſingulis ⁊ omnibus opibus dei inuenitur: non ſolū materialiter tollendo aliquem defectū/ ſed formaliter: q: ex intentione de⁹ ad hoc tendit vt tollat in ſingulis ⁊ omnibus aliquē defectum. Propter quod merito appropriatur ei non ſolum ꝙ eſt miſericors/ ſed ꝙ eſt miſerator: iuxta illud/ miſericors ⁊ miſerator dominus. ¶ Quo fit vt miſericordes tanꝙ̄ diuinā proprietatē participantes inter beatos cōputentur. Et vere ad ſummū perfectionis apicē in materia miſeriarū tollendarū aſcenderunt q̄ miſericordes ſunt ſimpliciter et abſolute: hoc eſt qui non ſolū iūctis ſanguine/ amicitia/ ciuilitate/ ⁊ ceteris hmōi neceſſitudinibus: ſed miſeris quicunq̄ ſint illi miſericordes ſe exhibēt. affectu quidem indefeſſe; opere autem iuxta vires vt ſemper ſint miſericordes: miſeratores autē quum poſſunt/ aut occaſio miſerationis ſe offert. ¶ Et licet proprias miſericordis miſerias miſericordia humana non tradat obliuioni (iuxta illud. miſerere anime tue placens deo) perfectio tū miſericordie ad alienas tollendas miſerias tendit: proprias eodem meritorio miſericordie actu tollēdas reddens.

**Et** Propterea reponitur miſericordibus in premium ꝙ ipſi miſericordiam in celo conſequentur: hoc eſt a miſerijs omnibus leuabuntur. Iure enim ab omni debet exui miſeria in patria/ qui in hac peregrinatione aliorum miſerias quaſi

Universidad de Deusto Biblioteca



ſuas curauit. Hec de quinta beatitudine.

CIrca Sextam beatitudinē (bea
ti mundo corde/quoniam
ipſi deum videbūt) duplex queſtio
occurrit. Prima eſt cur beatitudo
hec nō ſignificat aliquā perfectio
nem: mundicia enim nullam perfe-
ctionem ſignificat / ſed imperfectionem immun-
dicie excludit: ſicut non peccare nullam ꝑfectionē
ſonat / ſed imperfectionem peccati excludit. Om
nes ſiquidem beatitudines non ſolum perfectio
nem/ſed perfectionem ſummam ponere debent.
¶ Secunda eſt cur beatitudo hec nullam operatio
nem ſonat: quum omnis beatitudo ſecundum ope
rationem aliquā attēdatur: nam neq̄ mūdicia ne-
q̄ cor operationem ſignificat.

Ad primam Queſtionem dicitur / ꝙ licet
mundicia ſimpliciter et abſo
lute non ſignificet perfectionē: mūditia tamē tale
ſubiectum afficiens, magnam ponit perfectionem:
ſicut nō peccare abſolute/nullā ꝑfectionē ponit.
ſed non peccare poſitum in vtente libero arbitrio
magnā perfectionē ponit: maxima ſiquidem ꝑfe-
ctio eſt ꝙ homo vtatur libero arbitrio ſine peccato
ita in propoſito licet mundicia ſonet negationem
immundicie/ac per hoc nullā perfectionem ſignifi
cet: mundicia tamen afficiens cor magnam perfe-
ctionem ponit: quam dauid petebat/cor mundum
inquit crea in me deus.

Ad ſecundam Uero reſpondetur dupli
citer. Primo ꝙ operatio



poteſt ſignificari dupliciter. Uel in ſeipſa: vt dictū
eſt/beati qui lugent. Uel in ſua radice. Et ſic ſigni
ficatur in propoſito viuere in ſuo naturali ac coeuo
principio quod eſt cor/hoc eſt iterior pars noſtra:
iuxta illud math. xv. de corde exeunt cogitationes
male/homicidia/adulteria/furta etc. Et dicuntur
beati mundo corde habentes principium operum
ſuorum mundum: quoniam non poteſt arbor bo-
na malos fruct⁹ facere. ¶ Secundo dicitur/ ꝙ cor
pro quanto eſt naturale principiū ſemper in actu
non ſolum ſignificat illam rem que eſt principiū/
ſed etiam operationem: quia ſignificat principiū
vite in actu/ſicut edificans ſignificat eum qui actu
edificat. Et ſecundum hoc beatitudo iſta ſignifi-
cat operationem in ſeipſa: quoniam ſignificat bea
tos qui munde viuunt ab interno principio. Tota
liter ſiquidem mundā vitam ducere nō permittit
peregrinatio preſens: quoniā nōnullo ſaltem pul
uere greſſus humani inquinantur. Et propterea
dñs mundā vitā in hoc mūdo ex parte cordis deſi
gnauit/dicēs beati mūdo corde. ¶ Et quāuis hec
vita ex mūdo corde nō ſit totalr̄ (vt dictū eſt) mū
da tāte tñ excellētie eſt vt reddat hoīes pluſq̄ ꝑfe
ctos: ſi enim apud iacobū apoſtolū ſi quis in ver-
bo nō offēdit perfectus eſt: quāto pluſq̄ ꝑfect⁹ eſt
qui corde non offendit. Erudierat tā bñ iob ſuos
filios/vt ſecurus de mundis eorum operib⁹ ac de
munda lingua/veritus ne forte peccaſſent in cordi
bus ſuis: offerebat holocauſta per ſingulos. iob
primo. Et prouerb. xx. ſapiēs clamat. quis poteſt
dicere mundum eſt cor meū/purus ſum a peccato.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Merito ergo beati ſunt mundo corde: qui ſummã
mundiciam obtinentes/vitam mũdam ex corde
mundo ducunt.

Iſtis Promittitur in premiuz videre deũ/ du
plici ratione. Primo vt preſenti vite re-
ſpondeat vita eterna. tanꝙ qui hic talem vitã du-
xerit ſcilicet mundã/mereatur trãſire ad vitã eter-
nam/que conſiſtit in viſione dei: iuxta illud. hec eſt
vita eterna: vt cognoſcant te verum deum. ¶ Secũ
do vt diſcamus preparationem humane mẽtis ad
videndũ deum/nõ cõſiſtere in perficiendo partem
ſpeculatiuam (vt philoſophi tradunt/ponẽtes ſa-
pientes maxime appropinquare deo) ſed in perfe
ctione partis affectiue que cor vocatur. Ita ꝙ ex
hoc ꝙ non doctis ⁊ ſapientibus ſed mundis corde
promittitur viſio dei/ ⁊ ſcimus viam preparatio-
nem ac meritũ perueniendi ad videndũ deuz/ con
ſiſtere non in ſcientia ⁊ ſapientia ſed in cordis mun
ditia: ſcimus conſequenter ꝙ cõis eſt ꝑparatio via
ꝙ iſta omnibus hominibus quantũcũꝗ idiotis ⁊
ineruditis: quoniã mundiciam cordis minima ve
tula habere poteſt. Hec de ſexta.

Circa Septimam beatitudinem (bea
ti pacifici/qm̃ filij dei vocabun-
tur) vide primo gradus perfectorum ſe-
cundũ pacẽ. In primo ſiquidem gradu
ſunt/qui in ſeipſis pacem habent: hoc eſt tranquil
litatem ordinis/ita vt lex carnis non repugnet le-
gi mentis: ſed ita ſpiritus imperat carni/ vt totus
homo inhereat cũ tranquillitate deo. De iſtis ſcri
ptum eſt. pax multa diligentibus legem tuã. ¶ In



ſecundo vero gradu ſunt/qui etiã cũ omnibus ho
minibus pacẽ habẽt: iuxta apoſtoli mandatum. ſi
fieri poteſt quod ex vobis eſt cuz oĩbus hominibꝰ
pacem habentes. ¶ In ſupremo autẽ gradu ſunt/
quibus non ſufficit ꝙ in ſeipſis ⁊ cũ alijs ſint paca
ti: ſed ſtudent ad faciendam pacẽ. Unde ⁊ pacifici
vocantur. Faciunt autẽ pacẽ nõ hanc vel illã/ neꝗ
omnẽ pacẽ (quum ſcriptum ſit/nõ veni pacẽ mit-
tere in terram /ſed gladiũ) ſed faciunt pacem abſo
lute/hoc eſt celeſtem ſeu diuinam: quã ſaluator ſi-
bi propriam dixit/pacem inquit meam do vobis.
que inimicitiam tollit inter hominẽ et deũ: que cũ
ctis in homine repugnantibus tranquillitati cele
ſti contrariatur. Et rurſus faciunt pacẽ non inter
hos ⁊ illos/ſed ſimpliciter inter oẽs etiã pacis ini
micos: iuxta illud. cum his qui oderunt pacẽ eram
pacificus. Et ppterea dicitur abſolute/beati paci
fici. ¶ Hanc perfectionis beatitudinem inſinuauit
ſaluator in apoſtolis: mandãs illis vt pacẽ ſecũ fe-
rant in quãcunꝗ domum intrãtes: ⁊ dicant non ſo
lo verbo ſed ſtudio efficiendi deo cooperante/ pax
huic domui. Unñ ⁊ Matth. x. dicit. ⁊ ſi quidẽ domꝰ
illa fuerit digna/veniet pax veſtra ſuper eam.
¶ Quante autẽ eminẽtie ſit pacificatio: ex eo per
pendi poteſt/ꝙ pax trãquillitas ordinis eſt: ac per
hoc pacẽ facere eſt tranquillitatem ordinis effice-
re. Et ſi his adiũgas/ꝙ ordo ſummũ bonũ intrin-
ſecum vniuerſi eſt. cõſequens erit vt pacẽ facere ſit
efficere perfectionẽ ſummi boni/ac per hoc ſupre-
mum locũ teneat inter opera gubernationis. Aſſi
milat igitur maxime deo hominẽ pacificatio/et in

Universidad de Deusto Biblioteca



excelſo valde loco cōſtituit. Unde ⁊ in pſal. altitu-
dini montiū ſpūaliū hec perfectio tribuitur: ſuſci
piāt inquit mōtes pplo. Et merito ī ſupmo actio
nū beatoꝝ in hac vita hic dicitur/beati pacifici.

Et his Jure reſeruatur in premium/ qḋ fi-
lij dei vocabuntur. Simillimi quippe
deo eius filij ſunt: vtpote ex deo nati ⁊ diuine facti
conſortes nature. ¶ Signāter autem dicit vocabū-
tur/⁊ non dicit erunt. Tum quia in preſenti iā ſunt
filij dei: ⁊ non expectant ꝙ fiant ſed quod manife-
ſtentur: iuxta illud .j. ioan. iij. ⁊ nunc ſumus filij dei/
⁊ nondū apparuit quid erimus. Dicēdo ergo qm̄
filij dei uocabuntur/promittitur ꝙ manifeſtabun
tur filij dei. Tum quia inter homines multi ſunt fi-
lij qui non tractātur vt filij: ſed quaſi extranei aut
ſerui aut mercenarij habentur. Et propterea paci
ficis/qui iam filij dei ſunt/ promittitur ꝙ habendi
ſunt in celeſti patria vt filij. dū promittitur ꝙ filij
dei vocabuntur; quandoquidem vocatio conſona
eſt ad id qḋ vocatur. Hec de ſeptima.

Circa Octauam autē beatitudinem
(beati qui perſecutionem a
tiuntur propter iuſtitiam/quoniā ip-
ſorum eſt regnum celorum) duplex ſta
tim occurrit queſtio. ¶ Prima/an ſit
ſermo de his qui quomodolibet patiūtur .i. oppri
muntur/vexātur/affliguntur ⁊c. propter iuſtitiā:
an de his qui voluntarie patiuntur propter iuſti-
tiam. Nam ſi primo modo intelligeretur: ſequere
tur hoc abſurdum ꝙ quicunqꝫ quantumcumqꝫ in-
uiti ⁊ impatienter affligerentur propter iuſtitiam/



eſſent beati. Si vero ſecundo modo intelligitur/ſe
queretur ꝙ aliquis pateretur iniuſtum volens: qḋ
a philoſophis reputatur impoſſibile. Et patet ſe
quela: quia ex eo ꝙ patitur propter iuſtitiam pati
tur iniuſtum: ⁊ ex eo ꝙ voluntarie patitur volens.
¶ Altera queſtio eſt quomodo ſumitur hic iuſtitia:
in ſua ſcilicet communitate an reſtringatur. Nam
ſi iuſtitia ſecundum ſuam communitatem ſumi-
tur/non relinquitur locus none beatitudini: quo-
niam ſub iuſtitia ꝯprehenditur etiam illa. Si ve-
ro reſtringitur/oportet aut voluntarie reſtringe-
re, aut rationem reſtrictionis aſſignare: qm̄ in lite
ra nulla reſtrictionis nota ponitur.

Ad primam Queſtionē dicitur ꝙ pcul-
dubio hic eſt ſermo de pati
non ſimpliciter ⁊ abſolute (qm̄ pati nullū bonum
eſt) ſed de pati virtuoſe hoc eſt patienter ⁊ ex cha-
ritate: quod eſt pati voluntarie/ſaltē faciendo de
neceſſitate virtutē. Nec ex hoc ſequitur ꝙ aliquis
patiatur iniuſtum volens ipſum iniuſtum: quāuis
patiatur volens ipſum pati. vir enim bonus non
vult iniuſtum quod ſibi infertur/ ſed vult illatum
ſibi ſuſtinere.

Ad ſecundam Queſtionem dicitur/qḋ
hic eſt ſermo de iuſtitia
generaliter quidem ſumpta: vt tamē diſtinguitur
a myſterio verbi incarnati. ⁊ quod ratio reſtringen
di iuſtitiam immo reſtrictiuum ipſum habetur ex
litera ex hocipſo quod apponitur nona beatitu-
do circa myſteriū v̄bi incarnati. ipſa nāqꝫ diſtictio
harum duarum beatitudinum cogit fateri earum

Universidad de Deusto
Biblioteca



diuerſitatẽ:ac per hoc iuſtitiã in octaua/ſumi pro
iuſtitia abſolute ſecluſo incarnatiõis myſterio. Et
videtur directe iuſtitia cõſiderari abſolute in ordi
ne ad deũ etiã ſi myſteriũ incarnationis non eſſet.
¶ Quocirca illi in octaua locantur beatitudine:qui
tante perfectionis ſunt vt pro quocunq̃ virtutis
actu/eligant tolerare quaſcunq̃ eis illatas paſſio
nes: ſiue ille actus virtutis ſit ſecundũ legẽ diui-
nam/ſiue naturalez/ſiue canonicã ꝛc. Juxta hanc
enim beatitudinem machabei vt non comederent
carnes porcinas cõtra diuinã legẽ: ioannes bapti
ſta ne omitteret correctionẽ herodis/thomas can
thuarienſis ꝑ libertate eccleſiaſtica beati fuerunt:
nullus enim horũ paſſus eſt ꝓpter chriſtum ꝓprie
loquendo:ſed propter iuſtitiam/in fide tamẽ chri-
ſti:ſine qua nunq̃ fuit ſalus. ¶ Et quia contigit du
pliciter pati perſecutionẽ propter iuſtitiã (vel ita
ꝙ ꝛ paſſio ſit propter iuſtitiaz/ꝛ perſecutio tẽdat
cõtra iuſtitiã:vt in exemplis allatis inuenit̃/vel ꝙ
paſſio quidem ſit propter iuſtitiã/perſecutio autẽ
non tẽdat contra iuſtitiam/quamuis materialiter
ſit iniuſta:vt contingit his qui a ſuperioribus cre-
dentibus iuſte ſe facere affligunt̃:vt de multis ſan
ctis legitur inter religioſos verſatis) ſcito textum
principaliter de primo modo patiẽtibus propter
iuſtitiam ita intelligi. vt qui ſecundo modo patiũ-
tur propter iuſtitiam/non excludantur a numero
btõꝝ qui patiunt̃ ꝑſecutionẽ ꝓpter iuſtitiam.

Jſtis Regnum celorum iure datur: quoniã qui
in hac vita amplex⁹ eſt pati propter deũ
iuſtum eſt vt in futura vita ſublimetur in agere: ꝛ



qui hic non renuit alijs ſubijci ſublimetur vt alijs
preſit:que in regno celorum includuntur:regnan-
tes enim ꝛ precellunt ꝛ imperant.
¶ Sed nõ caret queſtione/cur in octaua hac bea
titudine repetitur premium prime beatitudinis/
ꝛ nõ eſt appoſitũ octauũ ꝑmiũ. Ad qđ reſponde-
tur duplici ratione hoc factũ eſſe. Primo vt quia
duo ordines beatitudinum ponuntur (ſcilicet pri-
mus penes agere ꝛ ſecũdus penes pati) factuz eſt
vt prima vtriuſq̃ ordis velut baſis ꝛ fundamentũ
reſpiceret ꝑmiũ/ꝙ inter ꝑmia eſt velut baſis ꝛ fun
damẽtũ:ſcilicet regnuz celorũ. Scđo vt neq̃ agẽs
patienti neq̃ patiens agenti preferatur: ſed cõfeſ-
ſores martyribus ꝛ martyres confeſſoribus equa
les in eſſentiali in gaudio monſtrarentur.

Circa nonam beatitudinez (bea
ti eſtis cũ maledixerint vo
bis homines/ꝛ perſecuti vos fue-
rint:et dixerint omne malum aduer
ſus vos mẽtiẽtes ꝓpter me:gaude
te ꝛ exultate/qm̃ merces veſtra co-
pioſa eſt in celis) multa occurrunt querenda. Pri
mo cur ceteris beatitudinib⁹ deſcriptis in tertia ꝑ
ſona:hec deſcribitur in ſecunda perſona/dicendo
beati eſtis. Secundo cur multiplicẽtur in hac bea
titudine tot vexationũ genera:ſcilicet maledictio-
nis/perſecutionis ꝛc. Tertio cur huic beatitudini
ſoli adiungitur gaudete ꝛ exultate. Quarto cur ꝑ-
miũ huius beatitudinis ſolius deſcribitur ſub ra
tione mercedis. Quinto cur in hac ſola beatitudi-
ne indeterminate ponitur premiũ:non enim deter

Universidad de Deusto
Biblioteca



minatur aliquid certum pro premio ſicut in aliȷs
beatitudinib⁹ (puta regnum celoꝝ/poſſidere ter
ram ⁊c.) ſed indeterminate dicitur/merces veſtra
copioſa eſt in celis.
Ad euidentiam hoꝝ aduertendũ eſt/
hãc nonã beatitudinẽ
ꝯſiſtere in patiẽdo ob ꝯfeſſionẽ xp̄i icarnati. Sin
gulariſſima ſiquidẽ tãti myſteriȷ nouitas/ſpecialẽ
habet difficultatẽ in nr̄a ꝯfeſſione: ⁊ ꝓpterea ſpe-
cialis perfectio poſita eſt in ꝓſiſtẽdo patiẽter/⁊ to
lerando varias tribulatiões ob hm̄oi ꝯfeſſionez.
Quocirca beatitudo hec licet cõueniat cũ ꝑceden
te in hoc ꝙ vtraq; cõſiſtit in pati ꝓpter bonũ: diffe
rũt tamẽ in hoc/ꝙ illa habet cauſam quaſi natura
lem patiẽter tolerãdi iniurias (qm̄ virtuoſoꝝ eſt
imperturbatũ ꝑſiſtere ⁊ immobile ĩ iniuriȷs) iſta
vero cãm habet omnino ſuꝑnaturalẽ qñquidẽ fa-
teri vnũ ⁊ eundẽ/hoĩem deumq; verũ eſſe ⁊c. oẽm
excedit facultatẽ intellectus: ⁊ ꝓpterea beatitudo
hec tã diſſimiliter ab aliȷs deſcripta eſt. nouiter ſi-
quidem inſerta generi humano tam ſupernatura-
lis perfectio/decuit vt multis quaſi priuilegȷs de
coraretur.
¶ Unde ad primum queſitum dicitur/ꝙ ideo in
ſc̄da perſona deſcripta eſt hec beatitudo. q2 noua
perfectio hec eſt inchoans in ipſis chriſti diſcipu-
lis: relique autẽ tãq̄ cões ⁊ antique/que pri⁹ erãt/
in tertia perſona deſcripte ſunt.
¶ Ad ſecũdum vero queſitum dicitur/ꝙ multipli
catio vexationuz ad hoc ſpectat/ꝙ chriſtus in chri
ſtianis ⁊ corde/⁊ ore/⁊ opere/refutandus eſſet:



habent enim chriſti perſecutores in corde chri-
ſtum odio/⁊ ore blaſphemant/⁊ tormentis per-
ſequuntur. Non ſic enim contingit in octaua bea
titudine: quoniam etſi propter iuſtitiam aliqui ve
xantur/iuſtitia tamen communiter ⁊ corde ama-
tur/⁊ ore laudatur: ⁊ illimet qui iniuſte vexati ſũt/
laudabiliter recenſentur inter virtuoſos. nos au
tem predicantes chriſtuz crucifixum/quia iudeis
eſt ſcandaluz/⁊ gentibus ſtultitia. ⁊ apud ſapien-
tes huiuſmodi ſuperſtitio omne genus mali inſe-
quitur. dum et odio habemur (quod ſecunduz an
tiquam tranſlationem hec litera primo loco po-
nit dicens. beati eſtis quum oderint vos: vbi nunc
legitur quum maledixerint vobis) ⁊ facto perſe-
quuntur nos/⁊ verbo dicunt omne malum aduer
ſus nos propter chriſtum. Omne igitur genus ma
li explicatur in hac beatitudine: quoniam totum
imminet patiendum ob chriſti cõfeſſionem: quod
communiter in aliȷs patiendi cauſis non eſt. ¶ Et
ſcito ꝙ contextui ⁊ materie conſonat antiqua trãſ-
tio. ſ. quum vos oderint homines. tũ q2 ſic explica
tur omnis gradus perſecutiõis. ſ. corde ore ⁊ ope
re. Tum quia ſic non bis ponitur perſecutio oris/
vt in noua fit tranſlatiõe: dum primo dicitur male
dixerint/⁊ ſecũdo dicitur dixerint omne maluz. vn
de corrupta videtur hec tranſlatio.
¶ Ad tertium queſitum dicitur/ꝙ huic beatitudi
ni annectitur gaudium ⁊ exultatio duplici ratiõe.
Primo vt queadmodũ explicite ꝯmemorant̄ i ea
tot mala/ita accumulent̄ bona: iuxta illud. ſm mul
titudinẽ doloꝝ meorum in corde meo: ꝯſolatiões

Universidad de Deusto
Biblioteca



tue letiſicauerũt aĩam meã. Scdo ad monſtrandũ
abundantiam gratie ſpiritusſancti que cõferenda
erat ſanctis martyribus noui teſtamẽti: iuxta illõ
ioan.vij. nõdum erat ſpiritus datus quia ieſus nõ
dum erat gloriſicatus. Quia ergo confeſſores chri
ſti non ſolum virtutem patiendi/ſed gaudendi et
exultandi in tribulationibus accepturi erãt: ideo
perfectis patientibus propter chriſtum dicitur
gaudete ⁊ exultate. Quod impleſſe apoſtolos ex
eo patet ꝙ ibant gaudentes a cõſpectu cõcilij: qm̃
digni habiti ſunt pro nomine ieſu contumeliã pa-
ti. Impleſſe quoqȝ ſanctos martyres/ex geſtis eo
rum patet. vnde laurentius inquit/gaudeo plane
quia hoſtia chriſti effici merui ⁊c.

¶ Ad quartum queſitũ dicitur/ꝙ ratio mercedis
ad excellentiam pertinet patientium propter chri-
ſtum: quia et ſi non ſunt condigne ſecundũ ſe paſ-
ſiones huius temporis ad futuram gloriam: ex eo
tamen ꝙ chriſti confeſſores chriſti membra ſunt/⁊
vt caput ſuum tueantur libenter patiuntur: ius ſi
bi vendicant future glorie tanꝙ mercedis debite
pro ſuis laboribus. Unde ⁊ paulus dicebat. bonũ
certamen certaui/curſum conſummaui/ fidẽ ſerua
ui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitie/ quã
reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. In
reliquis itaqȝ beatitudinibꝰ nulla facta eſt mẽtio
de mercede/ſed hoc vltime beatitudini reſeruatũ
eſt: quia in alijs nulla facta eſt mentio de chriſto:
cui in ſuis membris iure debetur eterna gloria: ſed
in hac ſola.

¶ Ad quintum queſitum dicitur/ꝙ indetermina



tio mercedis ad immenſitatem ſpectat premij. ex
hoc enim ꝙ indeterminate relinquit copioſa mer
ces infinitum inſinuatur premium: ⁊ hoc ad cõmẽ
dationẽ huiꝰ beatitudinis pre ceteris ſpectat. Et
merito: qm̃ ſi iuxta teſtimoniũ ſaluatoris/maiorē
charitatẽ nemo habet ꝙ vt aĩam ſuã ponat qs pro-
amicis ſuis: nemo maiorẽ habet perfectionẽ ꝙ qui
pro chriſto amico ſuo animã ſuam ponit. quod ad
hanc ſpectare beatitudinem conſtat. ¶ Poſtꝙ igit
octo btõꝝ genera in hac vita ſaluator deſcripſerat:
ad ſuos dirigẽs ſermonẽ diſcipulos/ nouũ beati-
tudinis genus in ipſis inchoandũ hac in nona bea
titudine deſcripſit: ſimulqȝ monſtrauit ad felicita-
tem eſſe ipſos electos/eo ipſo ꝙ ad cognitionem
et confeſſionem ipſius chriſti aſciti ſunt: vt pene-
trarent beatos ſe eſſe in vtraqȝ ſorte: ſcilicet ⁊ cum
bona a chriſto acciperent/⁊ quũ mala ꝑpter chri
ſtum paterentur. ¶ Quare autem excellentie ſit btĩ
tudo hec/nõ ſolũ ex allato dñi teſtimonium patet:
ſed ex eo ꝙ principes chriſtiane religionis (ſancti
martyres ſcilicet) in ea locati ſunt.

**Supereſt** Nunc vt ad tres reſer
uatas in fine huius
tractatus queſtiones ſoluendas re-
ſpondeatur. ¶ Ad primã igitur in
principio huius tractus ꝓpoſitam
quinto loco (an ſcilicet beatitudĩes
iſte gradatim enumerentur) reſpondetur affirma
tiue: ita ꝙ gradatim numerãtur/⁊ ſcdm merita ⁊ ſe
cundũ premia: ſemper naqȝ aſcenditur vtrobiqȝ.
¶ Et quidem ꝙ merita ſemper aſcendãt/declarat

Universidad de Deusto Biblioteca



ſummarie dupliciter. Primo ex parte materiarū.
Nā ſupra exteriora bona q̄ ſunt materia prime bea
titudinis/ſunt vindicabilia que ſunt materia ſecū
de:⁊ ſupra vindicabilia/delectabilia que ſunt ma
teria tertie: ⁊ ſupra hec ſunt debita cuilibet/que
ſpectant ad quartā:⁊ ſupra hec gratuita/ que ſunt
quinte:ſupra que eſt immundicia omnis/ quā tol
lit ſexta:ſupra quam eſt perturbatio/ quā tollit ſe
ptima:⁊ ſuper hec perſecutiões/quas ſupat octa
ua:⁊ ſupra omnes eſt omne perſecutionum genus
contra chriſtum/que ſuperantur;in nona. ¶ Secū
da ex parte interioris diſpoſitionis animi. Nam et
ſi bene diſpoſitus eſt qui nouit ſeipſum ⁊ externa
bona deſpicit iuxta primam beatitudinē. melius
tamen diſpoſitus eſt/ qui etiam quum deſpicitur ⁊
paruiſit/vincit in bono malū: ⁊ hoc melior eſt qui
vndiq̧ ſe in miſerijs circūſpiciens / luget hāc pere
grinationē:⁊ hunc preſtat cui propriū non ſufficit
bonū/ſed cuiq̧ debitum ſitit:huncq̧ excellit/ qui
nō ſolum debita cuiq̧ ſed gratuita vt ſubleuētur
appetit ⁊ efficit:qui autem ad vniuerſam vite mun
diciā aſcendit altior eſt:⁊ hunc ſuperat cui nō ſuffi
ciunt munda/ſed ſtudet ad tranquillitatem ordi
nis efficiēdam. ſuper hos quoq̧ omnes merito lo
catur/qui propter hec patitur ⁊ vincit perſecutio
nes:ſed in ſupremo iure ponitur/qui incarnati ver
bi luce pfuſus p illo omnia patiēdo ſuperat.
¶ Si vero ad premia ſpectetur:primū premiū in
uenitur q̄ beatorum eſt regnum celorum: ſed quia
noſtrum poteſt eſſe aliquid quod nō poſſidemus/
ſecundo ponitur poſſeſſio eiuſdem: ⁊ quia multa



poſſidemus cum triſtitia/tertio ponitur conſola
tio:⁊ quia conſolati quandoq̧ nō vſque ad ſatie
tatem cōſolamur/ideo quarto ſecuritas ponitur:
ita q̄ ponitur regnū celorū noſtrū/poſſeſſum con
ſolate vſq̧ ad ſatietatem:⁊ qm̄ ſatiati regno defe
ctui remanemus/quinto ſecuritas a periculis oīm
defectiuarū noſtrarū conditionū per miſericordie
conſecutionē ponitur:⁊ quoniā parū eſt corregna
re/ niſi cōuerſatio cū rege habeatur:ideo ſexto po
nitur viſio dei:⁊ qm̄ videre regem etiam ſeruitori
bus cōcedit/dignitas filialis ſuperadditur ſeptio
loco:vt beati regnēt cōſolati/ſatiati ſecuri /viden
tes deū vt filij dei:his aūt p̄ſtat regnū celorꝫ dupli
ci iure debitū.i. merito actiōis ⁊ merito paſſiōis:
qđ octauo loco ponit:⁊ omnia demū excellit mer
ces immenſa/que ob ſui infinitatem non ſpecifica
tur:que nono loco ponitur.

Ad duas Reliquas queſtiones in p̄mio pri
me beatitudinis propoſitas ( ſci
licet cur in beatitudine prima ⁊ octaua ac nona pro
ponitur premium per verbum preſentis tēporis/
in alijs āo p verbum futurum:et rurſus cur in il
lis tribus per verbum ſubſtantiuum / in alijs ve
ro per verba adiectiua ) reſpondetur q̄ differen
tia preſentis ⁊ futuri temporis monſtrat aliquid
premij eſſe preſens in hac vita/ ⁊ aliquid in futura
reſeruari vita. Differētia aūt verbi ſubſtātiui ⁊ ad
iectiui/mōſtrat differētiā inter ſubſtātiuū ius eter
ne felicitatis ⁊ ipſam eternam felicitatem in execu
tione:ita qđ ex hoc q̄ verbo ſubſtantiuo preſentis
temporis ( ſcilicet eſt) deſinitur premium eternū

Universidad de Deusto Biblioteca



ſignificatur ꝙ in preſenti vita beati habent ſubſtā-
tiuū ius eterni premij. Et vere ſic eſt: quoniam (vt
ioannes teſtatur) iam ſumus filij dei. ꝙ ſi filij ⁊ he-
redes: vt paulus inquit. Et quāuis quāto tempo-
re heres paruulus eſt / nihil differat a ſeruo: eſt ta-
men dominus omniū. Quia igitur in preſenti vita
adhuc poſitorum beatorum vere eſt regnum celo-
rum: ideo preſentis temporis verbo ſubſtātiuo di-
citur / quoniam ipſorum eſt regnum celorum. quia
autem executio poſſeſſorij ⁊ fructus in alia ſeruan-
tur vita: ideo per verba futuri temporis adiectiua
idem premium deſcribitur. Et quia ſubſtantiuum
ius eterni premij vnum eſt ⁊ commune omnibus
beatis. ideo in prima beatitudine vtriuſqȝ ordinis
(hoc eſt in prima ordinis agentium ⁊ in prima or-
dinis patientium) ponitur huiuſmodi ſubſtanti-
uum preſens / in reliquis autem ordinis agētium
multiplicitas fructuum qui in executiōe percipiū-
tur explicatur. P' Nona autem beatitudo multipli-
citer priuilegiata etiā hoc hȝ. Tum quia licet ſcda
ſit in numero patientium / caput tamen conſtituit
nouum patiendi: quoniam ſicut verbum incarna-
tum paſſum inſtaurat omnia / ita paſſio pro chriſto
inſtauratiuum eſt paſſionum: ⁊ propterea tanq̃ pri-
ma habet verbum ſubſtantiuum preſens. Tum et
melius ad denotandum ꝙ ſola hec beatitudo ex p-
pria ratione habet preſentiam premij celeſtis ſta-
tim: nam cetere beatitudines nihil habent in ſe vn-
de ſtatim ponant beatos in celeſti patria: quia nō
claudunt in ſe chriſtū mortuū / qui aperuit celos
(vnde ioānes baptiſta ⁊ alij priores quamuis bti
hic nō



hic non tamen celos ſtatim ingreſſi ſunt) nona au-
tem beatitudo chriſtum mortuum in ſeipſa conti-
net. Propter quod in futuro ſaluator ponit in illa
vexationes dicens. quum oderint / perſecuti fue-
rint / dixerint omne malum tanq̃ deſignans tem-
pus poſt ſuam mortem ac reſurrectionem. ⁊ pro-
pterea ſola nona beatitudo ſtatim hinc trāſfert in
celos ex propria ratione. Et ad hoc deſignandum
priuilegium / propoſuit ſaluator illius premium
per verbum ſubſtantiuum preſentis temporis. tā-
quam diceret: quod vos propter me patientes nō
expectaturi eſtis / ſed iam habetis mercedem co-
pioſam ſtatim vt hinc migratis preſentem. Et hec
de euangelicis beatitudinibus. In monaſterio
ſancti martini de ſacro monte pannonie / domini-
ca quinquageſime anni domini. M. D. xxiij.

Universidad de Deusto Biblioteca



# Incipit quintum ientaculum in quo quinq; tractã tur queſtiones.

OCcurrunt quinto tractan/de quinq; apud euangeliſtum ſententie. ¶ Prima habetur math. xv. munus quodcunq; ex me eſt/tibi proderit. ¶ Secunda habetur ibidem. omne quod in os intrat in ſeceſſum emittitur. ¶ Tertia habetur luc. xvj. qui fidelis eſt in minimo/& in maiori fidelis eſt & qui iniquus eſt in modico/iniquus eſt & in maiori. ¶ Quarta habetur ibidem. ſi moyſen et prophetas non audiũt/neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent. ¶ Quinta habetur Joãnis primo. quotquot avtem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri.

CIrca Scribarum & phariſeorum ſententiam/qua ſub ſpecie religionis tollebant pietatem. ambiguitas occurrit quid ſignificat traditio hec. qui dixerit patri vel matri: munus quodcunq; ex me eſt/tibi proderit. Nam aliquod horum trium videtur ſignificare. Aut ꝙ abſolute religio qua aliquid offertur deo/preferenda eſt pietati qua honoramus parentes. Et in hoc ſenſu traditio iſta irreprehenſibilis eſſet: quoniam ſanctam contineret doctri-



nam cuius oppoſitnm dominus teſtatur. ¶ Aut ꝙ in articulo neceſſitatis iam conſtitutis parẽtibus/filij religionis pretextu vacarent muneribus offerendis deo/omittẽdo pietatis officia debita parẽtibus. Et iuxta hunc ſenſum traditio hec iniquam contineret doctrinam: vt patet. Sed ex euangelico textu non videtur haberi hic ſenſus: quoniam nulla fit ibi mentio de neceſſitatis articulo in quo conſtituti preſupponantur parentes: non enim dicitur. ſi dixerit homo patri vel matri in neceſſitate conſtitutis: ſed abſolute ſi dixerit patri vel matri. Aut quod deo iam licite dicata voto a filijs/propter ſuperuenientem articulum neceſſitatis parentum non eſſent in ſubſidium ſeu vſum parentũ conuertenda. Et iuxta hunc ſenſum vſq; in hodiernum diez approbatur traditio iſta a multis doctoribus ſacris.

¶ Et emergit hinc literalis queſtio: an de munere dicãdo deo an de munere per votum dicato deo ſit ſermo quum dicitur/munus quodcunq; ex me &c. Magni ſiquidem refert vtro modo intelligatur. nam ſi de munere iam dicato deo per votum eſt ſermo: traditio phariſeorum diuinam videtur habere traditionem pro fundamento. Si autem de offerendo munere eſt ſermo/ſimplex religio in queſtionem venit.

Ad euidentiam Sententie huius ſciẽdũ eſt/dupliciter exponi poſſe traditionẽ ſcribarũ & phariſeorũ. Primo vt verba illa/munus quodcunq; &c. intelligantur

Universidad de Deusto Biblioteca



vt excuſantia. ſecundo vt intelligantur tanq̄ obli-
gantia. ¶ Et ſiquidem ſumantur vt excuſantia: tra-
ditio iſta conſiſtit in duobus documentis. Primū
eſt ꝙ filij vacarent diuinis oblationibus non curā-
do de ſubuentione parentum. Secundum eſt ꝙ fi-
lij excuſarent ſe cum parentibus de huiuſmodi cō-
miſſione ⁊ omiſſione his verbis munus quodcū-
q̄ ex me eſt tibi proderit. hoc eſt non credatis me
poſtponere curam veſtri: quoniam offerendo deo
curā veſtri habeo: quoniā quod offero deo / vobis
ꝓderit. ¶ Si vero v̄ba hec vt obligantia intelligāt:
ſenſus phariſaice traditionis eſt ꝙ ſi filius dixiſſet
parētibꝰ / totū quod eſt ex me volo offerre deo / ex
tunc obligatus erat filius ad diuina deo ita vt nō
liceret ei quicq̄ facere pro parentibus. Et hūc ſen
ſum magis ſonat textus euangelicꝰ: quoniā mar.
vij. poſtq̄ dictū eſt. ſi dixerit homo patri aut matri
corban quod eſt donum quodcūq̄ ex me tibi pro-
fuerit: ſubiungitur. ⁊ vltra nō dimittitis eū quicq̄
facere patri aut matri: vbi apparet ꝙ poſtq̄ filiꝰ di-
xerat illa v̄ba p̄ri aut m̄ri / vetabat̄ filiꝰ facere q̄cq̄
patri aut matri: ac per hoc obligationem incurre-
rat ex verbis dictis patri aut matri.

¶ Et iuxta hunc ſenſū collige quinq̄. Primo obli-
gationē filij ad diuina. que ex allatis marci verbis
habetur. Sc̄do authoritatem qua habebatur iſta
obligatio. ⁊ hec erat traditio ſcribarum ⁊ phariſeo
rum: vt in litera patet. Tertio modum quo contra
hebatur hec obligatio. Et ex textu habet̄ ꝙ ex hoc
ipſo ꝙ filius dicebat hec verba patri / conſurgebat
in filio hec obligatio: ſic docentibus ſcribis ⁊ pha-



riſeis / ſi dixerit homo patri aut matri ⁊c. Quarto
efficaciam huius obligationis / ꝙ erat adeo efficax
vt redūdaret in impietatē erga parentes. Et hoc
expreſſe dn̄s dicit. Quinto materiā obligationis.
Et hec erat totum quod erat ex filio. Et hoc inſi-
nuat textus dicens. ⁊ vltra non ſinitis eum facere
quicq̄ patri aut matri. vnde videtur ꝙ iſta obliga-
tio erat quedā mācipatio filij ad diuinū obſequiū.
Et tam arcte exigebatur a ſcribis ⁊ phariſeis / vt
non permitteretur filius facere quicquam patri
aut matri. ¶ Ubi patet multipliciter erraſſe ſcri-
bas ⁊ phariſeos. Primo ꝙ vbi nulla erat obliga-
tio obligationē inducebāt. non enim ex verbis ad
patrem aut matrem oritur mancipatio ad diuina:
ſed ex voto quod fit non homini ſed deo. Secūdo
in extendendo hm̄ōi obligationem ad negandum
omne obſequium patri. quū tamen nulla ſit tanta
mancipatio etiā ꝓfitentium tria vota religionis / q̄
non permittat multa facere patri aut matri.

Adqueſita autem retrogrado ordine re-
ſpōdēdo dicitur / ꝙ nō eſt hic
ſermo de munere dicato per votū. tum quia nulla
fit in textu mentio de voto. tum quia materia non
exigit vt admiſceatur obligatio voti huic textui
qui de traditione humana ⁊ non de voto quod ſpe
ctat ad traditionē diuinā loquitur. tum quia expſ-
ſe marcus euangeliſta interpretatur corbā hoc eſt
donum: conſtat enim ꝙ donum eſt datio liberalis:
ac per hoc non ex neceſſitate votiua offerendum.
Eſt ergo ſermo de munere dicando deo: ſiue illud
munus intelligatur conſiſtere in rebus exterio-

Universidad de Deusto
Biblioteca



bus/iuxta primam expoſitionez: ſiue intelligatur
conſiſtere in toto quod poterat filius/iuxta ſecun
dam expoſitionem:
¶ Ad primo vero queſita reſpondetur/ꝙ ſenſus
traditionis huius nullus illorum trium eſt deter
minate: ſed doctrina phariſeorum ⁊ ſcribarũ conſi
ſtebat in hoc/ꝙ religio tanti faciẽda eſt vt propter
eam nõ ſit curandũ qõ filius debeat patri aut ma-
tri/neq; ſit curandũ de diſtinctiõe an pater egeat
aut non egeat. Et hoc teſtãtur verba domini. pri-
mo dicendo ꝙ traditio iſta contrariatur precepto
de honore parẽtum: quod nihil aliud eſt dicere ꝙ
ꝙ nõ curat de debitis pietatis officijs erga paren
tes/ſiue debeat ex articulo neceſſitatis ſiue quo-
modolibet aliter. Scdõ dicendo/⁊ vltra nõ dimit
titis eũ quicq; facere fratri ſuo aut matri. Hinc em̃
manifeſte apparet ꝙ religionẽ adeo exigebant vt
pietas erga parẽtes ob religionẽ tolleretur: quod
cõſtat eſſe iniquiſſimũ. Hec de prima queſtione.

Circa Secundam dubitationem de
verbo domini/omne quod in
os intrat in ſeceſſum emittitur/phy-
ſicorum obiectio occurrit: falſam eſſe
hanc ſententiam ſic dicẽtium: quoniã
aliquid alimenti quod per os ſumimus conuerti-
tur in ſubſtantiam ſumentium: ac per hoc non to-
tum quod per os intrat in ſeceſſum emittitur.
¶ Ad hoc dicit̃/ꝙ licz multipliciter gloſari poſſit
verbum domini ſcriptum apud matheum: quia ta
men marcus euangeliſta ſuppleuit qõ matheus
tacuit de verbis domini: ideo expoſitiões oẽs ſu-



perflue apparent infra ſenſum literalem manẽdo.
Marcus enim capi.vij. aſſerendo hanc domini ſen
tentiam dicit. omne extrinſecus introiens in homi
nem non poteſt eum coinquinare: quia non intrat
in cor eius: ſed in ventrem vadit/⁊ in ſeceſſum exit
purgans omnes eſcas. Ubi manifeſte patet domi
num non dixiſſe omne intrans in os exire in ſeceſ-
ſum: ſed dixiſſe omne intrans in os exire in ſeceſſũ
purgans omnes eſcas: hoc eſt exire in ſeceſſum ſe
cũdũ partes purgatiuas eſcarum. ac ꝓpterea nul
lam eſſe ambiguitatem in domini ſententie patet
ſi integra referatur: ſed queſtioni locus eſt vbi nõ
integra ſententia affertur/vt a matheo recitatur.
Hec de ſecunda.

Circa Tertiam queſtionem (de
verbis domini. qui fidelis
eſt in minimo/⁊ in maiori fidelis
eſt. ⁊ qui iniquus eſt in modico/⁊ in
maiori iniquus eſt) ambiguitas oc-
currit quo ad primam ſententiam.
Tum ex experientia: quia multi fideles inueniun-
tur in rebus paruis/qui tamen in rebus magnis
ſeu maximis fidem violant: regnandi nanq; gra-
tia iuſiurandum etiam violant qui militarem ſem
per fidem ſeruauerunt. ⁊ ſic de ſimilibus.
Tum ex ratione: quia maius attractiuum ma-
iorem ingerit tentationem: ac per hoc qui non
ſuperatus eſt a paruo attractiuo/ſuperatur de-
inde a magno attractiuo vt fidem violet. vnde
non eſt ſecundũ rationem cõſequẽs/vt qui fidẽ ſer-

Universidad de Deusto Biblioteca



uat in minimo fidem ſeruet in magno.¶ Similiter
quo ad ſecundã ſententiã experientia teſtaṫ ꝙ mul
ti peccant in paruis qui tamẽ nõ peccarent in ma-
gnis: multi enim ſunt peccantes venialiter ⁊ men
tientes officioſe: q̇ nõ peccarẽt mortaliter/ qui nõ
mentirẽtur pernicioſe. Habet quoqꝫ ratio vt ſicut
nõ omnis infirmitas corporalis ducit ad mortẽ ita
nõ õis lapſꝰ ſpũalis ducat ad mortẽ aĩe: ac ꝑ hoc
non eſt conſequens: vt qui iniquus eſt in modico/
iniquus etiam ſit in magno.

Ad horum Euidentiã recolendum eſt/du
plicíter ad aliquid operandũ
nos poſſe comparari. vel ſecundum rationeꝫ habi
tualis virtutis ſeu vitij reſpicientis illud opus: vꝉ
quomodolibet contingat Verbigratia ad operan-
dum quod iuſtum eſt/poteſt homo ſe habere vel ſe
cundũ habitũ iuſtitie (hoc eſt ſecundum ꝙ inclinat
virtus iuſtitie habituata) vel quomodolibet ali-
ter: puta ex aliqua paſſione aut ex aliqua amicitia
vel odio ⁊c. Sicut etiam in artificialibꝰ edificator
poteſt ſe habere ad cõſtruendã domum vel ſecun-
dũ artẽ edificandi/vel qũolibet aliter edificando
prout vult. Quum autẽ fides de qua ſaluator loq̇-
tur virtus quedã ſit qua fiunt dicta: dupliciter de
homine fideli loqui poſſumus. Primo per ſe ⁊ for
maliter: hoc eſt quatenus fidelis/ ⁊ quatenus ex fi
de operaṫ. Et ſic ꝓculdubio q̇ fidelis eſt in ꝑuo/fide
lis eſt ĩ magno aut maio: qm̃ ꝟtutis obiectũ quũ
nõ ſit minimũ quid/ſꝫ magnũ aliq̇d ac difficile: vir
tus illa que ad minima ſe extẽdit/multomagis ad
magnũ tendit tanꝙ̃ ad ꝓprium obiectum. Si vero



loquamur de homine fideli per accidẽs (hoc eſt ſe
cundũ coniuncta aut aduẽticia accidẽtia) ſic nulla
eſt certa regula niſi ꝙ faciet prout volet. Et ex hoc
capite cõtingit vt multi fideles ſint in paruis qui
fideles nõ ſunt in magnis; nõ em̃ hoc ꝓuenit ex de
fectu fidei: ſed ex defectu nõ vtentis fide. nam quã-
tũ eſt ex parte fidei: qui ex fide bene ſe habet ĩ par
uis. multomagis ex eadem bene ſe haberet in ma-
gnis: ſed tales in magnis ideo infideles inueniun-
tur: quia aliunde mouentur ꝙ̃ ex fide. nulla em̃ vir
tus adeo firmat animũ hominis ad ſeipſam/quin
relinquat libertatẽ non vtendi ipſa. Et per hoc pa
tet obiectio ad primã obiectionẽ.¶ Ad ſecundã ve-
ro dicitur/ꝙ virtus cum ſit habitus de difficili mo
bilis ⁊ circa difficile. aut non eſt ſi a magno ſui ge-
neris attractiuo vincitur/aut ſi eſt ſuperat ſui ge-
neris quecũqꝫ impedimẽta. non em̃ temperãtia ſu
peratur a ſuperfluis delectationibus tactus: ſed
omnes eas moderando domuit. De attractiuo er
go tentante hominẽ ad perfidiã dupliciter loqui
poſſumus: ſcilicet per ſe vel per accidens. nã ſi loq̇
mur de attractiuo ſpectante per ſe ad genus fidei:
non eſt ratio maio: corrũpendi fidem in maiori at
tractiuo/ꝙ̃ in minori: quin potius facilius eſt de-
linquere fidelẽ circa minima/ꝙ̃ circa magna/quo
niã circa magna tanꝙ̃ circa ꝓpriũ obiectũ magis
vigilat virtus. Si vero de attractiuo extraneo ſer-
mo eſt/nihil officit propoſito: quoniã ſermo domi
ni per ſe ⁊ formalis eſt.

¶ Et per hoc facile patere poteſt quid dicendum
ſit ad obiecta contra ſecundam ſententiam. Nam

Universidad de Deusto Biblioteca



pꝛo poꝛtionabiliter dicendum eſt de vitio iniquita-
tis ſicut dictum eſt de fidei virtute:eſt enim ſermo
domini de iniquitate per ſe ⁊ formaliter. Et inten-
dit quod ſi quis ex iniquitate male ſe habet in mo-
dico/ex eadem iniquitate male quoqꝫ ſe haberet
in magno/ſi magna materia p̄ſentaretur;quoniã
iniquitatis obiectum non eſt paruum quid (quũ
modicum pꝛo nihilo reputetur) ſed magnum ali-
quid: ac per hoc ſi iniquitas eſt tanta vt etiam ad
minima deijciat animum/multo magis ad magna
flectet tanquam ad pꝛopꝛiam materiam. Unde et
pꝛouerbialiter dicitur.cani lugenti cinerem ne cre-
das farinam.

¶ Obiecta autem in oppoſitum ſimiliter ſoluun-
tur:quod ſcilicet militant ſecundum ea que ſunt ꝑ
accidens. Ex fragilitate ſiquidem humana ⁊ non
ex iniquitate peccant venialiter/qui non peccarēt
moꝛtaliter: ⁊ ſimiliter non ex mentiendi cõſumma-
to vitio mentiuntur ioc[o]ſe aut officioſe qui nõ mē-
tirentur pernicioſe:ſed ex alijs accidentibus.
¶ Non obſtat quoqꝫ adducta ſimilitudinis ratio de
infirmitate:quoniam non dicit dominus omnem
infirmitatem ducere ad moꝛtem:ſed ꝙ tam virtus
q̄ vitium ſi ducit ad modicum ſui generis/ducit
etiam ad magnum illius generis: obiectio autem
de genere in genus migrat: de infirmitate ſcilicet
non moꝛtali ad infirmitatem moꝛtalem. Stat itaqꝫ
domini ſententia per ſe ⁊ formaliter intellecta/fir-
miſſima veritate ſolida. Hec de tertia.



Circa Quarto loco pꝛopoſitã
ſententiã abꝛahe (ſi moy-
ſen ⁊ pꝛophetas non audiunt/neqꝫ
ſi quis ex moꝛtuis reſurrexerit cre-
dent) ambiguitas occurrit. Tum qꝛ
experiētia teſtatur ꝙ multi gētiles
ex miraculis viſis conuerſi ſunt ad fidem/qui nec
moyſen nec pꝛophetas audiſſent. Tum quia ratio
ad hoc ducit:vt plus moueantur a moyſe ⁊ pꝛophe-
tis ſi adiuncta fuerit reſurrectio alicuius moꝛtui q̄
ex moyſe ⁊ ꝓphetis ſolis.vnde vſqꝫ hodie non de-
ſunt chꝛiſtiani dicentes.ſi videremus vnũ moꝛtuũ
reſurgere/faceremus ⁊ diceremus ⁊c.

Ad hoc dicitur ꝙ ſententia hec abꝛahe dupli-
cem inſtructionem continet. Docet
nanqꝫ pꝛimo gratiam fidei: ꝙ ſcilicet fides donum
dei eſt: ⁊ non eſt opus ſolius hominis/quantũcun-
qꝫ moti a miraculis multis viſis. Et hoc aperte ſi-
gnificant verba hec abꝛahe/dicentia ꝙ quantum-
cũqꝫ moꝛtuus aliquis reſurgens teſtetur homini-
bus de penis inferni/non propterea credent. Hic
enim habemus ꝙ miracula viſa non ſunt ſufficien-
tia ad inducendum nos in fidei virtutem. Dico au-
tem notabiliter in fidei virtutem/ad excludendum
fidem coactam:qua ex euidētia miraculoꝛũ ⁊ ope-
rum etiam demones velint nolint credunt ⁊ cõtre-
miſcunt. ⁊ quoniam ad literam abꝛaham loquitur
de fide foꝛmata:qua carebãt fratres diuitis:qui ex
eo ꝙ abꝛaham vocat patrem/teſtatur ſe ⁊ fratres
ſuos fideles fuiſſe. Et infra hanc doctrinam manē-
do/nullam habet queſtionem abꝛahe ſententia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Sed vltra hoc docet ſecundo ſtatutā penam fide
libus paruipendentibus ſacras ſcripturas:ita ꝙ
ſententia hec intelligēda videtur vt reuelatiua di-
uini iudicij.vt hinc intelligamus diuina diſpoſitio
ne deſertū iri eos qui moyſen ⁊ ꝓphetas nō au-
diunt:⁊ ita induratos relinqui vt etiam ſi viderēt
miracula/non mouerentur ꝓpterea ad veram cha
ritatem.Et merito:quia ex eo ꝙ diuinam largita-
tem qua ꝓuidit nobis de moyſe ⁊ ꝓphetis( hoc
eſt de ſacra ſcriptura)deſpiciunt merentur/vt nec
per miracula viſa cōuerſionis gratiā cōſequātur:
nam tales ſe habēt ad veram cōuerſionem in deū
tanq̄ non diuine gratie ſed humanū tantūmodo
opus ſit vera ad deum conuerſio:inde ſiquidē aſſe
uerant/ꝙ ſi viderent mortuū reſurgere ꝙ facerent
et dicerent ⁊c.Quo fit vt adeo ſibipſis relinquan-
tur etiam quū miracula vident/qui in ſeipſis con-
fidunt ꝙ ſi miracula viderent non conuerterētur.
Et ꝙ ita ſit vt abraham dixit/teſtatur ioan.euāge
liſta ca.xj.diſtinguēs inter iudeos preſentes reſur
rectioni lazari ꝙ quidam crediderunt quidā autē
abierūt ad phariſeos ⁊ dixerūt eis que fecit ieſus
⁊ inde pōtifices ⁊ phariſei cōcilium collegerūt vt
interficerent ieſum.Ex hoc enim ꝙ preſentium in
reſurrectione lazari quidā crediderunt in chriſtū/
⁊ quidā non:manifeſta ſit veritas ſentētie abrahe
ꝙ non ex hoc ꝙ aliquis ex mortuis reſurgit credūt
homines/ſed ex dono dei.eſt ſiquidem credere/do
num dei:vt apoſtolus dixit.

**Ad obiecta** Autem in oppoſitū dicitur/ꝙ
licet cōe ſit tam fidelib⁹ ꝙ inf



fidelibus hoc( ſcilicet ꝙ credere eſt donum dei/et
non ex ſolis nobis quātūcūq; videam⁹ miracula)
diuina tamē ꝓuidētia/differētia ordinata videtur
inter fideles ⁊ gentiles.ꝙ fideles qui habent moy
ſen ⁊ ꝓphetas ſi non audiunt illos/relinquātur
ſibiipſis vt nec ex miraculis conuertantur:genti-
les autem qui hoc ſacrilegio diuina non contēpſe-
runt/miraculis adiuuandi ad cōuerſionē ſint.vn-
de marcus euangeliſta de cōuerſione infideliū di-
cit.domino cooperante ⁊ ſermonē confirmante ſe
quentibus ſignis. Et ad hāc denotādū differētiā
abrahā dānato diuiti dixit.habēt moyſen ⁊ ꝓphe
tas audiant illos/ſignificatur enim per hoc ꝙ fra-
tres illius diuitis erant de numero fideliū qui ha
bebant moyſen ⁊ prophetas.Unde obiectio de gē
tilium conuerſione ob miracula/non militat con-
tra hanc ſententiam.

¶ Ad alteram vero obiectionē dicitur:ꝙ licet mul
tiplicato motiuo ad cōuerſionē/facilior ſit ceteris
paribus hominis cōuerſio:in penā tamē datur fi-
delibus cōtēnentibus traditiones ſacrarum ſcri-
pturarum vt nec ex multiplicatis motiuis extrinſe
cis conuertantur.Arrogātibus enim ſibiipſis cō
uerſionē ſi viderēt miracula reſiſtit deus ſubtrahē
do cōuerſionis gratiā:ſcriptum eſt enim.ſuperbis
deus reſiſtit.¶ Et eſt ſententia hec abrahe intelli-
genda regulariter.nam non eſt propterea alliga-
ta manus dei/vt non poſſit ex ſpeciali gratia con-
uertere aliquem huiuſmodi contemptorem exci-
tando ſimul illum ex aliquo viſo miraculo.Hec de
quarta.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CIrca Uerba ioannis euāgeliſte
quīto loco ꝓpoſita (quot
quot autem receperunt eum/dedit
eis poteſtatem filios dei fieri) tri-
plex ambiguitas occurrit.¶ Prima
eſt quid ſit huiuſmodi poteſtas.
¶ Secunda eſt quomodo ſtant iſta duo ſimul.ꝙ re
ceperunt deum/⁊ ꝙ non ſint filij dei ſed habēt po
teſtatem vt fiant filij dei.Nam ſi receperunt eum/
iam ſunt filij dei:⁊ ſi ſunt filij/non opus habent vt
fiant filij: quod enim iam eſt/non poteſt amplius
fieri. Et econtra ſi poſſunt fieri filij:ergo non ſunt
filij:⁊ ſi non ſunt filij/non receperunt eum.¶ Ter-
tia eſt quomodo conſonant ſibijnuicem hec duo.
ſcilicet poteſtas ⁊ fieri.Nam poteſtas actiuum ſi-
gnificat principium:ac per hoc actionis eſt: fieri
vero paſſionem ſignificat. Diſſonant ergo abinui
cem quod ſit poteſtas fieri.tanꝙ ſi diceretur pote-
ſtas patiendi.quod videtur implicare contraria ſi
mul:poteſtas enim eſt poteſtas faciendi/⁊ nō pa-
tiendi.

AD horum Euidentiam duo ſunt preno-
tanda.Primū eſt diſcretio ei⁹
quod eſt dei/ab eo quod ex nobis eſt in receptione
qua deum recepimus per fidem.Interueniunt ſi-
quidem in huiuſmodi receptione duo: hoc eſt do-
num dei/⁊ volūtarium opus noſtrum.Nec ſeparā
tur hec duo ſecundum tempus.vt vel prius tempo
re ſit opus noſtrum ꝙ donum dei/vel prius tēpo-
re ſit donū dei ꝙ opus noſtrum:ſed ſimul tempore
efficiēte nos dono dei/recipimus ipſum credēdo.



¶ Secundum eſt diſcernere inter id quod de facto
diuina prouidētia diſpoſuit/⁊ id quod potuiſſet ſi
voluiſſet aliter diſponere.Nam de facto diſpoſuit
diuina largitas/vt donū dei annexū haberet donū
diuine filiationis ꝑ adoptionē: ordinauit ſiquidē
immobiliter vt credētes in eū/diuie eſſent nature
cōſortes Potuiſſet autē ſi voluiſſet ordinare/vt
donū fidei nō haberet filialis adoptionis donū an
nexum:ſed aliquod aliud premium apponere fide
libus ſuis dandum:quum nulla appareat ratio ne
ceſſarie connexionis inter fidem ⁊ celeſtem filia-
tionem.

¶ Quib⁹ ꝓlibatis dī:ꝟba ioānis euāgeliſte dupli
citer poſſe exponi.Primo de receptione ꝑ fidē vt
ſic:hoc eſt abſtrahēdo a fide formata charitate. Et
iuxta hunc ſenſum poteſtas eſt ipſa fides.que vt
eſt qua credimus/vocatur fides:vt aūt eſt qua poſ
ſumus operari ad diuinū cōſortiū nobis ꝓmiſſuz/
eſt poteſtas qua poſſumus filij dei fieri. Et ſic reci
piendo deū per fidem:nō ſumus adhuc ſeu ex hoc
filij dei/ſed poſſumus filij dei fieri per charitatem:
que ſola diſtinguit inter filios dei ⁊ filios perditio
nis.Et licet hmōi ptās ſit ptās agēdi/q: eſt ptās
operādi referēdo illā ad opa noſtra:eſt tñ cū hoc et
ꝑ hoc ptās patiendi/referēdo illā ad fieri ⁊ eſſe fi-
lium dei.Nam per opera fidei preparamur ad hoc
vt fiamus filij dei ab ipſo deo:⁊ non ad hoc vt fa-
ciam⁹ nos ipſos filios dei.Et propterea euangeli-
ſta non dixit/dedit eis poteſtatez filios dei facere:
ſed dixit filios dei fieri. Ut ptās relata ad vltimuz
terminū ſcilicet eſſe filiū dei/demonſtraretur ptās

Universidad de Deusto Biblioteca



non agendi ſed patiendi: relata vero ad opus pro
pinquū quo pparamur ad hoc vt fiam⁹ filii dei/in
telligat actiua in libertate noſtra poſita. Et ſic ſa
pientiſſime ⁊ conuenientiſſime vtrūq; ſimul dixit: ſcʒ
poteſtatē/denotādo p hoc libertatē noſtrā ad co
operandū: ⁊ fieri filios dei/denotādo p hoc ꝙ non
facimus nos ipſos dei filios ſed a deo ſim⁹ filij dei.
Et per hoc patet ſolutio omniū obiectorum iuxta
primū ſenſum. ¶ Si vero exponant verba euange
liſte de receptiōe dei p fidē formatā charitate: idē
eſt ſenſus: ⁊ eadē eſſent repetēda. excepto ꝙ hic nō
eſſet niſi ordo nature inter fidē ⁊ charitatē/⁊ inter
fieri ⁊ eſſe filiū dei. Vn̄ qui ſunt perſpicacis ingenij
et intelligunt quid interſit inter ordinē temporis
⁊ ordinē nature. applicare facile pn̄t pdicta ordi
ni nature. Nā vt ſummarie dicat: poteſtas eſt ipſa fi
des: ⁊ quotquot p fidē charitate formatā recepert
eū/ſimul tēpore receperunt tria: ſcʒ poſſe fieri fi
lios dei/ fieri filios dei/⁊ eſſe filios dei. Primū p
fidē: ſecundū p charitatis ſuſceptionē: tertiuʒ per
ipſam charitatē. Sed primū prius natura ꝙ ſecun
dum/⁊ ſecundū prius natura ꝙ tertiū. ¶ Et ſecun
dum vtrūq; ſenſum ſignificauit euāgeliſta libera
litatem diuinā quā recipimus eum: qm̄ hinc didi
cimus ꝙ receptionē ſuā opus quodāmodo noſtrū
donat diuina bonitas gratia fidei ⁊ poteſtatis di
uine filiationis/⁊ ipſa etiaʒ diuina filiatione q̄nq;:
hoc eſt ſi perfecta eſt receptio: hoc eſt ſi ex toto cor
de eum recipimus. Hec de quinta ⁊ omnibus ppo
ſitis. Bude in die ſancti gregorij. M. D. xxiiij.

Incipit



# Incipit ſextum ientaculum in quo ſex tractantur.

Occurrunt Sexto in his diebus domi
nice paſſionis tractanda ſex.
¶ Primum verba domini in cena.
non bibam de hoc genimine vitis
vſq; in diem illum quum illud bibā
vobiſcum nouuʒ in regno patris mei. ¶ Secundū/
verbum dn̄i ad iudam in eadem cena. qō facis fac
citius. ¶ Tertium/verbum domini, ad petrum quū
percuſſit malchum. conuerte gladium tuū in locuʒ
ſuum: omnes enim qui acceperint gladiū/gladio
peribunt. ¶ Quartum apud marcum euangeliſtā.
adoleſcens autem quidam ſequebatur eum ami
ctus ſindone ſuper nudo/⁊ tenuerunt eum ⁊c.
¶ Quintum/erat auteʒ paraſceue paſche. ¶ Sextū
apud ioannem. accipite eum vos ⁊ crucifigite.

Circa Primum difficultas non
nulla eſt: quia nō apparet
ꝙ nouum vinum biberit ſeu bibitu
rus ſit chriſtus cum apoſtolis in re
gno patris ſui.

Ad hoc Dicitur ꝙ quum dominus dixit/
quum bibam illud vobiſcuʒ nouū/
li nouum poteſt eſſe nomē ⁊ poteſt eſſe aduerbiū.
Et ſi eſt nomen: eſt ſermo de ſpirituali vino/hoc

Universidad de Deusto Biblioteca



eſt gaudio nouo quod chriſtus in reſurrectiõe ſua
ob nouam corporis immortalitatē aſſecutus eſt.
ita ꝙ intendit ſe non amplius bibiturum corpora
le vinū/ donec tranſeat ad ſpirituale vinū.i.gau-
dium immortalitatis. Quod bibiturus erat cum
apoſtolis:q̄m participes eos erat facturus illius
gaudij:iuxta illud.iterū aūt videbo vos:τ gauda-
bit cor veſtrū/τ gaudiū veſtrum nemo tollet a vo-
bis. Et hic ſenſus cõſonat v̄bis relatis a luca euā-
geliſta:dū refert dn̄m non ſolū de potu ſed de ci-
bo dixiſſe/ex hoc nõ manducabo illud donec iplea-
tur in regno dei. Manifeſtãs ꝙ donec impleretur
paſca(hoc eſt donec figura tranſiret in veritatem:
hoc eſt chriſtus imolatus in cruce/expoliato infer
no demerſoq; diabolo/liberato mūdo a tenebra-
rum ſeruitute/trāſiret ad immortalē vitam etiam
corporis)non eſſet amplius comeſturus τ bibitu
rus. ¶ Si aūt li nouū aduerbij vim habeat:verifica
tur de potu corporali. predixit enim iuxta hūc ſen
ſum dn̄s/ ꝙ non eſſet amplius bibiturus vinum
vſq; quo reſurgeret a mortuis τ ꝙ tunc eſſet bibi-
turus cū ipſis apoſtolis vinū nouū: id eſt nouiter
hoc eſt impoſſibiliter τ non ex indigentia aut ſi-
ut ante paſſionē indigebat potu τ cibo:ſed ex po-
teſtate.

¶ Et iuxta vtrunq; ſenſum duo p̄dixit dn̄s diſci-
pulis. Alterum triſtitie:ſcilicet ꝙ non eſſet amplꝰ
in hac paſſibili vita comeſturus τ bibiturus. Alte
rum letitie celeriter future:ſcilicet ꝙ tūc tranſibat
ad regnum patris ſui:hoc eſt ad immortalitatem
corporis per reſurrectionem:quam infra triduū a



morte ſua futurā predixerat. in qua immortali vita
participes eos eſſet facturus ſui gaudij nõ ſolū vi
dēdo iuxta primam expoſitionē/ſed etiā ſimul co
medēdo τ bibēdo iuxta ſecundā expoſitionem.

CIrca Secundū(ſcilicet quod fa-
cis fac citius) admiratio-
nem infert impulſio hec:quoniā im
pellere iudaſ ad accelerandū nego
cium proditionis/alienum cenſet
non ſolum a domino ſed a quocūq;
viro iuſto:verba autem hec impulſum ſonāt ad ne
gociū proditionis exequendum.

Ad hoc Dicitur/ꝙ in negocio proditionis
chriſti a iuda inuenitur aliquid bo
ni τ aliquid mali. Et bonum quidem inuenitur tri
plex. Primū ſecundum effectū/qui eſt paſſio chri
ſti. Et quantū ad hoc verba chriſti/optantis ſunt:
quū dicit/qd facis fac citius. optat em̄ cito pati.
ita ꝙ iuxta hūc ſenſū nõ impellit iudā ad accelerā
dū actionē:ſed optat celeritatē paſſionis. Et hoc
ſuū deſideriū apiebat p hec v̄ba iude. Tanq̄ dice-
ret:qd tu facis deſiderato celeriꝰ pati. ¶ Scd̄m bo-
nū eſt bonū nature ipſarum actionū iude:oīs em̄ actio
q̄ntūcūq; mala moralr̄ quū ſit res aliq̄/bona eſt bo
nitate nature:τ vt ſic/eſt a deo. Et q̄tum ad hoc/
verba hec domini ſunt preceptiua.τ ſignificant or
dinem diuine prouidentie ad accelerandum actio
nes iude/vt tēpore ſtatuto a diuina predeſtinatio-
ne adimpleretur paſſio chriſti. Sicut em̄ malū nõ
eſt deū cooperari actionibus peccatorum quantū
ad bonitatē nature:ita malū non eſt illas precipe.

Universidad de Deusto Biblioteca



¶ Tertium bonum eſt ordo mali culpe hoc eſt peccati ipſius iude. deus enim omnipotens qui mala ordinat in bonum: peccatum iude ordinauit in bonum paſſionis chriſti et redemptionis humane. Et quantum ad hoc bonum ordinis/ verba domini ſunt verba ordinantis: ꝛ volentis adimpleri ordinē illum vtendo iniquitatē ipſiꝰ iude ad bonū. ¶ Malum autem in opere iude manifeſtum eſt/ ſcilicet ipſum peccatū. Et quo ad hoc verba domini dupliciter exponi poſſunt. Primo permiſſiue. Et hoc eſt verū quantū ad hoc ꝙ iudas peccauit. Secūdo ſignificatiue. hoc eſt ꝙ dn̄s aperiebat ipſi iude clare ꝛ aperte ꝙ ſciebat iniquum propoſitū eius. vt vel ſic occaſionē habere poſſet reſipiſcēdi: dum cōſpiceret magiſtrum ſuum tante ſanctitatis eſſe vt cognoſceret ſecretiſſimū cor eiꝰ. ꝛ ad q̄d tūc ipſe ire volebat: ꝛ non ſolum ꝙ ſciebat in genere/ vnus veſtrū me traditurus eſt. Debebat enī hinc penitētia duci qua poſtea ductus eſt inutiliter/ dicens. peccaui tradens ſanguinē iuſtū. Unde quū in actione iude relata ad dominū ieſum multiplex bonū deſiderabile adeſſet: rationabiliter a domino impulſus eſt iudas ad faciendum celeriter vnde tot bona conſurgerent/ relinquendo ſibiipſi curam ſue culpe.

Circa Tertiū (omnes enim qui gladium acceperint ꝛc.) ex duplici capite obſcura videntur hec domini verba. Primo quantū ad veritatē ſententie: quia non videmus verificari ꝙ



gladio pereant omnes qui gladiū accipiunt. ſiue iuſte ſiue iniuſte accipiant. Secundo ex applicatione iſtorum verborum ad factum petri. nā petrus non videtur peccaſſe vtendo gladio percuſſiuo cōtra aggreſſores chriſti: quum haberet iuſtū bellū/ ꝛ manifeſta eſſet iniquitas volentium capere chriſtum. Et ſi petrus iuſte vſus eſt gladio: quare pro ratione retrahendi gladium dicitur ei/ omnis enī qui gladiū acceperit ꝛc. aut enim hec ratio non eſt ratio ad propoſitum factū petri: aut ſi eſt ratio ad ꝓpoſitū/ petrus peccauit: qō eſt abſurdum.

Ad hoc Dicitur ꝙ non ſenſus dominice huius ſententie/ gladio materiali perituros eos qui gladium acceperint: ſed ſenſus eſt ꝙ merebuntur gladio perire. vel ꝙ patientur cōtrapaſſum: hoc eſt tantū patiuntur quantū offenderunt. vt per correſpondētiā pene gladij/ ad actionem gladij intelligamus cōtrapaſſum. Et hoc proculdubio verificatur licet non ſecundū ſpeciē: ſecundum quātitatē tamen pene: iuxta illud. quantū ſe exaltauit in delitijs/ tantū illi date tormentorum. Et hic ſenſus videtur magis conſonus litere: pro quanto non loquitur litera de merito/ ſed futura pena. non enim dicit/ merentur gladio perire/ ſed peribunt gladio. Et per accipere gladium/ intelligitur propria authoritate ꝛ voluntate vti gladio; principes enim ꝛ iudices nō accipiunt quaſi a ſeipſis: ſed conceſſo ſibi gladio a deo vtuntur: quoniam ſunt miniſtri dei ad vindictam malorū: vt petrus prime ſue epiſtole ca. ij. dicit ꝛ paul. ad ro. xiij. Priuate aūt perſone defendentes ſe gladio abſq;

Universidad de Deusto
Biblioteca



culpa nõ accipiunt gladiũ ꝓpria voluntate: ſed co
guntur ob inuaſorū aggreſſione vti gladio ad ſuã
defenſionẽ. Stat ergo ſolida dñica ſentẽtia ꝙ oẽs
qui tanq̃ a ſeipſis acceperint gladiū / gladio peri
būt: hoc eſt non erunt impuniti; ſed tantum patiẽ
tur quantum offenderint.
¶ Ad alteram vero obiectionẽ dicitur / ꝙ licet fa
ctum petri ex parte intentionis ſue & iuſtiſſime ac
piiſſime cauſe fuerit laudabile: dupliciter tamẽ ma
liſpeciem habuit. Primo q2 preceps apparet. duꝫ
ſciẽs ſpontaneã magiſtri volũtatẽ ad patiẽdū: nõ
debuit preſente magiſtro & requiſito dñe ſi percu
timus in gladio / ante reſpõſionẽ percutere. Secũ
do (ꝙ magis vrget) quia ad vindictã magis q̃ ad
defenſionem percuſſio illa ſpectabat. Nam preſen
te cohorte preſidis & miniſtris iudeorum adeo ꝙ
erat turba multa cum armis &c. prudens ratio nõ
debebat mouere petrum ad defenſionem: quũ va
na proſpiceretur huiuſmodi defenſio: & potius no
citura eſſet q̃ profutura. Prodeſſe ſiquidem non
poterat contra tot & tales. Nocere autem multum
poterat: vtpote ſi miniſtris curie percuſſiſſent. et
domino imputaretur ꝙ armis conatus fuerit ſe de
fendere. ꝓpter hec enim euitanda ſcandala domi
nus ſtatim malchum ſanauit. Quo fit vt percuſſio
illa quaſi ad vindictam tenderet: vt faciunt hi qui
etſi non poſſunt euadere / volunt tamen vindictã
qualemcunq3 poſſunt capere anteq̃ capiantur.
Et ſic percuſſio petri habuit ſpeciẽ vindicte / que
priuatis perſonis illicita eſt. Verba ergo domini
nõ extra ꝓpoſitũ allata ſunt ꝓ rõne retrahẽdi gla



dium a petro extractum: qm̃ factũ petri reprehẽſi
bile erat / tãq̃ habẽs ſpeciẽ mali: hoc eſt vindicte.
Et petr⁹ erat tanq̃ accipiens gladium: hoc eſt q̃ſi
propria poteſtate vtens gladio ad quaſi vindictã.
Vtor autẽ iſtis quaſi & tanq̃: qm̃ de ipſo opere lo
quor / & non de intentione petri: qua neſciens quid
faceret / ad defenſionẽ magiſtri tẽdebat. Unde do
minus ex duobus capitibus petrum arguit. Pri
mo ex parte facti habẽtis ſpeciem mali. Secundo
ex parte impedimenti quod preſtabat petrus di
uine ordinationi / neſciens quid faceret.

Circa Quartum de adoleſcente ſe
quente chriſtum / incertum eſt
quis fuerit: certum tamẽ videtur quod
nullus apoſtolus fuit. Et quidem quod
non fuerit ioannes euangeliſta / conſtat ex etate.
nam tunc temporis ioannes non erat adoleſcens:
quoniam tranſierat trigeſimum etatis ſue annū:
vt patet ↄputando annos quib⁹ poſtea vixit vſq3
ad nonageſimumnonum etatis ſue annum. Obijt
ſiquidem anno a paſſione domini ſexageſimoſe
ptimo vel octauo / imperante traiano: quibus an
nis ſi addatur quod ſupereſt vſq3 ad nonageſimũ
nonum ſue etatis annum: manifeſte apparet ꝙ iaꝫ
erat triginta annorum ad minus tempore paſſio
nis chriſti: ac per hoc non erat adoleſcens. Et cuꝫ
dicatur iunior ioãnes reliquis apoſtolis: conſe
quens eſt ꝙ nullus alius apoſtolorum fuerit ille
adoleſcens.
¶ Si quis etiam verba marci euangeliſte dilige
ter perſpiciat: idem inueniet. nam quum dixiſſet ꝙ

Universidad de Deusto
Biblioteca



diſcipuli oēs fugerunt: tanq̄ e regione commemorans adoleſcentē/ ſubdit/ adoleſcēs autē quidā ſequebatur eū. Hinc enim inſinuat omnibus apoſtolis fugientibus adoleſcentē ſecutū eſſe chriſtu3: ac per hoc non eſſe illū de numero apoſtolorum.

¶ Suadetur quoq3 tertio hoc idem ex modo quo opertus erat/ ſcilicet ſyndone ſuper nudo corpore: nō videtur ſiquidē veriſimile q̄ apoſtolus aliquis ſic coopertus cenaſſet cū chriſto: quu3 hmōi operimentū (ſcilicet quaſi circūuolui vno lintheamine) non ſit ordinarius modus veſtiendi: ſed accidentalis his qui ſurgunt ex lecto. Et hinc eſtimari poteſt q̄ adoleſcēs ille in lecto erat ibi in horto: & ſurrexerat vel forte ad rumorē/ vel ad aperiēdū ianuam horti/ vel &c. & amans chriſtum vtpote frequenter converſatum in illo horto ſequebatur eum.

Circa Quintum de paraſceue paſce/ ſcrupulus nonnullus occurrit: ex eo q̄ dies ille quo paſſus eſt chriſtus erat primus dies paſce: vtpote in cuius principio veſpertino immolatus erat paſcalis agnus. primus autem dies paſce erat ſanctus/ & nullum opus ſeruile in eo erat licitum. vt patet leui. xxiij. Quomodo ergo erat dies preparationis/ ac per hoc operis ſeruilis: vt euangeliſte dicunt: ¶ Et confirmatur ex eo q̄ lucas euangeliſta dicit q̄ mulieres que cum ieſu venerāt de galilea viderūt monumētum & quemadmodum poſitu3 erat corpus eius:



& reuertētes parauerunt aromata & vnguenta. et ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mandatum. Ubi apparet q̄ ipſa die paraſceues mulieres parauerunt aromata & vnguenta.

Ad hoc Dicitur q̄ feſtiuitas diei ſeptimi (q̄ ſanctificabatur in memoriam q̄ deus requieuit die ſeptimo ab omni opere quod patrarat) excedebat ceteras feſtiuitates. ita q̄ non ſolū arctius ſanctificanda erat dies ſeptima: ſed etiam violari ſine crimine/ tamen poterat alia feſtiuitas veniens in feria ſexta ob reuerentia3 diei ſeptime. ¶ Nec hoc ego ſomnio: ſed exodo capi. xvj. accepi. ibi enim expreſſe mandatur abſq3 exceptiōe cuiuſcunq3 feſtiuitatis vt feria ſexta colligāt cibaria duplicia/ & parent paranda & coquant coquenda propter diem ſeptimam. Quu3 enim ſciret lex multas feſtiuitates poſſe contingere in feria ſexta/ & nullā exemptam fecerit ab huiuſmodi preparatione propter diem ſeptimam/ conceſſiſſe videtur vt talis feſtiuitas in ſexta feria eueniens minus ſanctificaretur: alioquin oportuiſſet legem diſponere & ordinare quod quandoq3 (ſcilicet adueniente feſto in feria ſexta) colligenda fuiſſent cibaria triplicia in feria quinta/ & preparanda & coquenda: quod nunquam ſancitum inuenitur. Et hinc licita erat paraſceue (hoc eſt preparatio) pro ſolennitate ſabbati/ & licitum erat & coquere & emere &c. ¶ Et ſic ceſſant obiectiones.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CIrca Sextum de verbis pilati
ad pontifices iudeorum/
queſtiuncula occurrit cur pōtifices
iudeorū recuſarunt iudicare ⁊ cruci
figere per ſeipſos chriſtum/ pilato
bis remittente chriſtum ad eorū iu-
dicium: vt ioannes euangeliſta teſtatur. Mirum enī
hoc videtur: quum tam vehementer deſiderarent
⁊ procurarent occiſionem chriſti.

Ad hoc Dicitur/ ꝙ reuera ſemel tantū pōti
fices iudeoꝝ recuſarūt iudicare chri
ſtū/ ſcilicet prima vice: q: nō permittebaꝛ eis dam-
nare ipſum ad mortē vt volebant: ſed tantūmodo
iudicare ad leuiorē penam. ¶ Quod vt clare perci-
piatur/ notanda eſt ſeries ⁊ verborū ⁊ geſtoꝝ: quā
ex ea clare apparet ſic eſſe. Pontifices enim quuȝ
incluſiſſent chriſtum vinctū in pretorium pilati vt
mandante pilato interficeretur: tentarunt primo
ſi ſine expreſſione ſpecialis criminis ⁊ diſcuſſione
cauſe/ ſolo eorum teſtimonio quaſi ex authoritate
poſſent inducere pilatum ad conſentiendū morti
chriſti tāꝗ perſone abiecte. ⁊ ꝓpterea pilato inter
roganti eos quā accuſationē affertis aduerſus ho
minē hunc: reſpōderunt per locuȝ ab authoritate
propria/ ſi nō eſſet hic malefactor non tibi tradidiſ
ſemus eum. Et tunc pilatus ſciens ꝙ per inuidiā
tradidiſſent eū/ ⁊ vidēs eos ſtare in ſua dignitate
⁊ authoritate: queſiuit repellere a ſe hanc cauſam/
⁊ dixit eis. accipite eū vos/ ⁊ ſm legē veſtrā iudica
te eū. ¶ Ubi duo faciebat: quia ⁊ reſpondebat con-
ſequenter pontificibus/ ⁊ ſaluabat vitā chriſti. Re



ſpōdebat q̄dē cōſeq̄nter/ tanꝗ dicēs. ex q̄ vos non
vultis vt ego cognoſcaȝ de cā/ ſed vultis ꝙ cogni-
tio veſtra ſufficiat: accipite eū vos ⁊ iudicate. Sal-
uabat vero vitā chriſti/ quia dixit iudicate ſecun-
dum legem veſtram. ſignanter enim dixit veſtraȝ/
⁊ nō dixit legem moyſi: vt per li veſtram intellige-
rent legem ſibi permiſſam ſeu cōceſſaȝ a romanis.
ſiue illa lex eſſet ipa lex moyſi limitata ſeu modera
ta a romanis quantū ad iuriſditioneȝ mortis: ſiue
eſſent ſtatuta aliqua a romanis/ illis data. ¶ Et ꝙ
iſte fuerit verus ſenſus verborum pilati/ teſtaꝛ re-
ſponſio pontificum quū dixerunt/ nobis non licet
interficere quenꝗ. Tanꝗ dicerent. iſte malefactor
meretur penam mortis/ que excedit facultatē no
ſtram: nobis enim nō licet interficere quenꝗ. Hec
enim reſponſio quū conſtet ꝙ nō eſt vera ſecundū
legē moyſi abſolute (quia ſcdm moyſi legē licitum
eſt eis interficere malefactores multos) opus eſt
vt intelligatur ſm leges a romanis permiſſam ſeu
datā. Unū patet rō quare a principio pontifices re
cuſarūt iudicare chriſtū: q: ſcilicet volebant ipſum
dānari ad mortē: qō eis nō ꝑmittebaꝛ ex illa pila-
ti remiſſione. Unde non valētes inducere quaſi ex
authoritate pilatum ad damnationē chriſti deſcen
derunt ad ſpecialia crimina/ accuſantes ipſum in
quatuor que lucas narrat ⁊c.

¶ De ſcda aūt vice quū pilat⁹ dixit/ accipite euȝ
vos ⁊ crucifigite/ alia eſt ratio ⁊ ali⁹ ſenſus. Dixit
ſiquidē hec verba pilatus poſtꝗ examinata fuerat
cauſa ieſu chriſti/ ⁊ ab herode/ ⁊ ab ipſo: ⁊ adduxe
rat iam ipſum foras portantē ſpineā coronam ⁊c.

Et nō dixit eo ſenſu nec ea ratiōe vt pōtificibꝰ per
mitteret poteſtatē crucifigēdi chriſtū/ hanc eñi li
benter aceptaſſent: ſed eo ſenſu ⁊ ratione vt crimē
tanti facinoris (ſcꝫ interficiēdi chriſtū innocētē)
in pōtifices retruderet: iuxta ↄſuetū loquēdi mo
rem quo nos impulſi ab aliqbꝰ vt faciamꝰ aliquid
qđ nobis videẜ iniquū. rūdere ſolemus. ego non
poſſum hoc facere/ faciatis uos: nō ꝑ hoc ꝓbātes
aut cōcedētes ꝙ ipſi faciāt: ſed retorquētes crimē
in eos. ¶ Et ꝙ iſte ſit verus ſenſus/ ⁊ intētus a pila
to/ ⁊ intellectꝰ a pōtificibꝰ: patet ex parte quidē pi
lati: q: addidit/ ego eñi nō inuenio in eo cām. ſ. mor
tis. ex ꝑte ꝰo pōtificū: q: directe rūderūt a i retor
tionē cris: dicētes ſe in hac petitiōe nullū pctm̄ in
currere/ ſꝫ diuinā legē ſuare. rūderūt eñi. nos legē
habemꝰ: ⁊ ſm legē debet mori/ q: filiū dei ſe fecit.
Ubi petitionē ſuā ex lege diuina iuſtificarūt. ⁊ dñꝫ
ieſum reū vſurpate deitatis dixerūt. Tanꝗ̄ ſi dice
rent. ſi de pctō agiẜ: nō putes nos cām ꝓcurare ini
quā: qm̄ ſm legē ꝓcedimꝰ. Uñ ⁊ pilatꝰ audito hoc
ſermōe magꝫ timuit diſplicere iudeis/ abſoluen
do illū/ quē lex eorꝫ dignū morte facit.

¶ Nūꝗ̄ ergo pōtifices recuſarūt iudicare chriſtū
ad mortē: ſed prima vice recuſarunt iudiciū ſine fa
cultate dānandi ad mortem. ¶ Scđa aūt vice nō re
cuſarūt facultatē crucifigēdi chriſtū: q: nō eis obla
ta fuit a pilato ꝑ illa ꝟba: ſed reſellerunt crimen a
ſe/ quod pilatus in eos retorquebat proſequētes
cauſam contra chriſtum. Et ſic ceſſat queſtio et ob
iectio. Vide in paraſceue. M. D. xxiiij.



# Incipit ſeptimum iencaculū in quo incipit tria.

Occurrūt Septimo ī hac ſolē nitate paſcali tria.
¶ Primum eſt apud lucam euangeli
ſtam de duobus diſcipulis eūtibus in
emaus. oculi autem eorum tenebātur
ne eum agnoſcerent. ¶ Secundum eſt vnde ſcitur
ꝙ thomas tetigit manus ⁊ latus chriſti/ vt docto
res affirmant. ¶ Tertium quod in his diebus legi
tur ex apoca. ca. v. dignus eſt agnus qui occiſus eſt
accipere diuinitatem.

Circa Primum (oculi autem eorum
tenebantur ⁊c.) dubium occur
rit an ſit ſermo de oculis corporis an de
oculis anime. Quod enim ſit ſermo de
oculis corporis/ ex eo apparet ꝙ ſi corporalibus
oculis intuiti fuiſſent ipſum chriſtum: quum ha
berent ex priſtina conuerſatione ſenſitiuam noti
ciam eius/ videndo cognouiſſent eum non minus
tunc ꝙ̄ ante reſurrectionem. Unde ex hoc ipſo ꝙ vi
dentes ipſum non cognouerunt eum: habetur ꝙ
aliquod impedimentum in eorum corporali viſio
ne erat/ quo fiebat vt videndo non cognoſcerēt ip
ſum ſicut prius videndo cognouerant.
¶ Quod vero ſit ſermo de oculis mentis/ ex duo
bus apparet. Primo quia illi met oculi detenti ſūt

ne eum agnoſcerent qui poſtea aperti ſunt in fractione panis: ſed, in fractiõe panis ſunt aperti oculi interiores: ergo de illiſmet dixerat euangeliſta ꝙ oculi eorũ tenebantur. ¶ Secũdo ex eo ꝙ nõ ſufficiens impedimentũ cognitionis chriſti allatum fuiſſet ex impedimẽto viſionis corpalis. Nã ꝑ ſenſum auditus reſtabat ſufficiens via ad cognoſcẽdũ chriſtũ: audiendo ſiquidẽ propriam ipſius vocem dum loqueretur in via; ⁊ aperiret illis ſcripturas/ cognoſcere poterant immo debebant ipſum eſſe chriſtum: ſicut ante paſſionem cognouiſſent ipſuꝫ voce ſi audiſſent ipſum loquentem in nocte/ abſꝗ hoc ꝙ viderent ipſum. Unde ex hoc ꝙ nec audiendo ipſius vocem cognouerũt ipſum eſſe magiſtrũ ſuum: inſinuatur ꝙ interiores erãt illi oculi qui tenebantur ne agnoſcerent eum: nihil enim ſpectat ad oculos corporeos cognoſcere perſonã aliquaꝫ per auditum proprie vocis.

Ad hoc Dicitur ꝙ ſine dubio de vtriſꝗ oculis verificantur verba euangeliſte: principalis tamen euangeliſte intentio ad interiores oculos referri videtur. Declaro ſingula.

¶ Quod enim oculi corporei diſcipulorũ tenerẽtur ne agnoſcerent eum: ex verbis marci euãgeliſte clarius percipitur. Nã marcus explicat ꝙ chriſtus duobus diſcipulis euntibus in villã oſtẽſus eſt in alia effigie. vbi manifeſtatur ꝙ in oculis corporeis ambulantium diſcipulorꝫ oſtendebatur nõ ꝓpria chriſti effigies ſꝫ alia: quã lucas inſinuat ex verbis diſcipulorꝫ fuiſſe effigiẽ peregrini: dũ dixerunt/ tu ſolus peregrinus es in hieruſalẽ. ¶ Aliam



uſt effigiẽ intellige/ nõ ꝙ aliquã figurã aereã vni' pergrini formauerit dñs corã oculis illorũ (qm̃ dominus ſeipſum eis mõſtrauit) neqꝫ ꝙ in oculis diſcipulorꝫ aliqua egritudinis ſeu illuſionis ſpecies facta fuerit/ qua impedita fuerit viſio colorum et figure ipſius chriſti (quoniã nulla ad hoc ratio dixit) ſed ꝙ facies chriſti immutabat tam diaphanũ medium ꝙ oculos diſcipulorum/ non ſecundũ omnem diſpoſitionem quam habebat: ſed ſecundum aliquid ſic ⁊ ſecundum aliquid non. Verbigratia. immutabat ſecundum aliquid ſuorum lineamentorum oculorum/ naſi/ frontis ⁊c. ⁊ ſecundum aliquid non aut ſecundum aliquid coloris ſui: ⁊ ſecũdum aliquid non. Et ſic apparebat in alia effigie/ ⁊ ſic apparebat peregrinus: non per formam ſeu figuram alteram/ ſed per ſubſtractionem immutationis ſecundum omne quod ſue figure ſeu coloris erat: hinc enim apparẽtia fit alterius. Et parua huiuſmodi varietas in immutando ſufficit ad aliam effigiem apparendam ⁊ ad non apparendã propriam: quoniam ſpecies viſibilis ſic deficiens ab integritate obiecti repreſentat nõ talem faciẽ/ non tales oculos ⁊c. ac per hoc repreſentat alienã effigiem. Conſtat autẽ hoc fuiſſe in poteſtate ipſi' chriſti: in cuius poteſtate erat efficere vt etiam preſens non videretur. Et ſicut non miramur corp' chriſti glorioſum non immutaſſe oculos corporeos diſcipulorum, quatenus erat lucidum: ita nõ eſt mirandum ꝙ non immutauit oculos iſtorũ duorum ſecundum omnem diſpoſitionem ſui vultus. Ex hac ergo ſubtractiõe imutatiõis immutabant

Universidad de Deusto
Biblioteca



oculi diſcipulorum ad videndum chriſtuꝫ non ſub
propria effigie/⁊ ad iudicandũ ipſum peregrinuꝫ.
Et in hoc conſiſtit impedimentum quo oculi eoꝝ
corporei tenebantur ne eum agnoſcerent. Et hoc
quo ad impedimentum iudicij ſecundum corpora
lem viſionem ſufficere videntur. ¶ Sed quomodo
auditus iudicium impeditum fuerit vt non diſ-
creuerint vocem chriſti: non videtur ſimilis ratio
nam fictioni ſimile videtur/ꝙ vox chriſti aliter im
mutauerit auditũ eoꝝ ꝙ̃ formata ab ipſo chriſto
fuerit/aut ꝙ ſecundũ aliquid immutauerit ⁊ ſecun
dum aliquid nõ. Unde rationabiliter intelligim⁹:
ꝙ ſicut homines qui ſciunt loqui varijs linguis/di
uerſimode loquuntur dum diuerſis vtuntur lin-
guis/⁊ ſicut qui perſonam alienam fingunt loquẽ
do ita quandoqꝫ loquunt̃ vt a non videntibus eos
putentur illi eſſe quorum perſonam fingunt in lo-
quendo: ita multo magis dominus ieſus diuerſis
modis loquebatur: ⁊ non ſemper loquebatur mo-
do quo conſuetus erat loqui ante paſſionem/ſer-
uato tamen eodem idiomate. Et ſic iſtis duobus
diſcipulis aliter locutus eſt ꝙ̃ cõſueuerat ante paſ
ſionem: ita ꝙ vox non ſonabat ipſum chriſtum/ex
hoc ipſo ꝙ non erat illo modo formata quo conſue
uerat formari ante paſſionem. ¶ Et ꝙ hoc ita ſit ex
euangelio ioannis accipere poſſumus: dum eodẽ
reſurrectionis die chriſtus dominus a maria ma-
gdalena non eſt primo cognitus in voce: dũ ei di-
xit. mulier quid ploras/quẽ queris? ⁊ quaſi ſtatim
eſt ab eadem cognitus in voce: dum dixit ei ma-
ria. Ex hoc enim ꝙ in ſcd̃a voce tã breui cognouit





eum/⁊ in prima prolixiore non cognouerat eum:
accipimus ꝙ primaꝫ vocẽ chriſtus formauit quaſi
alienam/ſecundã autem more ſolito ante paſſio-
nem: ⁊ propterea ſtatim maria cognouit eum.
Ex hac enĩ ſolita ⁊ cognita chriſti voce/a maria co
gnitus eſt: ⁊ nõ ſufficienter ex hoc ꝙ nominauit eã
proprio nomine. nam ſi ſecundũ priores vocẽ qua
eſtimabatur hortulanus/dixiſſet nomen propriũ:
maria non habuiſſet rationẽ cognoſcẽdi eum/ſed
interrogandi vnde me noſti? ex quo eſtimabat illũ
hortulanum eſſe. Sed dum audiuit ſuauiſſima illa
voce magiſtri ſui quaꝫ ſolita erat audire/vocari ſe
nominatim habuit ſufficientiſſimã rationẽ cogno
ſcendi eum. ¶ Sic ergo duobus iſtis diſcipulis do-
minus nec propriam effigiem/ſubtrahendo aliqͩ
immutationis corporalibus oculis monſtrauit/
nec ſolitam vocem auribus eorum propoſuit. Et
propterea interiores oculi eorum tenebantur ne
agnoſcerent eũ. ita qͦ pars interior cognoſcitiua
non habebat ex parte ſenſuum vnde iudicaret illũ
hominẽ eſſe chriſtum: quũ nec per ſenſum auditus
nec per ſenſum viſus offerebatur ſenſibilia offerẽ
tia indiuiduum chriſti. ¶ Preter hanc autem cau-
ſam alia extabat cauſa impediẽs oculos internos:
ſcilicet minus bona diſpoſitio mentis eorũ. quam
ipſimet confeſſi ſunt dicẽdo/nos autem ſperaba-
mus: quãqꝫ chriſtus reprehendit dicens/o ſtulti ⁊
tardi corde ⁊c. Hinc enim merebantur vt dñs nec
per viſum nec per auditũ ſe eis aperiret. Hinc etiã
merebantur: vt dñ aperiret eis ſcripturas/adhuc
non cognoſcerent eum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Et per hec patet ſecundum: ſcilicet ꝙ principa
lis intentio euangeliſte eſt loqui de oculis interio
ribus. qui ex tot partibus tenebantur ne agno-
ſcerent eum: nam vt dictum eſt/ tenebantur ex par
te viſus corporei/ et ex parte auditus corporei/ et
ex parte deſperationis ſtultitie ⁊ tarditatis. ¶ Et
hi ſunt quos fateri oportet aptos in fractione pa
nis: ſi p q: fractio panis nõ cõcomitãter ſed cauſa
liter ꝯcurrit ad hoc ꝙ illi cognoſcerẽt chriſtũ. Cõ
currerent ſiquidẽ fractio panis concomitanter/ ſi
nõ ex ipſa fractione panis/ ſed dũ frangeret chri-
ſtus panẽ diſcipuli cognouiſſent ipſum: hoc eſt ſi
dum frãgeret panẽ/ figura chriſti immutaſſet ocu
los illoꝝ ſecundum ſe totã: ⁊ ſic aperti dicerentur
oculi eorum corporei. Sed hec expoſitio diſſonat
a plano euangelij ſenſu: non enim replicatuꝫ eſſet
ꝙ narrauerunt apoſtoli ꝙ cognouerũt eum in fra
ctione panis/ ſi fractio panis concomitanter ſoluꝫ
concurriſſet. ita enim potuerunt dicere qđ cogno
uerunt eum in bñdictione panis/ aut in acceptio
ne aut in porrectiõe eiuſdẽ ſicut dixerũt in fractio
ne: qm̃ chriſtus nõ ſolũ fregit: ſed accepit/ ſꝫ bene
dixit/ ſed porrexit panem. Quocirca explicãdo ſo
lum fractionem cauſaꝫ denotauerũt cognitionis.
¶ Et licet euangeliſta non explicet moduꝫ quo fra
ctio panis cauſauit in eis cognitionẽ chriſti: atta-
men ex hoc ipſo ꝙ ponit fractionẽ ipſam fuiſſe cau
ſam cognitionis inſinuat miraculum aliquod in
illa fractione interueniſſe: puta qđ manibus fran
gebat ſicut alij cultello incidunt: ⁊ hoc tanꝗ̃ ꝯſue
tũ fieri a dño ante paſſionẽ/ mouit eos ad cogno-



ſcendũ ipſum eſſe chriſtũ. Ex eo enim ꝙ iſti duo di-
ſcipuli narrauerunt apoſtolis quomodo cognoue
rũt eũ in fractione panis: manifeſte intelligit̃ mo-
dum aliquem interueniſſe in illa fractione quo co
gnouerunt illi ipſum eſſe chriſtum ieſum. nam nõ
dicit eos narraſſe ꝙ cognouerũt eum/ ſed quomo
do cognouerunt eum. nec dicit quomodo cogno-
uerunt eum abſolute: ſed determinat in fractione
panis. Illud igitur aduerbiũ quomodo determi-
nans cognitionẽ in tali motiuo ad cognoſcẽdum/
ſcilicet in fractiõe panis. incitat nos interueniſſe
in illa fractione panis/ modũ aliquẽ dño ieſu chri
ſto proprium/ ex quo diſcipuli cognouerunt ipſuꝫ
eſſe dominũ ieſum. ¶ Et licet de hoc mirabili actu
fractionis quod fuerat chriſto conſuetus ante paſ
ſionẽ euangelia non expreſſe teſtentur: ex hoc ta-
men textu ⁊ ex euãgelio ioannis non irrationabi-
liter ſumitur. Ex hoc quidem textu nõ ſolum quia
tanꝗ̃ ſolitus ieſu chriſti actus duxit iſtos diſcipu-
los in chriſti cognitionẽ. ſed etiã ex eo ꝙ iſti diſci-
puli narrauerũt apl'is quomodo cognouerunt in
fractione panis: tanꝗ̃ atteſtãtes actionẽ chriſti ꝓ
priam: ⁊ ex cõſuetudine notam oĩbus diſcipulis
Quaſi dicerent nos cognouim⁹ ipſuꝫ certa cogni
tione/ quũ vidim⁹ ipſum frangere panẽ more ſoli
to vt ſcitis ꝙ conſueuerat frangere. Ex euangelio
aũt ioannis. nam ioan. vlti. qñ ad mare tiberiadis
chriſtus poſt reſurrectionẽ manifeſtauit ſe diſcipu
lis: ad inſinuandum per hunc conſuetum actum
chriſtum conuerſatum cum diſcipulis dicitur et
venit ieſus/ et accepit panem ⁊ dabat eis ⁊ piſceꝫ

Universidad de Deusto Biblioteca



ſimiliter. Hec enim verba ad id tendere videntur/
ꝙ chriſtus tam panem ꝙ piſcem diuidebat diſcipu
lis ꝓprijs manibus: non enim integrum panē ve-
ꝙ integrum piſcem illis dabat. Unde ⁊ ſignanter
euangeliſta appoſuit li ſimiliter: vt declareret. qd
ſimili modo dabat piſcem quo dabat panem: hoc
eſt ꝙ ita manibus frangebat piſcem ſicut frange-
bat panem. Hec de primo.

CIrca Secundum de tactu thome
ratio dubitandi eſt/ quia in
euangelio non legimus thomam teti
giſſe: ſacri autem doctores/ ſpecialiter
leo ⁊ gre. tactū affirmāt interueniſſe.

Ad hoc Dicitur/ ꝙ ex verbis domini reci-
tatus in euangelio ioannis intelli
gitur thomā tetigiſſe. nam per actū videndi ſigni
ficauit euangeliſta huiuſmodi tactum. ¶ Quod nō
voluntarie dicimus: ſed ex pluribus euangeliſtis
manifeſte habemus. Apud lucam namq; dñs ipſo
die reſurrectionis dixit diſcipulis. palpate ⁊ vide
te/ quia ſpiritus carnem ⁊ oſſa non habet. Ubi li
videre nō viſionem corporalem ſignificat: ſed cer
tificationem cognitionis ex tactu. ita qd dicendo
palpate ⁊ videte/ dicebat palpate ⁊ certificate vos
Apud ioannem quoq; dominus dixit thome/ infer
digitum tuū huc ⁊ vide manus meas. non enim di
gito videre poterat manū: ſed digito certificare ſe
poterat de fiſſura claui ī manu: ⁊ propterea dicēs/
infer digitum tuum huc ⁊ vide/ dicebat infer digi-
tum tuum ⁊ certificare. ¶ Hec euangeliſte vſurpa-



runt videndi vocabulum ad deſignandā certam co
gnitionem; ſed vſitatum loquendi morem ſecuti
ſunt. conſueuimus enim videndi verbo vti non ſo-
lum ad ſignificandū corporalem viſionem aut intel
lectualem. ſed etiam ad ſignificandum certā cogni
tionem ſecundū quēcūq; ſenſum. ⁊ videt hic viſus
deriuatus ex certitudine ſenſus viſus. Unde ⁊ in
pſal. dicitur de ſenſu gustus ſpirituali guſtate ⁊ vi
dete quoniam ſuauis eſt dominus.
¶ Ex hoc ergo ꝙ in hoc propoſito ipſe dominus
vſus eſt videndi verbo ad ſignificandā certā cogni
tionem ſecūdū tactū/ tā ad apoſtolos alios apud
lucam in die reſurrectionis ꝙ ad thomam apud io
annem poſt octo dies: conſequens eſt vt affirmāte
domino/ quia vidiſti me thoma credidiſti/ affirma
ta ſit certificatio ſecundū tactū: que per verbū vi-
dendi ſignificata ⁊ oblata ab ipſo chriſto erat. Ita
ꝙ dicendo quia vidiſti me credidiſti/ dixit quia tan
gendo certificatus es credidiſti ⁊c. Unde patet ex
euangelio haberi ꝙ thomas tetigit: ⁊ propterea
ꝯfeſſus eſt credendo/ dominus meus ⁊ deus meꝰ.
Hec de ſecundo.

CIrca Tertium dubitandi ratio
eſt: quia chriſtus dominꝰ
ab eterno fuit deus: nec per mortē
deſijt eſſe deus: nam totus deꝰ erat
in ſepulcro/ ⁊ totus deus erat in in-
ferno cum anima chriſti. Quomodo
ergo poſt reſurrectionem ſuam de eo dicitur/ qd
dignus eſt accipere diuinitatem: quaſi non habe-
ret illam.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Ad hoc Breuiter dicitur ꝙ accipere dici-
mur aliquid non ſolum ſi de nouo
accipimus illud: ſed etiã ſi ꝓus illud hñtes de no-
uo vtimur. Unde ꝛ habens gladiũ dicitur accipe-
re gladium quando de nouo vtitur illo. ¶ Et iuxta
hunc ſenſum dominus ieſus licet ab eterno fuerit
deus/ ꝛ nunꝗ̃ deſierit eſſe deus: quia tamen poſt
reſurrectionem ſuã vſurꝰ erat diuinitate ſua mani
feſte/ quã ſub paſſibili carne tanto tempore occul-
tam tenuit/ ꝛ ex merito paſſionis ſue debebatur ſi
bi manifeſtatio glorie ſue (vt apoſtolus ad phil.
ij. dixit) ideo dignus poſt reſurrectionem ſuam di
citur accipere diuinitatem non ad de nouo haben
dum illam: ſed ad manifeſtum vſum illius. qui vſus
vſq; ad diem iudicij quo manifeſtiſſime apparebit
omnibus deus extendit. Hec de tertio ꝛ tota hac
parte. Bude ſabbato in albis. M. D. xxiiij.



# Incipit octauũ ientaculum in quo declarantur de peccatis quinq;.

Occurrunt Octauo decla-
randa de pecca
tis quinq;.
¶ Primum eſt math. xij. omne pec
catũ ꝛ blaſphemia remittet hoibꝫ:
ſpũs aũt blaſphemie nõ remittet.
¶ Scõm eſt prime ad cor. vj. omne pctm̃ quodcũq;
fecerit hõ extra corpus eſt: qui aũt fornicat in cor-
pus ſuũ peccat. ¶ Tertiũ eſt. j. ioã. vlti. Qui ſcit fra-
trem ſuũ peccare pctm̃ nõ ad mortẽ: petat/ ꝛ dabit
ei vita peccanti non ad mortẽ: eſt pctm̃ ad mortẽ/
nõ pro illo dico vt roget quis. ¶ Quartũ eſt apoca.
iij. vtinã eſſes calidus aut frigidus: ſed qꝛ tepidus
es/ incipiã te euomere ex ore meo: qꝛ dicis. diues
ſum/ ꝛ locupletatus ꝛ nullius egeo: ꝛ neſcis quia
miſer es/ miſerabilis/ ꝛ pauper/ ꝛ cecus/ ꝛ nudus.
¶ Quintũ eſt apoc. vlti. qui nocet noceat adhuc: et
qui ſordidus eſt ſordeſcat adhuc.

Circa Primũ math. xij. (omne
pctm̃ ꝛ blaſphemia remit-
tetur hominibus/ ſpũs autẽ blaſ-
phemie non remittetur) dubium
occurrit de differentia poſita inter

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſpiritum blaſphemie ⁊ reliqua peccata hominum
quantū ad hoc ꝙ ſpiritus blaſphemie non remit-
tetur/reliqua vero remittētur. Nam aut eſt ſermo
de remiſſione quātum eſt ex natura peccati. Et ſic
non ſaluatur differētia poſita: quia commune eſt
omni pctō mortali/quantū eſt ex parte ſui eſſe ir-
remiſſibile: quū faciat hominē dignū eterna mor-
te/⁊ cōſtituat inimicū deo. Aut eſt ſermo de remiſ-
ſione ſecundū potentiam. Et nec ſic ſaluatur dif-
ferentia poſita: q꞉ cōmune eſt omni peccato mor-
tali poſſe remitti/non ſolū per omnipotētiaꝫ dei/
ſed per miſericordiam eius ſolitam etiam per ſacra
mentū baptiſmi/ꝙ̄ per ſacramentū penitētie. Aut
de remiſſiōe in actu: hoc eſt ꝙ aliq̄ remittent̄ ⁊ hoc
nō. Et nec ſic ſaluat̄ differētia poſita: ſꝫ vtrinqꝫ fal
ſa videtur. nam nec de omnibus reliquis peccatis
hominum verificatur quod quandoqꝫ remittētur
hominibus: quū multi damnentur propter hmōi
peccata. nec pro vero aſſerendū eſt aliquod quod-
cunqꝫ ſit illud peccatū hominis in hac vita ꝙ nun-
quam remittetur: qm̄ affirmare hoc/eſt ponere ho
minē illū in deſperationē. nam ſi certificatus eſſet
quis per domini ſententiam ꝙ peccatum ſpiritus
blaſphemie nunꝙ̄ remittetur/haberet cauſam de
ſperandi habens tale peccatum: vtpote certus de
non conſequendo remiſſionem.

**Ad hoc** Dicitur/ꝙ quum manifeſte ſpirit⁹
blaſphemie diſtinguatur in littera
contra blaſphemiam: videtur per ſpiritū blaſphe
mie intelligendū quoddā ſpeciale blaſphemandi
genus. quod iudicio meo cōſtat ex maligna machi-



natione aduerſus deū: dū ꝫ aliquis ad hoc dat ope
ram vt que dei eſſe cognoſcit aut putat/deſtruat/
peruertat/alij attribuat ⁊c. huiuſmodi enim blaſ
phemie gen⁹ merito blaſphemie ſpūs appellatū
eſt/propter plenitudinem rationis blaſpheman-
di. Et ꝑpter cōſuetum loquendi morē quo appel-
lamus hominē oībus opponentē habere ſpm̄ con
tradictiōis. ita hmōi malignātes dicūtur habere
ſpm̄ blaſphemie. ¶ Inter hoc igitur crimen ſpūs
blaſphemie ⁊ alia peccata ⁊ ipſas blaſphemias dif
ferētia quo ad remiſſionem eſt: ꝙ reliq̄ regulariter
loquēdo remittuntur hominibus/hoc autē regu
lariter loquēdo nūꝙ̄ remittit̄. Ita ꝙ dn̄s hāc dif-
ferētiā reuelaſſe videt̄ i hoc textu. Et quāuis etiaꝫ
iſtis ſi penitentiā agerent venia daretur: diſpoſuit
tn̄ diuina iuſtitia permittere iſtos impenitentes ꝑ
ſeuerare. Ita ꝙ ſub hac dominica reuelatione ca-
dit non ſolū negatio remiſſionis/ſed negatio do-
ni penitentie. tanꝙ̄ ſi dictum fuerit/ꝙ peccantib⁹
ſpiritu blaſphemie nunꝙ̄ cōcedet̄ remiſſio: q꞉ nūꝙ̄
concedetur eis gratia penitēdi/exigente hoc ma-
xima illorum nequitia.

¶ Ad dubitationē igitur reſpōdetur ꝙ ſermo eſt
de actuali remiſſione nō ſimpliciter ⁊ abſolute/ſꝫ
regulariter: hoc eſt ſecundum cōem curſum. ¶ Et
quū obijcitur quod non oīa reliqua remittuntur
etiam ſecundū cōem curſum. reſpondetur dn̄m nō
dixiſſe ꝙ oīa reliqua remittuntur ſingulis homini
bus: ſed dixit quod remitterentur hominibus: ad
quod verificandum ſufficit quod remitātur aliqui
bus hominibus. ¶ Quod vero obijcitur de deſpe-

Universidad de Deusto Biblioteca



ratione/ſoluitur dicendo ꝙ talis non debet deſpe
rare:qm̃ deus non alligauit miam ſuã cõi curſui/
ſed preter illũ ſeu ſupra illũ pluries miſertus inue
nitur peccatorũ: vt patet de latrone/de paulo/de
magdalena:quos ſupra cõem curſuʒ ſtatim ita eue
xit Omni ergo conatu ieiunijs ⁊ elemoſinis ⁊ ora
tionibus/alienisq; ſuffragijs tãto magis conari ta
lis deberet ad diuinaʒ implorandam miam quãto
remotiorẽ ſe ab illa ↄſtituit. Hec de primo.

Circa Secundũ.j.ad cori.vj.(oẽ
petm̃ qdcunq; fecerit hõ/
extra corp⁹ eſt:qui aũt fornicat̃/in
corp⁹ ſuũ peccat)queſtio occurrit/
tũ ↄtra primã partẽ/tũ ↄtra ſcdaʒ.
¶ Cõtra primã quidẽ:qm̃ falſum vr̃
oẽ aliud a fornicatiõe petm̃ extra corpus eſſe. Ap
paret eĩm triplex manifeſta inſtantia. Prima de co
meſſationibus ⁊ ebrietatibus: quas conſtat petã
eſſe in corpore ⁊ non extra corpus. Scda de pcuſ
ſiõe ⁊ vulneratione ſuipſius.quũ enim quis per
cutit aut vulnerat ſeipſum:manifeſte peccat cõtra
corpus ſuũ plusq̃ inebriãs ſe.Tertia de abuſu ma
nuũ loco pedũ:vt ſi quis ambularet more quadru
pedũ.hinc enim maxime peccaret in corpus ſuuʒ/
dehõeſtãs illud/⁊ abducẽs ac deijciẽs ab humana
dignitate/⁊ efficiẽs illud ſil'e, beſtijs. ¶ Cõtra ſecũ
dã vero partẽ:qm̃ nõ apparet vera neq; p ſe neq;
per accidẽs. Nõ p ſe:q2 licet in peccatis cõtra natu
rã ↄtumelia fiat corpori(iuxta illud ad ro.j.vt con
tumelijs afficiãt corpa ppa)in petis tñ naturalib⁹



quale eſt fornicatio/nulla apparet ĩiuria corporis
ſed anime.dum anima ſubditur corpori ⁊ inquina
tur peccato. Nec p accidẽs:quoniã nõ oporteret for
nicationẽ nocere corpori pprio:quũ ſemẽ ſit de ſu
perfluo indiuidui ⁊c. Et ſi ad ea que ſunt per acci
dens egrediẽdũ eſt:in promptu obijceretur ꝙ plu
res occidit crapula q̃ gladius.

Ad hoc Dicitur/ſermonem apoſtoli eſſe de
peccatis humanis in genere. Ita ꝙ
non intendit fornicationẽ comparare ſingulis pec
catorum ſpeciebus:ſed cõibus generalibus pecca
tis:nec loquitur de effectibus petõꝝ ſed de pecca
tis ipſis. Et intedit ꝙ ſolum peccatum fornicatio
nis ⁊ tãtomagis adulterij ⁊ ſimilium eſt peccatũ
in corpus proprium:hoc eſt infert iniuriã proprio
corpori.quum diſtinguit̃ enim peccatũ in deum/in
proximum ⁊c.ſenſus eſt ꝙ infert iniuriam deo/ in
fert iniuriam proximo ⁊c. Ac p hoc quum dicitur
hic quod peccat in corp⁹ propriũ/ſenſus eſt ꝙ iniu
riam facit pprio corpori.
¶ Vñ ad obiecta ↄtra primã ptẽ rñdẽdo dr/ꝙ ne
q; comeſſatio neq; ebrietas iniurioſa eſt corpori p
prio in ipſo actu peccati:q̃uis effect⁹ earũ iniurio
ſus ſit corpori/pro q̃to illi nocet.⁊ p tanto dñr ex
tra corpus eſſe quo ad iniuriã:q2 extra corp⁹ ſumi
tur hic vt diſtinguitur ↄtra peccare in corpus pro
priũ:in quo fornicatio a reliqs differre dicit̃. ¶ De
percuſſione autẽ ⁊ vulneratione ppria/dicitur hu
iuſmodi crimina ↄputari extra gñalẽ rõnẽ petõꝝ
cõium:vt patet ex hoc ꝙ homicidiũ ſm cõem ſuaʒ
rationẽ non ponitur peccatũ in corpus propriuʒ.

Universidad de Deusto Biblioteca



ꝛ tamen occidere ſeipſum/maxime eſt contra corpus proprium/ꝛc. Unde hmōi ſpecialia pctā vt exiſtentia extra cōparationē quā facit apl'us reijcienda ſunt. ¶ De ambulatiōe vero more quadrupedū ꝛ ſimilibus dicitur/quod quum hec ſint peccata pluſquam humana (quoniam apud philoſophos ſunt pctā beſtialitatis) valde remota ſunt a cōparatione que ab apoſtolo fit.

¶ Ad ea vero que obijciuntur contra ſecundam partem reſpondetur/quod ſermo eſt de iniuria ꝙ per ſe facit fornicatio corpori proprio. Et quū queritur que eſt illa iniuria/reſpondetur quod eſt duplex. ſ. dehonorationis ꝛ ſubiectionis. Dehonorationis quidem/quia membre ſua membra facit facit meretricis: qui enim adheret meretrici vnum corpus efficitur cum ea. Subiectionis vero/quia mēbra ſua ſubijcit poteſtati meretricis. Unde patet quod non oportet recurrere ad nocumēta per accidens/ad quecunq3 alia per accidens. Hec de ſecundo.

CIrca Tertium. j. ioan. vlt. (qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem/petat ꝛ dabitur ei vita peccanti nō ad mortem eſt peccatum ad mortem/nō p illo dico vt roget quis) difficultas occurrit de differentia peccati ad mortem ꝛ peccati non ad mortem/an ſit ſermo de morte corporis an de morte anime. Ita quod ſi ad mortem corporis ſpectatur: peccatū ad mortem intelligitur fina-



lis impenitentia: hoc eſt qn̄ homo moritur in peccato mortali abſq3 penitētia interiori: hoc enī eſt peccatū durans vſq3 ad mortē corporis excluſiue/ ꝛ propterea ducens ad mortem eternā. Si autē ad mortē anime ſpectatur: vocatur peccatū ad mortē omne peccatū mortale: q2 mors anime eſt.

¶ Queſtio igitur eſt quis ſit ſenſus ioannis apoſtoli per hec verba. Nam contra primū ſenſum militant verba ipſius textus: dum dicitur qui ſcit fratrem ſuum peccare. De finali ſiquidem impenitētia nō poteſt aliquis dū viuit ſcire ꝙ peccat hmōi peccato: ſed ſolum poſt mortē poteſt ſciri qđ peccauit finali impenitentia: q2 quādiu viuit poteſt penitere: ac per hoc nō eſt adhuc finaliter impenitens. Et propterea de hoc peccato non eſſet dicēdum/qui ſcit fratrē ſuū peccare/ſed qui ſcit fratrē ſuū peccaſſe. ¶ Contra ſecundū vero ſenſum (iuxta quem ſolūmodo peccatum veniale eſt pctm̄ nō ad mortē) militant duo verba textus. Primū quū dicitur/ꝛ dabitur ei vita. nam peccans ſolum venialiter/nō eget vt detur ei vita. quum habeat ipſam ſpiritualē vitam per charitatē/que ſtat cū peccato veniali: Unde ex hoc ꝙ dicit/ꝛ dabit' ei vita peccanti non ad mortem: ſignificat ꝙ talis peccās nō ad mortē eget vita/vtpote non habens illam ſ3 ex peccans vt detur ſibi. quod nō cōuenit pctō veniali ſed mortali. Secundū quum dicitur/nō pro illo dico vt roget quis. Nam hinc ſequeretur ioannem non dicere vt rogetur pro peccātibus mortaliter. cuius cōtrarium dominus docuit/orate p perſequētibus vos: ꝛ fecit/orās p crucifixoribus: ꝛ ſtepha-

Universidad de Deusto Biblioteca



nus orauit pro lapidātibus.cōſtat aūt hos oēs peccaſſe mortaliter:⁊ nō eſſe rationabile vt ioānes euāgeliſta diſcordet a doctrina ⁊ exēplis chriſti et ſanctorum:diſcordaret autem ſi timere ⁊ orandum eſſe pro irretitis peccatis mortalibus.

**Ad hoc** Dicitur ꝙ cū ſermo oīs niſi per ſe intelligatur/incertus ſit (vtpote vagus per accidētia) per pctm̄ ad mortem intelligēdū eſt pctm̄ quod per ſe machinatur ad mortē aīe: hoc eſt ex intentione abijcit vitā anime: vt quum quis ex intentione non curat de ſalute anime ſue de paradiſo/⁊ hmōi. Dico aūt ex intentione/propter eos qui non ex hmōi intentione ſed ex conſuetudine deliciarum ⁊ luxuriarum/ex conſuetudine vſurarum/⁊ ſic de ſimilibus/viuunt tanꝙ nō curātes de ſalute aīe ſue:tales enim non ex intentione peccāt cōtra vitā anime ſue:ſed ex paſſionib⁹ infirmitatibus ⁊c.¶ Intēdit ergo ioannes euangeliſta differētiā inter pctōres ex contēptu proprie ſalutis peccātes/⁊ inter alios qui ex ignorātia aut paſſiōe ⁊ hmōi incurrūt pctā mortalia. Et iſtruit chriſtianos vt quū viderit aliquos peccare ex ignorātia aut infirmitate ⁊c.orēt p illis cū fiducia:quum viderint aūt peccātes ex ꝯtemptu ꝓprie vite/nō preſumant petere pro eis veniā. ſed vel relinqnāt eos in curſu ſuo:vel (vt bernar. inſinuat) gemāt/ſi forte diuina mīa adijciat qō oratio non preſumit. Et bene nota ꝙ ioannes nō affirmat repellandam eſſe orationē pro talibus/ſed non audet dicere vt orent pro talib⁹:tanꝙ petitio videaꝛ preſumptuoſa:ait enim. nō dico vt oret quis.¶ Et hic ſenſus cō



ſonare videtur nō ſolum toti textui ⁊ cōtextui/ſed etiā geſtis ſanctoꝝ:nā dn̄s orans p crucifixorib⁹ adiecit cauſam ignorātie: q: neſciunt quid faciūt. ⁊ paulus pro quo exauditus fuit ſtephanus/teſtatur ſe miam cōſecutū quia ignorās fecit. ¶ Unde patet ꝙ neuter queſitorum ſenſuū eſt intentus ab apoſtolo:ſed iſte quem diximus:cui omnia conſonare videntur. hec de tertio.

**Circa** Quartū apoc. iij. (vtinam eſſes frigidus aut calidus: ſed quia tepidus es/nec calid⁹ nec frigidus:incipiā te euomere ex ore meo. q: dicis ꝙ diues ſum ⁊ locupletatus ⁊ nulli⁹ egeo:⁊ neſcis quia tu miſer es ⁊ miſerabilis ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nudus) ambiguitas occurrit ex quadruplici capite.¶ Primo:q: incōueniēs manifeſtū eſt attribuere alicui ſancto angelo deſideriū mali culpe:a ex hoc nō cōſonat illi/dicere vtinā eſſes calidus aut frigidus: nam per eſſe frigidū/intelligitur alienū manifeſte eſſe a toto charitatis igne.¶ Secūdo:q: nō conſonant hec duo ſibijnuicē/ſcilicet tepor ⁊ feruor arrogantie:⁊ tamē in litera vtrūꝙ dicitur hūc epiſcopum habere. nam primo dicitur quia tepidus es:⁊ deinde ſubiūgit/dicis ꝙ diues ſum ⁊ locupletat⁹ ⁊ nulli⁹ egeo. vbi ſuperbie feruor magnus notaꝛ: quū falſo ſibi arroget diuitias ⁊c.¶ Tertio. q: aliō eſt ex tepore/aliud ex ignorantia peccare/nam tepor ad infirmitatem animi ſpectare videtur. ⁊ propterea mirum eſt ꝙ in litera iſte dicitur tepidus: et deinde ſubditur eius ignorantia dum dicitur/

Universidad de Deusto Biblioteca



neſcis q: miſer es ⁊ miſerabilis ⁊c. ¶ Quarto / quia
nulli debet imputari defectus nō ſolum inculpabi
lis ſed impoſſibilis euitari: null⁹ inquit philoſo-
phus improperabit ceco nato. Sȝ hominē in hac
vita neſcire ſe eſſe abſqȝ charitatis grā / eſt defect⁹
⁊ iculpabilis ⁊ ieuitabilis: null⁹ eīm ſcit an odio vl̄
amore dignus ſit: vt dicitur eccleſiaſtes. ix. Incō-
ueniēter ergo arguit iſte ꝙ neſciat ſe miſerum ⁊c.

**Ad hoc** Dicitur / ꝙ homo iſte vltimo deſcri
ptus de quo eſt ſermo / habet ſecun
dum planū litere ſenſum ꝯditiones quatuor. Pri
ma eſt eſſe extra charitatem. que ex eo habetur qḋ
deſcribitur miſer / miſerabilis / pauper ⁊ cecus ſm
veritatem. Secunda eſt eſſe tepidum. que clare pa
tet in litera. Tertia eſt eſtimare ſe diuitem / locuple
tatū ⁊ nullius egere. Et hec etiam clare patet in li
tera. Et ponitur cauſa tepiditatis: quoniā cum cō
iunctione cauſali in litera ponitur / dicendo / quia
dicis qḋ diuerſum ⁊c. Quarta eſt neſcire ſe eſſe mi-
ſerum ⁊ miſerabilem / pauperem / cecum ⁊ nudum.
Et hec quarta conditio ſimiliter ponitur cum cā
tepiditatis: dum continuatur in textu cum antedi
cta cauſa ſub eadem coniunctione cauſali: vt patet
intuenti.

¶ Ex quibus omnibus colligitur / huiuſmodi ho
minem abundare multis bonis ac donis ſiue natu
ralibus ſiue gratuitis / ⁊ multis bonis operibus.
Ita ꝙ primum iſtius peccatum apparet ſuperbia
de multis bonis que in ſe recognoſcit. Et ſi ſingu
la diſcernimus: iſtius hominis oculus adeo ꝓſpi-
ciebat bona que in ſe erant vt erraret ⁊ ſuperbiret.
Erraret



Erraret quidē: quoniā ex bonis ſecundū quid eſti
mauit ſe bonū ſimpliciter hoc eſt ex donis ⁊ bonis
operibus quibus abūdat ſine vera charitate / eſti
mauit ſe etiam charitatē ⁊ illi⁹ dona habere. Hoc
enim ſonant verba ſua: dū interiori verbo dicebat.
diues ſum / ⁊ hoc q̄ ad dona tā nature ꝙ̄ gratie: lo
cupletatus ſuȝ / ⁊ hoc quo ad bona opera ⁊ ſtudia:
⁊ nullius egeo / ⁊ hoc vniuerſaliter quo ad dona
quecūqȝ neceſſaria. ita ꝙ eſtimabat ſe nullo ampli⁹
dono egere: ⁊ tamen falſum erat: quoniaȝ carebat
charitate ⁊ gratia gratū faciente. Superbiret aūt
quoniā bonis illis que habebat ſeipſum magnifi
cabat: nam dicebat. ego ſum diues / ego locupleta
tus / ego nullius egeo: quū vir rectus debuiſſet di
cere / quia fecit mihi dominus magna qui potens
eſt ⁊c. ⁊ deum non ſe magnificare / nec vnꝙ̄ proxum
pere in tam temerariam eſtimationem ꝙ nullius
egeret. Nec intelligo hunc eſſe tanta elatū ſupbia:
vt ex intentione ſuperbiret (quoniā iaȝ eſſet in nu
mero non tepidorū ſed frigidiſſimorū) ſed q: per
modum ſuperbientis ⁊ tali eſtimationi innitentis
ſe habebat: quod vt clarius patebit / facit hominē
tepidū. ¶ Erat quoqȝ huic ſuperbie ac falſe eſtima
tioni annexū alterū petīm negligentie: nā cum hac
eſtimatione negligebat iſte diſcutere interiorem
diſpſitionē anime ſue quo ad mala pene atteſtan-
tia malum culpe. Neſciebat enim ſe eſſe miſerum /
miſerabilem / pauperem / cecum / ⁊ nudū: que ſunt
mala pene atteſtantia malū culpe. Et fomentū hu
ius negligentie ꝙuis ex litera nō habeatur niſi an
tedicta ſuperba eſtimatio: videtur tamen eſſe in-
In

Universidad de Deusto Biblioteca



certitudo charitatis. Ita qõ ex hoc ꝙ non poteſt
homo ſcire certa cognitione ſe habere gratiã gra
tu in facientem ſeu charitatem: neglexit perſcruta
ri antedicta mala ſua: tanquam eiuſdem rationis
ſit cognoſcere habere ſe bona gratie ⁊ charitatis/
⁊ diſcutere huiuſmodi mala. Qđ tamẽ non eſt ve
rum: nam etſi homo nõ poteſt cognoſcere in ſe eſſe
donũ charitatis infuſe/poteſt tamẽ diſcernere an
ſit pauper ⁊ cecus: paupertas enim conſiſtit in pe
nuria operum interiorum ſimiliū operibus inte
rioribus charitatis: puta ſi habebat interiorem
actũ penitẽtie/ſi interiorẽ actum gratitudinis/ſi
reuerentie ⁊ tremoris in deum/ſi miſericordie in
proximos/ſi humilitatis in ſeipſum. Similiter de
viſu/ſi videbat eo modo videndi de quo ſcriptum
eſt. ad videndũ in bonitate electorum tuorũ vidẽt
enim electi in bonitate ꝓpria quidẽ bona vt dei: ꝓ
pria vero mala culpe/accuſando ſe/corrigẽdo/pu
niendo/propria vero mala pene equanimiter tole
rando: bona aliorum gaudendo/mala aliorum cõ
dolendo/⁊c. quo contra ceci videntes in ſuperbia
cordis ſui/proximos vident iudicando/ſeu contẽ
nendo bona eorum paruifaciendo/mala eorum ac
cuſando/indignando ⁊c. bona que habent vt ſua
magnificando/mala que habent excuſando ⁊c. hu
iuſmodi enim paupertatem/cecitatem ⁊ nudita
tem virtutum his annexam poteſt homo ſi vult di
ligenter in ſe diſcutere/et cognoſcere. Et in hoc
iſte homo defecit/neglexit enim huiuſmodi mala
pene in ſe diſcutere: ⁊ ſic neſciuit ſeipſum miſerum
⁊c. ¶ Ex his autem duobus (ſuperbia ſcilicet ⁊ ne



gligentia) conſurgit in homine quedam confiden
tia quaſi manendi in ſtatu in quo ſtat. Ex eo enim
quod eſtimat ſe abundantem in bonis ⁊ neſcit mi
ſeriam ſtatus ſui/quaſi ſecurus incedit: ⁊ inde na
turaliter ꝓcedit effect⁹ tepidus ad dõa gr̃e gratũ
facientis habenda. Et propterea homo iſte poni
tur tepidus ex his cauſis: ſcilicet quia dicebat di
ues ſum ⁊c. ⁊ neſciebat ſe eſſe miſerum ⁊c. Huiuſ
modi autem diſpoſitio tepidi animi vtinam nõ fre
quẽs inueniat̃ in his qui putantes ſe in gratia dei
eſſe/negligunt diſcutere interiorem animi ſui diſ
poſitionem quo ad penuriam interiorum actuum
virtutũ ⁊ interioris viſus. Signũ autẽ tepidi ani
mi videtur eſſe non progredi ſeu non augeri in in
terioribus actibus virtutum infuſarum.

¶ Et licet ex recitatis in hac litera appareat iam
hunc eſſe verum litere ſenſum: ſolidior tamen ſen
ſus iſte apparet ex ſubiuncto conſilio exhibito in
textu iſti homini: dum ſuadetur ei in remediũ ſtu
dium emendi aurum ignitum ⁊c. In emendo ſiq̃
dem duo inueniuntur contraria tepori. Alterum
eſt appciare ſeu magni eſtimare id ꝙ eſt emẽdũ. al
terũ eſt exhibere pciũ equale rei emẽde. Et primũ
quidem ſpectat ad animam. ſecundum autem ad
executionem operis. Que ideo tollunt teporem:
quia tepidus non eſtimat donum gratie tanquam
emendum/nec ſtudet in executione exhibere ope
ra quaſi equiualentia ad gratiam: ad que tamen
duo maxime oꝫ aſſueſcere tepidus: ⁊ vt ſumme ma
gni faciat q̃ caret gr̃e donũ/⁊ vt oi conatu exerceat

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſe quaſi ad cogendū deū vt det ſibi gratiā. Secūn
dū quoq3 remediū quod adiungitur/ idē teſtatur
ad cauſas tepiditatis relatū. nam quia ꝛ male vi-
dendo bona que habet/ ꝛ non videndo mala q̄ ha
bet/ tepidus effect᷒ eſt: medicina pro oculis ei of-
fertur/ qua impedimenta videndi tollantur: inter
que precipuum eſt ſuperbia: que collyrij vnctione
tollitur/ ſi a chriſto dicimus quia mitis eſt ꝛ hu-
milis corde.

**Ad obiecta** Igitur ordinate reſpōdēdo
dicitur dupliciter poſſe acci-
pi metaphorā hanc de calido ꝛ frigido ꝛ tepido.
Primo intelligēdo per calidum manifeſtā chari-
tem/ ꝛ per frigidū manifeſtā iniquitatem/ per tepi
dum vero mediū: qualis deſcriptus eſt qui ſibi vi-
detur bonus ꝛ tamen eſt malus. Et iuxta hunc ſen
ſum optat angelus magis frigidū q̄ tepidū: nō vt
meliorem/ ſed vt faciliorē ad reſipiſcendū: qui eni3
cognoſcit ſe eſſe malum/ facilius correctionē ſuſci-
pit q̄ is qui putat ſe eſſe bonū/ ꝛ quaſi tutus tepet.
¶ Secūdo referendo metaphorā totam ad guſtum
ſeu ſumentē. Et iuxta hunc ſenſum tā3 frigidus q̄
calidus bonus eſt: nam ꝛ calida libēter ſumimus:
ꝛ ſimiliter frigida libenter ſumimus. ſolū autē te-
pidum abominabile eſt: vtpote vomitum cauſans.
Et ſic optans angelus vtinā eſſes calidus aut fri-
gidus/ optat bonū vtinā eſſes ſicut cibus aut po-
tus habilis ad ſumendū: vt eſt alimentū calidum/
ꝛ alimentū frigidum. Et hic ſenſus magis cōſonat
litere: pro quāto parabola hec ad hoc tendit/ vt ſo
lū tepidu3 abhominabile dicatur tanq̄ vomitiuū.



Unde patet nihil mali per hec verba optari ab an-
gelo. ¶ Ad ſecundam obiectione3 dicitur/ q̄ in iſto
homine tepido eſſet feruor ſuperbie ꝛ arrogātie/
ſi ex intētione ſuperbiret ad hec vt ſe diuitem/ lo-
cupletatum ꝛ nullius egentem magnificaret: ſed
iſte tepidus/ non ex intentione ſic ſuperbit/ ſed ex
modo ſe habendi: quandoquidem ſic confidit in
his que habet tanq̄ iudicans ſe locupletem/ diui-
tem/ ꝛ nullius egentem. Videtur enim quedā ſup
bia ſicca magis q̄ ſuperbie feruor: ꝛ propterea nō
inde aperte malus ſed tepidus effectus eſt. ¶ Ad
tertiam dicitur/ q̄ tepor et ignorantia poſſunt di-
uerſimode cauſare peccatum: tepor immediate/
ignorātia mediate. Sic enim eſt in propoſito: igno
rantia enim proprie miſerie concauſat teporem:
quo deinde peccatur. Nec iſta ſimultas contraria-
tur diuerſitati cauſarum peccandi/ ſcilicet ex igno
rantia vel infirmitate: quoniam illa diuerſitas in-
telligitur ſecundum cauſas proximas: quando ſci
licet cauſa proxima eſt infirmitas non ignorantia/
aut econtrario. Secus autem eſt quum infirmitas
circa vnum actum ſubordinatur ignorantie alteri᷒
rei precedentis: vt patet eſſe in propoſito. ¶ Ad
quartam dicitur/ quod huic tepido non imputa-
tur neſcientia doni charitatis in ſeipſo: ſed ignorā
tia proprie miſerie: que non ſolum eſt euitabilis/
ſed valde culpabilis; vt patet ex dictis. Hec de
quarta.

Universidad de Deusto Biblioteca



CIrca Quintum apoca. vlti. (Qui
nocet noceat adhuc: ⁊ qui in
ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. ⁊ qui iu
ſtus iuſtificetur adhuc/ ⁊ ſanctus ſan-
ctificetur adhuc) difficultas ex tripli
ci capite occurrit. ¶ Primo de veritate/ quia vtra-
qꝫ pars/ progreſſus ſcilicet tam malorum quã bo-
norum/ falſa videtur: nam multi hodie mali: cras
boni: vt patet de paulo ⁊ latrone ⁊c. ⁊ ſimiliter mul
ti hodie boni cras mali: vt patet de nicolao/ ſalo-
mone ⁊c. ¶ Secundo de decentia: qꝛ hec verba ſunt
angeli alloquentis ioannē. indecēs autem videtur
vt angelus ſanctus dicat/ qui in ſordibus eſt ſorde
ſcat adhuc: multo magis ꝙ̄ indecens fuerit iudi-
cium inferre blaſphemie in diabolum: quod tamē
non eſt auſus michael archãgelus: vt iudas in epi-
ſtola ſua dicit. ¶ Tertio de conceſſiõe temporis. nã
deus nemini dedit ſpatium male operandi (vt di-
citur eccleſiaſtici. xv.) immo vt eſaias dixit/ propte-
rea expectat dominus vt miſereatur veſtri. quõ er
go nunc angelus tẽpus ꝓpinquũ denuncians di-
cit: qui nocet noceat ⁊ qui ſordet ſordeſcat/ tanquã
cõcedens malis tẽpus peiora faciendi.

Ad hoc Dicitur ꝙ literalis ſenſus horũ ver-
borũ ad preſcitorũ ⁊ predeſtinatorũ
conditionem ac tempus vſqꝫ ad iudicium tendere
videtur. Ad cuius euidentiam prenotandũ eſt an-
gelum more humano allocutũ eſſe ioannem in fi-
ne apoca. monendo eum ne claudat librum apoca
lypſis/ aſſignando pro ratione quia tempus pro-
pe eſt. Conſueuimus ſiquidem quando in aliud tẽ



pus differenda eſt lectio libri/ claudere librum/ re-
ſeruando ipſum ad tempus oportunum: quũ vero
tunc imminet tempus vtendi libro qui inuenitur
apertus/ dicimus ne claudas librum quia iam in-
ſtat tempus vtendi illo. Sic angelus ioanni ſcribẽ
ti apocalypſis librum dicit. ne ſignaueris librum
hunc/ quia tempus inſtat exequendi ea que ſunt
ſcripta in illo. Et notãter ex parte inſtãtis tẽporis
ad vniuerſale iudicium reddit rationẽ nõ ſigillãdi
librũ. duo nãqꝫ exequendorum gñā in apocalypſi
reuelata ſunt. Quedam adimplenda in tempore: ⁊
ſunt que fient vſqꝫ ad diem iudicij. Quedam adim
plenda in eternitate: ⁊ hec ſunt que fient poſt dieʒ
iudicij. Et quoniam illa que fiunt in eternitate/ di
ſtantia multa videntur: ideo angelus ex parte tẽ-
poris ⁊ eorum que in tẽpore fiunt. reddit rationẽ
non ſigillãdi librũ: vtpote quia tẽpus iudicij inſtat
⁊ exequẽda in tẽpore iam ſũt. Et hoc denotauit di
cẽdo/ tp̄s enĩ ꝓpe eſt: ⁊ dicit abſolute tp̄s: qm̄ tẽ-
pus ad iudiciũ ⁊ tẽpus abſolute equiualent: quo-
niam poſt iudicium non erit vltra tempus: iuxta
illud. iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum qȝ
ficatio ceteroꝝ eſt ab extrinſeco veniēs/glorifica-
tio aūt humanitatis chriſti eſt velut ab intrinſeco
deriuata: qm̄ deriuatur a ꝓpria gloria ſue ꝑſone.
Vn̄ ioh. j. de ꝟbo incarnato dr̄. vidimus gloriā ei⁹
quaſi vnigeniti a patre: q: gloria ipſi⁹ q̄ apparuit
ex intrinſeca gloria vnigeniti a patre emanauit.
Petit ergo dn̄s vt executioni mandet hoc/ſcilicet
ꝙ ex gloria ſua eterna deriuet gloria in ip̄m ſcḋm hu
manā naturā nūc apud patrē: mō ꝑus expoſito.

¶ Et vterꝗ̄ ſenſus literalis eſt/⁊ verus. nec ha-
bet diſſonantiā aliquā: qm̄ licet ſcḋm verba videat
peti qō habet: ſcḋm tn̄ ſenſum petitur alio mō habē
dum quod vno modo habetur. q: iuxta primū ſen
ſum petitur habenda gloria in executione que ha
bebatur in predeſtinatione: iuxta ſecundum vero
ſenſum petitur hūda glīa per deriuationē/q̄ ha-
bebatur ſcḋm eſſentiā in eadē perſona. Unde nō di-
xit/claritate quā habuit humanitas mea/ſed quā
habui ego: petit enim in ſe ſcḋm humanā naturam
deriuari gloriā quam ipſemēt habet ſecundū di-
uinam naturam ab eterno. Hec de quarto. Unde
die. xiiij. aprilis. M. D. xxiiij.

Universidad de Deusto Biblioteca



# Incipit vndecimum ientaculum in quo tria tractantur.

OCcurrunt Vndecio tria occultiora tractanda.

¶ Primũ eſt ioan.x. quum dñs iudeis rñdit. ego dixi dij eſtis ꝛc.
¶ Secundũ ẽ ad philip.ij. Qui quũ in forma dei eſſet/non rapinam arbitratus eſt ꝛc.
¶ Tertium eſt apoc iiij. Tu creaſti oia: ꝛ propter voluntatẽ tuam erant ꝛ creata ſunt.

CIrca Primuz ambiguitas magna occurrit. cur domin' quum dixiſſet ſe eſſe verum deum/ dicendo ego ꝛ pater vnum ſumus/ ꝛ iudei vellent ipſum ꝓpterea lapidare tanq̃ blaſpphemum/ dicẽtes tu homo cum ſis facis teipſum deum: cur inq̃ diuertit ſermonem dominus a deitate per eſſentiaz ad deitatẽ per participationẽ/ aſſerendo pſalmũ loquentẽ de viris excelſis/ ego dixi dij eſtis. Videt enĩ ex hoc dñs voluiſſe occultare ꝟitatez qua dixerat ſe eſſe verũ deũ/ ꝛ reddere rõnẽ quare nõ blaſphemauerit: q: ſacra ſcriptura attribuit dei nomẽ etiam viris excelſis. apparet ſiquidẽ ꝙ ſeipſuz vo-



luit intelligi deum ſimili modo ſicut illi de quibus dicitur/ ego dixi dij eſtis. Et hinc ſequeretur arriana hereſis/ ꝙ chriſtus non ſe dixit verum deuz per eſſentiã/ dicendo ego ꝛ pater vnũ ſumus: ſed expoſuit ſe eſſe deum per participationẽ inducẽdo hãc pſal. authoritatẽ. ¶ Et augetur difficultas ex ſubiunctis verbis de ſeipſo: ſcilicet quẽ pater ſanctificauit ꝛ miſit in mundũ. Nam ſanctificari alienum eſt a deo per eſſentiã: filius enĩ dei non eſt ſanctus factus/ ſed eſt ſanctus genitus. Et propterea affirmando ſe ſanctificatum a patre/ affirmat ſe factuz ſanctum a patre: ac per hoc non eſſe deũ per eſſentiam: ſed eſſe ſanctum factũ. ſicut etiam hieremie dictum eſt: anteq̃ exires de ventre ſanctificaui ꝛc. Vndiq̃ ergo hec dñi verba indecentia videntur/ tunc maxime qñ de eius deitate agebatur.

Ad hoc Dicitur/ ꝙ licet prima facie hec domini verba diuerſiña videantur: ꝛ ad condeſcendendum debilibus iudeorum intellectibus/ aſpicere impotentibus ad claritatez ſue deitatis/ dicta a domino: perſpicacius tamẽ intuẽtibus apparet oppoſitũ. nam per hec verba dominus ꝛ directe reſpõdet obiectionis iudeorũ/ ꝛ ſeipſum amplius manifeſtat eſſe verũ deum.

¶ Ad cuius veritatis euidentiã/ aduertẽdum eſt dñm dixiſſe inueniri tripliciter cõmunicatũ dei nomen. Primo ꝑ originẽ/ dicendo ego ꝛ pater vnuz ſumus. Secũdo ꝑ participationẽ diuini ſermonis dicẽdo: ſi illos dixit deos ad quos dei ſermo fact' eſt: Tertio per gratiam vnionis ꝑſonalis/ dicendo quem pater ſanctificauit ꝛ miſit in munduz. Dñs

Universidad de Deusto
Biblioteca



nā𝔮ꝫ noſter ieſus chriſtus quatenus fili⁹ dei eſt/
verus deus eſt per originē eternā a patre: quate-
nus vero filius hominis eſt/verus quoqꝫ deus eſt
per gratiā vnionis perſonalis nature humane aſ-
ſumpte ad perſonam filij dei.ita quod per gratiaꝫ
vnionis effectum eſt vt homo/vt filius hominis/
vt ieſus chriſtus eſſet verus de⁹:iuxta verbū apo-
ſtoli ad hebre:j.tanto melior angelis effect⁹ ꝗto
differētius pre illis nomen hereditauit:cui eniꝫ di-
xit aliqñ angeloꝝ filius meus es tu.

¶ Quia igitur iudei obiecerāt chriſto ꝙ blaſphe-
maſſet/propterea quia quum eſſet homo faciebat
ſeipſum deum:dominus directe reſpondet nō eſſe
blaſphemiā ꝙ homo ſit de⁹ intelligēdo de deo ve-
ro:quia/per gratiam vnionis perſonalis ipſe ve
rus homo/erat verus deus.Et vt hoc poſſent in-
telligere/manuduxit eos per illos qui facti ſunt
dij per gratiam diuini ſermonis.ita ꝙ cognoſcen-
do homines inueniri deos per gratiā vno modo:
aſcenderent ad credulitatē ꝙ per gratiam/excel-
lentiori modo(ſcilicet per gratiam vnionis ꝑſona
lis)inuenitur homo de⁹ verus.Ex hoc em̄ ꝙ vter
qꝫ modus quo hō eſt deus ad gratiā ſpectat:rōna
biliter/ꝯuenienter ac ſapientiſſime dñs manuduce
bat iudeos ex vno mō ad alium/ex inferiori mō ad
ſuperiorē/ex grā multis cōi ad gratiā ſingulariſſi
mā ſoli nature aſſumpte a filio dei cōceſſam.Vñ ⁊
dñs etiam in modo loquēdi argumentatus eſt ab
inferiori grā ad ſuperiorē/a cōi ad ſingulariſſimaꝫ
dicens.ſi illos dixit deos ad quos ſermo dei fact⁹
eſt/quem pater ſanctificauit ⁊c.inſinuādo ex diffe



rentia,inter numerū pluralē ⁊ ſingularē.ſ.illos ⁊
quem/⁊ ex differentia grē(ſcilicet ad quos ſermo
dei factus eſt/⁊ ſanctificauit ⁊ miſit in mundū)ra
tionem ſuā aſcēdere ⁊ ꝓcedere ab inferiori gratia
ad ſuperiorē:immo;ad ſupremā.¶ Ubi etiā aduer-
te/quod quia iudei dixerant facis teipſum deum:
chriſtus reſpondet quem pater ſanctificauit ⁊ mi-
ſit in mundum:attribuens ꝙ pater fecit/⁊ ꝙ nō ip
ſe vſurpat ſibi eſſe deum.

¶ Verba autem illa quē pater ſanctificauit ⁊ mi-
ſit in mundū/ex duplici capite;ſignificāt gratiam
vnionis ꝑſonalis.¶ Primo ex vi illi⁹ relatiui quē:
quod ē relatiuū ſubſtātie/⁊ refert hypoſtaſim.In
ter ſanctificationeꝫ ſiquidem alioꝝ hoim/⁊ chriſti
hois/hec eſt differentia:ꝙ ſanctificatio alioꝝ prio
refert ad aīam ⁊ mediante anima ad perſonā que
ſanctificatur:ſanctificatio vero chriſti hois primo
terminatur ad perſonā.nā ex hoc ipſo humanitas
chriſti fuit primo ſancta/quia facta eſt in hypoſtaſi
verbi.Et ꝓpterea de chriſto homine ſingulariſſi-
me dicitur/quem pater ſanctificauit:hoc eſt perſo
naliter ſanctum fecit.Et licet ſanctitas illius per-
ſone non ſit facta in ſe/eſt tamē facta ſanctitas illi⁹
nature aſſumpte:ſicut perſona filij dei eſt facta ꝑ-
ſona illius nature.Sanctificatus ergo ſingulariſ-
ſime dicitur chriſtus homo:ꝓ quāto ſanct⁹ fact⁹ ē
ſm naturam humanaꝫ,ex perſonalitate diuina.Et
hinc patet ꝙ excellentior ſit hmōi ſanctificationis
gratia quā ſit gratia ſermonis dei:ob quā ſcriptuꝫ
eſt/ego dixi dij eſtis.Et illa quidem gratia eſt allo
cutionis ad homines preexiſtentes;iſta aūt eſt ad

Universidad de Deusto Biblioteca



conſtituendum ſubſtantialiter hominē ſanctum/
hoc eſt hoiem deum:qm̄ per anthenomaſiā ſancti
tas ſoli deo attribuitur iuxta celeſtem hymnum.
ſanctus ſanctus ſanctus dominus deus.Et ad ꝓ
poſitū de chriſto dixit angelus luc.j.ad beatam vir
ginem/quod ex te naſcetur ſanctuz.P. Nec ſolū ve
rificantur hec ſm rem/ſed etiam ſeruata ꝓprie-
tate locutionis.Etenim ſicut chriſtus vere dicitur
ſanctificatus ratione gratie habitualis in anima
ipſius: ita vere dicitur ſanctificatꝰ rōne gr̄e vnio-
nis perſonalis cōceſſe humanitati ipſius.Et quia
hec ſanctificatio eſt ꝛ prior/ꝛ potior illa/immo eſt
cauſa illius(vtpote faciens hominem deū verum
in perſona ſignificata ꝑ relatiuū quem)ideo pro-
culdubio de ſanctificatiōe per gratiā vnionis hec
domini verba intelligenda ſunt.

¶ Et qm̄ ꝓfundus nimis eſt hmōi intellectus ad
quē iudei aſcendere nō poterant:adiunxit bonus
dominus alterum manifeſtū caput vnde poterant
hmōi vnionis gratiam percipere addendo illud
verbum/ꝛ miſit in mundum.Nam etiam ſi ſanctifi
catio cōi modo acciperetur/ex iſto adiuncto intel-
ligeretur vna perſona filij dei ꝛ filij hominis. fue-
runt ſiquidez multi alij ſancti facti:ſed nullus fuit
cui cōuenerint hec duo:ſcilicet ꝙ fuerit ſanctifica-
tus/ꝛ fuerit miſſus in mundū.P.Et nota bene li in
mundū(hoc eſt in vniuerſum:ꝛ non in mundū viſi
bilem tantum/ſed ſimpliciter ꝛ abſolute in mun-
dum)qm̄ qui mittitur in mundū/extra mundum
erat.extra quē ſolus deus eſt:omnes enim res par
tes ſunt mundi;ac per hoc ſunt in mūdo ſicut par-



tes in toto/excepta ſola illa re que deus eſt.q̄ etiā
ſm philoſophos eſt bonū extrinſecū totiꝰ vniuer-
ſi.vt patet.xij.meta.Ex hoc igitur ꝙ vnuſmet ho-
mo eſt ille quem pater ſanctificauit ꝛ miſit in mun
dum/etiam ſi ſanctificatio cōi modo intelligeret:
ſignificatur ꝙ vnuſmet homo eſt ꝛ verꝰ homo ꝛ ve
rus deus:quatenus ſanctificatꝰ verus homo:qua
tenus miſſus in mundū a patre verus deus:ac per
hoc in verbis iſtis ſignificatur gratia vnionis per
ſonalis:qua factum eſt vt filius hominis eſſet filiꝰ
dei:qua manifeſte excluditur ꝙ blaſphemauit do
minus ieſus:qui quum homo eſſet ꝛ filius homi-
nis/dixit quia filius dei ſum/dixit ego ꝛ pater vnū
ſumus.P.Et ſic manifeſtum eſt ꝙ dn̄s non timuit
perſeuerare in confeſſione ſue vere deitatis/nec di
uertit ſermonem ad deitatem per participationē:
ſed quum dixiſſet ſe verum deum per eſſentiā (qđ
verificatur de ip̄o quatenus eſt filius dei)aperuit
iudeis ꝛ nobis ꝙ etiam quatenus eſt filius homi-
nis/eſt per gratiam vnionis verus deus. ꝛ ad hoc
intelligēdū manuduxit eos per illos qui dicti ſūt
dij per gratiam ſermonis diuini. Unde non dedit
arrianis occaſionem errandi: ſed perſcrutandi ad
intelligentiā ſue doctrine.

¶ Et quod hec fuerit ad literā intentio domini
manifeſtatur per ſubſequētia verba.nam hec que
dixit de identitate ſue perſone ꝙ erat viuus deus ꝛ
homo/ſtatim ꝓbat ſubiungendo.ſi non facio opa
patris mei/nolite mihi credere:ſi autem facio/ꝛ ſi
mihi non vultis credere/operibus credite: vt co-
gnoſcatis ꝛ credatis quia pater in me eſt ꝛ ego in

Universidad de Deusto
Biblioteca



patre. Ubi ex vnitate operatiõis ſue ⁊ patris/pro
bat vnitatẽ ſubſtantialem ſui ⁊ patris; quã predi-
xerat. Unde etiã iudei auditis his/q: intelligebãt
hanc dñi reſponſionẽ ad idem tendere quod dixe
rat (ſcilicet ego ⁊ pater vnum ſumus) propter qđ
volebant eum lapidare/non quieuerunt: ſed his
auditis vt euangeliſta dicit: querebant eum appre
hendere: ſed ipſe exiuit de manibus eoruꝫ. Ex quo
facto manifeſtius redditur quod diximus. ſcilicet
ꝙ ſermo dñi non erat ad diuertendũ ſed ad manu-
ducẽdũ eos ad veritatem quã dixerat. Si enim fu-
iſſet diuerſiuus ſermo: nõ perſtitiſſent vt appre-
henderent eũ: ⁊ lapidarent extra templum. vtpo
te perſiſtentẽ in blaſphemia. Et per hoc patet ſo-
lutio ad queſita oĩa. Hec de primo.

Circa Secũdum ad philip. ij. (ſ.
qui quũ in forma dei eſſet
nõ rapinã arbitrat⁹ eſt eſſe ſe equa-
lem deo: ſed exinaniuit ſemetipſum
formã ſerui accipiẽs) difficultas ex
multis capitibus occurrit. Et prio
quia impertinentia multa videntur hic appoſita.
quũ enim apoſtolus intẽderet dicere chriſtũ quũ
eſſet deus ſemetipſum humiliaſſe ad incarnationẽ
⁊c. impertinens primũ videtur ꝙ equalitatem ad
deum immiſceat: ſufficiebat enim dicere. qui quuꝫ
in forma dei eſſet/exinaniuit ſemetipſum ⁊c. Rur-
ſus. Si equalitas ad deũ inferenda eſſet/quorſum
inſeritur iudicium ſeu arbitrium de equalitate? ſa
tis enim fuiſſet dicere. qui quũ in forma dei eſſet/⁊



equalis eſſet deo: exinaniuit ſemet ipſum. Iterũ.
Si equalitatis arbitrium interponẽdũ erat: quor-
ſum de non rapina ſermo hic eſt: vbi ad humilitat/
virtutem hortabatur apoſtolus chriſti exemplo/
non ad fugam vitioruꝫ. nec caret deniqꝫ ſcrupulo
quorſum apoſtolus incarnationẽ appellauit exa
cuationem ipſius filij/dicendo exinaniuit ſemetip
ſum: quuꝫ nulla interuenerit euacuatio in hoc my
ſterio. ¶ Secundo magna eſt difficultas circa con-
textum huius ſermonis. non enim apparet ad qđ
reſpicit illa aduerſatiua coniunctio ſed/quum di-
citur ſed exinaniuit ſemetipſum. videt enim ꝙ de-
buiſſet dicere/⁊ tamẽ ſemetipſum exinaniuit: quo
niam ex hoc dicto/qui quum in forma dei eſſet nõ
rapinam arbitratus eſt eſſe equalem deo (quo di
cto ſignificatur ꝙ chriſtus cognouit nõ rapina ſꝫ
natura eſſe equalem deo) conſequenter ſubiungẽ
dum erat/⁊ tamẽ exinaniuit ſemetipſum/⁊ nõ ſub
iungendũ erat ſed exinaniuit ſemetipſum: qm̃ ni-
hil premiſſum eſt cui aduerſetur li ſed.

Ad euidentiam huius ſentẽtie per-
ſpicere oportet pri⁹
intentionem ⁊ ſenſum: deinde ad verba deſcẽdere
apoſtoli. Intẽtio ei⁹ (vt ex contextu apparet) eſt
exemplum humilitatis qua ſuperiores nobis inui
cem nos arbitremur/ex chriſti actione afferre pre-
miſerat enim in humilitate ſuperiores ſibi inuicem
arbitrantes: ⁊ ſubiunxit exemplum de chriſto cum
cauſali coniunctiõe dicens/hoc enim ſentite in vo
bis quod ⁊ in chriſto ieſu. ¶ Exemplum aũt chriſt
ꝯſiſtit in duob⁹. Primo in myſterio incarnatiõis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



de quo hic eſt ſermo. deinde in myſterio ſue paſſio-
nis/ de quo poſt ſubiungitur humiliauit ſemetip-
ſum. Et myſterio autem incarnatiõis intẽdit apo
ſtolus humilitatis exemplum afferre/ aſſignando
rationem quare chriſtus recognouit deum vt ſu-
periorem. ⁊ hoc directe ſeruit ꝓpoſito ſuo/ quo in
ſtruebat philipenſes vt in humilitate ſuperiores
ſibiinuicem arbitrarentur. nam ſi chriſtus cum ſit
deus arbiratus eſt deum ſuperiorem ſibi: tanto
magis homo debet hominem ſuperiorem ſibi ar-
bitrari. Et qm̄ chriſto domino hmõi ſubiectio nõ
cõuenit ex natura (qm̄ ex natura equalis eſt deo)
ſʒ ex libero arbitrio quo voluit incarnari: ideo apo
ſtolus mira ſubtilitate radices ex parte rei ⁊ intel
lectus/ humilitatis omnis ⁊ humilitatis iſtius ſin
gulariſſime incarnationis in hac ſententia tangit.
¶ Quod vt clarius intelligatur/ recolendũ eſt qđ
humilitas ex parte rei conſurgit ex aliqua minori
tate: ex parte autem intellectus conſurgit ex cogni
tione ⁊ iudicio illius minoritatis. ex hoc enim ar-
bitror alium mihi ſuperiorẽ/ quia in aliquo minor
ſum illo/ ⁊ recognoſco me in aliquo minorem illo:
ſi enim eſſem minor ⁊ nõ recognoſcerem me mino
rem: non propterea eſſem humilis. Et per oppoſi
tum ſi aliquam minoritatem habeo reſpectu alte-
rius/ ⁊ equalem me illi facio ſeu iudico: rapinã cõ-
mitto: rapio enim equalitatem quã nõ habeo: quũ
ſim minor. Et hinc amplius ſequitur/ ꝙ ſi nos ſu-
periores nobis inuicem non arbitraremur/ rapi-
nam cõmitteremus: quia quilibet minor quum ſit
altero/ equalem ſaltem ſe faceret illi/ ac per hoc ra
peret



equalitatem.
¶ Quibꝰ prelibatis ſenſus apoſtolicus eſt quod
chriſtus quum deus eſſet/ non ex iudicio rapine
equalitatis diuine ſed ex propria voluntate reco-
gnouit deum ſuperiorem formam ſerui accipiẽs.
Et per id quod dixit non ex iudicio rapine/ exclu-
ditur primo omnis minoritas a filio dei: ſi enĩ mi
nor in aliquo eſſet deo: iudicium quod eſſet equa
lis deo/ eſſet iudicium per rapinam: ac per hoc ꝙ
non ex iudicio rapine equalitatis diuine incarna-
tus eſt: declaratur ꝙ non ex iudicio alicuius mi-
noritatis in ſeipſo/ ac per hoc quod non ratione
alicuius minoritatis ſubiectus eſt deo. Fuiſſet ſi-
quidem ex iudicio rapine diuine equalitatis ſub-
iectus/ ſi ex iudicio alicuius minoritatis in ſeipſo
ſubditus eſſet: arbitrans ⁊ merito rapinam/ eſſe
ſe equalem deo: quo minorem recognoſceret. Sed
non ex rapine iudicio ſed ex mera ſua voluntate
ſubiecit ſe deo/ formam ſerui accipiens. Excludit
ſecũdo omnis cautela rapine equalitatis diuine:
ſiue quantum ad rem/ ſiue quantum ad affectum/
ſiue quantum ad eſtimationem aliorum. fuiſſet ſi-
quidem ex iudicio rapine huiuſmodi incarnatus:
ſi cauens ne deo debitum honorem vſurparet ſi-
bi/ aut cauens ne in affectum celſitudinis diuine
veniret/ aut cauens ne eſtimaretur ab alijs deꝰ for
mam ſerui accepiſſet. Sed omnis huiuſmodi
cautela excluditur ex hoc ꝙ non rapinam arbitra
tus eſt eſſe ſe deo equalem in omnibus ⁊ per om-
nia: hoc eſt ex hoc qđ nõ ex iudicio rapine diuine
equalitatis quomodolibet/ ſed ſpontanea volun-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tate formaꝫ ſerui accepit: ¶ Et poteſt hec ſentētia
cauſam denotans ſubiectionis chriſti ad deum/
ſuam voluntatem/⁊ non iudicium de minoritate
aliqua in ſe cognita: adhuc duplicem ſenſuꝫ habe
re. Primus eſt intelligēdo ꝑ equalitatē ad deum
equalitatem intrinſecā. Et tunc eſt ſenſus .ꝙ chri
ſtus quum ex forma dei eſſet/nō ex iudicio rapine
diuie equalitatis (hoc eſt nō ex iudicio quo cogno
ſceret ſe rapere diuinaꝫ equalitatē: quia nō ex iu-
dicio quo ſe recognoſceret in aliquo minorē pr̄e:
vt quia minor patre/honorare voluerit patrē acci
piendo formā ſerui) ſed propria voluntate ſemet-
ipſum exinaniuit/formam ſerui accipiēs. ¶ Alter
ſenſus eſt intelligendo ꝑ equalitatē ad deū/equa-
litatem puram. hoc eſt equalitatem non adiunctā
ſeruituti. Et tunc eſt ſenſus .ꝙ chriſtus quū in for
ma dei eſſet/non ex iudicio rapine equalitatis pu
re (hoc eſt non quod iudicauerit rapinam/perma
nere ſe in pura equalitate ad deū) ſed ꝓpria volun
tate adiunxit ſeruitutem equalitati: dū exinaniuit
ſemetipſum formā ſerui accipiens. Et iuxta hunc
ſenſum intēdit dicere apoſtolus .ꝙ ſi chriſtus quiꝫ
in forma dei eſſet/voluiſſet permanere patri equa
lis pure (hoc ē equalis ſine adiuncta minoritate
quam per incarnationem ſibi adiunxit) non cōmi-
ſiſſet rapinam: qm̄ in forma dei erat: hoc eſt quia
deus ver⁹ erat. Et ꝓpterea non rōne alicuius de-
biti aut defectus aut minoritatis ⁊c. ſed ſola volū
tate ſemetipſuꝫ exinaniuit/formā ſerui accipiēs/
hoc eſt fecit ſe minore/quum eſſet equalis: nō mi-
nuendo equalitatē/ſed adiungendo equalitati mi



noritatem. ¶ Et hic ſenſus vltimus qui includit
primū ⁊ addit/magis vt dec̄ amplectēdus ad lite-
rā q: ſaluat ad literā tū ꝓprietatē vocabuloꝝ/tuꝫ
claritatem ⁊ facilitatem ſententie ⁊ exemplis ad
humilitatem. Iuxta hunc ſiquidem ſenſuꝫ filius
dei vere ⁊ proprie exinaniuit ſemetipſum: hoc eſt
euacuauit perſonam ſuam/non aliquo intra ſuam
perſonam contento/ſed puritate equalitatis ad
patrem: nam vbi prius erat patri equalis/⁊ nullo
modo minor. modo eſt equalis ⁊ minor. Et ſignan
ter dixit ſemetipſum: quia ita ſuam perſonam fili⁹
exinaniuit hoc eſt euacuauit puritate equalitatis
quod non perſonam patris aut ſpiritusſancti eua
cuauit tali puritate. ſpiritus enim ſanctus equalis
patri ita eſt quod nullo modo minor: ⁊ ſimiliter pa
ter ita eſt equalis filio ⁊ ſpirituiſancto quod nul-
lo modo minor. Solus aūt filius eſt qui eſt ⁊ equa
lis ⁊ minor: quia ſemetipſū exinaniuit hoc eſt eua-
cuauit puritate equalitatis diuine/formam ſerui
accipiens: hoc eſt adiungens equalitati ſeruitu-
tem. Similiter iuxta hunc ſenſum ſententia ⁊ faci
lis et clara eſt: vt decet epiſtolarem textū/⁊ preci-
pue in exemplis. Inuenitur ſiquidem accommo-
datum valde bene ſic intellectum exemplum ieſu
chriſti ad humilitatem ex hoc quod quum eſſet
deus/⁊ noſſet ꝙ nō eſſet ſuperbie rapina ꝑmane-
re in diuina equalitate pura: voluit propria volun
tate ſuam perſonā euacuare puritate equalitatis/
adiungendo ſibi ſeruitutē qua patrē ſuperiorē ha
beret. Si ipſe ſic fecit quāto magis nos (q̄s opꝫ ar
bitrari rapinā eſſe nos equales alijs: q̄ minores in

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



aliquo ſumus) debemus ſuperiores nobiſinuicē
arbitrari?Rurſus:ſatiſfacere quoq; iuenitur hoc
exemplum precedentibus immediate verbis: ſcili
cet non que ſua ſunt ſinguli conſiderantes/ſed ea
que; aliorum. quoniam hinc habemus; quod/
chriſtus ieſus quum eſſet filius dei:non que ſua
ſūt ſcilicet diuinam equalitatem puram conſide-
rauit ſeruandam/ſed ad ſalutem aliorum exinani-
uit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Et ſi al
tius ſcrutatus fueris: inuenies maximum hum/
litatis exemplum: quoniam quum in forma dei
eſſet/⁊ ſecundum dei formam nec habere poſ-
ſet vllo modo ſuperiorem/ ſecundum vero per-
ſonam non haberet quoq; ſuperiorem nechabere
poſſet ſuperiorem ſeruata puritate equalitatis:
maluit euacuare ſuam perſonam puritate equali
tatis formam ſerui accipiendo vt haberet ſupe-
riorez/ ꝙ in ſue equalitatis puritate perſiſtere.
Propter quod formaliſſime apoſtolus non dixit/
formam creatam ſed formaz ſerui:vt equalitati mi
noritatem ſeruilem adiunxiſſe intelligeres:non ſo
lum ad confundendam noſtram ſuperbiam qua ſu
perior ēvllū ſi fieri poſſetnollemus/ſed ſtatimad
impellēdam ad humilitatē qua ſuperiores nobis
inuicem arbitremur:immo:ad tam diu vacandum
humilitatis affectui donec ſentiamus in nobis ꝙ
⁊ in chriſto ieſu ſentimus donec affectemꝰ ob alio-
rum bonū ſuperiores alios nobis facere/ euacuā-
do nos circundantibus nos condignitatibus no
ſtris/⁊ inferiorum aut etiam ſubditorum perſo-
nas agendo:etſi non ſemper extra ſaltē intꝰ ſit.



¶Et confirmatur adhuc eadem ſententia ex fidu
ciali augmento familiarium tactuum. Nam quum
dominus ieſus a mulierum conuerſatione eſſet tā
alienus/vt diſcipuli videntes eum loqui cū ſama
ritana/mirarentur quod cum muliere loquebatur
credibile nō eſt quod mulier aliqua auſa fuerit pri
ma vice vngere caput ipſius: ſed quod mulier illa
que prima vice pedes lachrymis lauit/⁊ gratum
ſuum officium fuiſſe experta eſt dum audiuit pro-
pterea ſibi dimiſſa eſſe peccata multa:poſt multuz
temporis animequior facta ex multis ſibi mōſtra
tis beneuolentie ſignis ⁊ multis preceptis effecti
bus gratie ſpiritualis/tantum fiducie acceperit
vt iterum pedes ⁊ caput ſilꝰ vnxerit/ rōalis pro-
ceſſus fiducie admittit.qui vſque adeo excreuit/vt
ad reſurgentis domini amplexum amoris ardor
magnitudoq; leticie incitauerit: quum prohibita
eſt a domino/dicente noli me tangere. Quod eni
tunc in amplexum ruere volebat: iuſinuat pri-
mo ipſa domini prohibitio/qui tamen non pro-
hibuit eam oſculari ſibi pedes:quoniam ſcriptum
eſt/acceſſerunt ⁊ tenuerunt pedes eius: Atteſtari
etiam dicitur incorrupta adhuc caro in ſola fron-
te capitis eius perſeuerans:vtpote quam domi-
nus manu immortali tetigit/prohibens eam/no-
li me tangere.hoc eſt enim ſignum quod vultū ſuū
magdalena non ad terram verſus pedes dirige-
bat:ſed neſciens quid faceret ad amplexum.
¶Et hec dicta ſint vt percipiatur quod vnamet pſ-
ſona fuit que primo pro remiſſione peccatoruz la
chrymis rigauit pedes eius/poſtea animequior

Universidad de Deusto Biblioteca



ſacta ad caput vngendum aſcendit/et poſt reſurr
ectionem ardens magiſtri amoꝛe in amplexus rue
re voluit huiuſmodi enim fiducie pꝛogreſſus idē
titatē perſone monſtrat. Et quum cōſtet quod ma
ria magdalene fuit que fecit hunc vltimum actum
⁊ quod ſoroꝛ lazari fuit que fecit penultimum/⁊ ꝙ
peccatrix mulier que fecit primum: conſequens ex
hoc ⁊ tot alijs antedictis eſt/vt ex euangelicis di-
ctis credamus vnam ⁊ eādem eſſe mariam magda
lene ſoroꝛem lazari que erat in ciuitate peccatrix:
vt eccleſiaſticum etiam officium teſtatur. Hec de
ſecundo.

Ad Tertium dicitur/quod ratio
talis quaſi imperfecti modi
curandi fuit duplex. vna ex parte ce
ci/ quia ſcilicet i diſpoſitus erat ad
recipiendum ſubitam ſanitatē per
fectam: vt patet ex eo quod ipſe nō
rogabat pꝛo ſeipſo/ ſed alij rogabant pꝛo eo. Hec
tamen cauſa non eſt ſufficiens. quoniaʒ legitur do
minū ſubito curaſſe paraliticū ſubmiſſum ꝑ regu-
las/ad fidē alioꝝ ipſo paralitico tacente.
¶ Alude altera cauſa ex parte domini ſimul cū pꝛe-
dicta concurrit: ſcilicet vt doceret nos miraculo-
ſa dei opera non ſolum eſſe que ſubito perfecte fi-
unt/ſed etiam procedendo de imperfecto ad per-
fectum. ⁊ quidem cecus ille ita erat diſpoſitus vt
nō eſſet capax perfecte ſanitatis vno ictu: ſed pau
latim ſicut diſpoſitio erat fidei ⁊ deuotionis/ ita
etiam paulatim ſanitatis donum conceſſum eſt.
Quod in paralytico non eſt obſeruatum/quia ra-



**Ad verba** Autem deſcendēdo /dicitur ꝙ
opoꝛtuit apoſtolum meminiſ
ſe equalitatis dum tractarat de extremis ſcilicet
ſuperioꝛe ⁊ inferioꝛe (dixerat eñ ſuperioꝛes, ſibi
inuicem arbitrantes) equale enim medium eſt in
ter maioꝛem ⁊ minoꝛem. Opoꝛtuit quoqꝫ de arbi
trio equalitatis loqui: duʒ de cauſa rationali/ hoc
eſt agente a pꝛopoſito tractabat. Rapinam quoqꝫ
inſeruit: qm̄ rapina equalitatis ita contrarium
humilitatis ſignificat vt radicē hūilitatis ſcilicet
minoꝛitatē oſtendat. ¶ Et ſcito ꝙ vt cōtextus pla
nus litere habeatur/negatio ſuꝑ verbū conſtruen
da eſt. ita ꝙ litera ſic oꝛdinetur. Qui quum in foꝛ-
ma dei eſſet/non eſt arbitratus rapinā/eſſe equalē
deo: ſiue equalitate intrinſeca ſiue equalitate pu-
ra: hoc eſt non ex iudicio rapine equalitatis ſed ſe
metipſum exinaniuit (in quo clauditur ꝙ volūta
rie ſe exinaniuit) foꝛmā ſerui accipiens. Et ſic ad-
uerſatiua cōiunctio habet cui aduerſetur: dū cau-
ſa aduerſatur cauſe: hoc eſt voluntas aduerſatiue
ponitur ad non iudicium rapine. verba enim hec
licet non per modū cauſe inducantur quantum ad
ſonum verboꝛum/vt cauſas tamē cōtinētia intel-
ligēda ſunt. Et ſic intellecta/per aduerſatiuam cō
iunctionem cauſa affirmata ſcilicet voluntas con
traponitur cauſe negate/ſcilicet non arbitrio ra-
pine equalitatis. Et ſignificatur ꝙ non ex iudicio
rapine ſed ſponte exinaniuit ſemetipſum. Hec de
ſecundo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CIrca Tertium apoca iiij.(om-
nia creaſti/⁊ per tuam vo-
luntatem erant ⁊ creata ſunt) diffi-
cultas occurrit quo pacto verifica-
tur hoc quod omnia que deus crea
uit/per ſuam voluntatem erant et
poſtea creata ſunt. Dupliciter enim res dicuntur
eſſe: vel in ſeipſis vel in ſuis cauſis: ſicut dom⁹ dic
tur eſſe vel in ſeipſa,quando eſt facta/vel in mente
artificis anteꝙ fiat. Neutro autem modo verifica-
ri poſſunt hec verba. Non de eſſe reruꝫ in ſeipſis:
quia tale eſſe non habent anteꝙ create ſint: in te-
xtu autem dicitur/ erant ⁊ creata ſunt. Nec de eſſe
in arte diuina: quoniam creatura ſecundum eſſe
quod habet in deo/eſt creatrix eſſentia/⁊ eſt ipſe
deus: iuxta illud ioan.j.quod factum eſt in ipſo vi
ta erat.ac per hoc non dependent ſecundum tale
eſſe a volũtate dei.⁊ ꝯſequẽter falſum eſt dicere ꝙ
ꝑ volũtatẽ tuã erãt: ſicut falſũ eſt dicere/ꝙ ipe de⁹
eſt ꝑ voluntatẽ ſuã: debuit em̃ dicere/⁊ ꝑ naturam
tuã erant/aut ſaltẽ per intellectum tuum erant.

Ad hoc Dicitur/ꝙ proculdubio ſermo iſte
intelligitur de creaturis ſecundum
ꝙ ſunt in mente dei ſummi omnium artificis.

¶ Et quum obijcitur quod creature non ſunt in
mente dei per voluntatem dei/ſed per naturam
ſeu intellectuꝫ eius. rñdetur ꝙ creature dupl'r in-
telligunt eſſe in ipſo ſũmo opifice. Primo ſimpl'r
⁊ abſolute/vt effect⁹ in cã a qua ꝑduci pñt: ſecũdo
vt effectus producẽdi ſunt in cauſa.

¶ Et vt percipias hanc diſtinctionẽ/ cõſidera ꝙ



ctis erat ſubiecta/⁊ nulla alia legatur niſi illa que
erat in ciuitate adeo peccatrix vt etiam proprio no
mine nõ meruerit nominari: ratiõabilis valde ap-
paret cõmunis opinio/eandem dicẽs mariã ma-
gdalenam ⁊ peccatricem apud lucam. ¶ Et confir
matur ex eo ꝙ lucas ipſe poſt lachrymas mulieris
peccatricis/ſequenti capitulo ponens mulieres
chriſti ſequaces/ante oẽs ponit mariam magdale
nam: nominans eam iam chriſti pediſſequam/cui⁹
peccatricis nomen tacuerat. Simile enim quid fe-
cit de matheo euangeliſta: dum ſedentem ad telo
neum nominat leui/quem poſtea in catalogo apo
ſtolorum nominat matheum.

¶ Firmat quoqꝫ nõ ſolũ eadẽ ſententia ſed etiam
ꝙ ipſa fuerit ſoror lazari/ex verbis ioannis euãge
liſte: dicẽtis de maria ſorore lazari/maria aũt erat
que vnxit pedes dñi vnguẽto. Ex tẽpore em̃ quo
ioannes hec verba dixit/habetur ipſam fuiſſe que
olim vnxerat pedes domini vnguento. nam ꝑ hec
verba deſcripta eſt ante reſurrectionem lazari: ac
per hoc ante tempus cene in qua lazarus reſuſci-
tatus viuus erat ex diſcũbẽtibus ante ſex dies pa
ſce/quando maria iteruꝫ vnxit pedes domini. Ex
quo enim ioannes ſcripturus erat cenam illã ⁊ vn
ctionem que ibi facta poſtea fuit: non erat ſoror la
zari deſcribenda ꝑ futurã vnctionẽ verbo preteri-
ti tẽporis ſcilicet vnxit: ſed ad ſignificandũ prete-
ritam vnctionem quam deſcriptam ſciebat a luca
euangeliſta/deſcripſit eam a preterito actu: vt ad
quantam gratiam ſint peccatores a chriſto admiſ
ſi ſignificaret. Unde vtitur ſimili modo loquẽdi/

Universidad de Deusto
Biblioteca



quo vtitur in deſcriptione aliarum perſonaruꝫ ex
preteritis actibus: Quum enim deſcribit nicode-
mum ſepelientem chriſtum/dicit ꝙ ipſe eſt qui ve
nerat primum ad eum nocte. Et ſimiliter quum
deſcribit caypham iudicantem chriſtum ait. erat
autem cayphas qui conſilium dederat iudeis ⁊c.
Jta quoqꝫ de ſorore lazari dicit. maria autem erat
que vnxit pedes domini vnguento ⁊ extersit ca-
pillis ſuis: conſtat enim quod nulla alia pro tunc
erat que vnxit pedes domini et extersit capillis
ſuis/niſi peccatrix apud lucam.

¶ Nec ſolum ex tpe ſed etiam ex loco idem confir-
matur. Nam in eadem domo vtraqꝫ vnctio facta
inſinuat eandem eſſe perſonam vngentem cui cō-
moda erat illa domus. prima ſiquidem vnctio fa-
cta eſt in domo ſimonis pharisei. ſecunda quoqꝫ
in domo ſimonis leproſi quia dominus curauerat
eum a lepra: vt gloſa dicit. Ex quo apparet quod
tam commoda immo ⁊ familiaris domus ſimonis
erat marie ſorori lazari/vt forte (quod etiam ali-
qui putant) in eadem domo ſub diuerſarum con-
tignatione habitaret maria magdalena.

¶ Quod ex tribus elici quodammodo poteſt. Pri
mo ex eo quod domeſtice videtur ingreſſa ſuper
comminantes quando primum rigauit pedes eius
vt cognouit quod accubuiſſet in domo ſimonis
pharisei: quaſi nacta loci commoditatem. Secun
do ex eo quod quaſi ad manum habens dum ce-
naretur ante ſex dies paſce/accepit alabaſtrū vn-
guēti ⁊c. Tertio ex eo quod in domo ſimonis mar
tha miniſtrabat.



preter creaturas productas ⁊ producendas mul-
ta ſunt alia in diuina poteſtate que poſſet produ-
cere que tamen nunꝗ̄ produxit nec producet. Et
ex his eleua mentis oculos/⁊ conſidera deum glo
rioſum in duplici ſigno nature: hoc eſt conſidera
primo ipſum ſecundum ſe/hoc eſt non conſidera-
ta determinatione voluntatis eius ad producen-
dum aliquas creaturas. ⁊ ſic videbis oēs creatu-
ras tam quandoqꝫ productas ſeu producendas ꝗ̄
nunꝗ̄ productas ſeu producendas habere eſſe in
deo vt in cauſa potente illas producere. Et loquē
do de tali eſſe creaturarum in deo/dicendum eſt ꝙ
ſunt in deo per naturam ⁊ non per voluntateꝫ dei:
quoniam hoc conuenit deo ex ſua natura/⁊ non ex
libero arbitrio. Si vero conſideres ipſum deū glo
rioſum deinde in ſecūdo ſigno (hoc eſt quū volun
tas ſua libere detꝰminauit ſe ad p̄ducēdū ita iſtas
creaturas/puta q̄ ſunt fuerūt ⁊ erūt in hoc mūdo/
ꝙ nō alias q̄ nunꝗ̄ fuerūt ſunt aut erunt) videbis
differentiā inter creaturas ⁊ creaturas in deo: in
hoc ꝙ quedaꝫ ſunt in eo ſolo in potentia/quia ſcꝫ
pñt ab ipſo fieri: q̄dā vero ſunt in eo nō ſolū in po
tētia/q2. ſ. pñt ab ipo fieri: q̄dā vero ſunt in eo nō
ſolum ſic ſed etiam vt producende. ⁊ ꝙ creature q̄
ſunt in eo hoc ſecundo modo ſcilicet vt p̄ducēde ꝑ
volūtatē ipſiꝰ dei habēt hūc eſſendi modū: qm̄ ex
libera dei volūtate q̄ſi trāſlate ſūt de ordīe poſſibi
liū abſolute ad ordinē p̄ducēdoꝛ qñqꝫ. Et de crea
turis ſm̄ tale eſſe apoc. loqtur. Et verū dicit: qm̄ ꝑ
volūtatē dei q̄ creata ſunt erāt p̄ducibilia: q̄uis ꝑ
naturā dei erant ſimplr poſſibilia. ⁊ ſic creature vt

Universidad de Deusto
Biblioteca



producende erant in arte dei per ſuam voluntatē ⁊ create ſunt per eandē voluntatem.

¶ Ad obiectionem autem in oppoſitum/ꝙ creatura in deo eſt creatrix eſſentia ⁊ vita ⁊c. reſpōdetur diſtinguendo/formaliter vel idētice:hoc eſt quod creature in deo ſecundam illam rem in qua ſunt/ non ſunt per voluntatem:quia ſic ſunt ipſa deitas ſed formaliter vt ſunt producende/ſunt per volūtatem. Quemadmodum actus liberi arbitrij diuini: formaliter eſt per diuinam voluntatem in deo/ nam quia vult eligit ⁊ idē ipſe actus idētice (hoc eſt ſecundum rem que eſt) quia eſt ipſa deitas/per naturam eſt non per voluntatem. Hec de tertio.

Bude die vigeſima aprilis. M: D.xxiiij.



# Incipit duodecimū ientaculum in quo quinqꝫ tractantur.

OCcurrunt duodecī cōſiderāda circa res geſtas quinqꝫ.

¶ Primum luce.vij.quo pacto mulier peccatrix ſtās lauerit pedes domini lachrymis.

¶ Secundum.vnde conſtat ex euangelio hanc mulierem peccatricem eſſe mariā magdalenam ⁊ ſororem lazari.

¶ Tertium. Cur marci.viij.dominus cecum illuminauit paulatim.ita quod primo imperfecte; dum dixit/video homines ambulantes ſicut arbores. ⁊ ſecundo impoſitione manuū perfecte/vt clare videret omnia.

¶ Quartuꝫ. Cur paulus apoſtolus tam.j.ad thi. iij.quam ad ti.j. tradens conditiones requiſitas ad epiſcopum/tradit tantummodo poſitiuas (puta ſobrium/prudentem ⁊c.) ⁊ nunꝙ̄ meminit conditionis comparatiue: ſcilicet ꝙ ſit dignior alijs.

¶ Quintum. Cur tentator chriſti in prima ⁊ ſecunda tentatione dixit/ſi filius dei es: in tertia autem hoc non dixit/ſed ad maximū ſcelus auſus eſt chriſtum prouocare.

Universidad de Deusto
Biblioteca



AD Primū horū dicitur/ ꝙ lucas
euangeliſta exuberantiam fle-
tus et lachrymarum in illa peccatri
ce deſcripſit ex hoc quod nō potuit
continere lachrymas immo lachry-
marum profluuium/ vſq ad ſui proſtrationem ad
pedes chriſti: ſed tanta erat commotio ad fletum/
⁊ affectus ad irrigādū pedes lachrymis: vt adhuc
ſtās.i.erecta profluuiū lachrymarū inceperit ad
pedes emittere. Propter quod ſignanter euāge
liſta non dicit ꝙ ſtans rigauit pedes eius/ ſed qō
ſtans cepit rigare: ſignificans per hoc incontinē-
tiam ⁊ exuberantiam lachrymarum.

AD Secundum dicitur/ quod ex
euangelio marci vlt. habetur
mariam magdalenam eſſe illam de
qua dominus eie erat ſeptē demo
nia. Et quoniam marcus ideo de-
ſcripſit eam a ſeptem demonijs/ vt
denotaret dignitatem hominum peccatorum qui
ad chriſtum conuerſi ſunt/ per hoc quod chriſtus
mulieri olim tam peccatrici reſurgens primo apa
ruit: conſequens eſt vt per ſeptem demonia intel-
ligātur vniuerſa vitia: vt greg. optime expoſuit:
alioqn nō fuiſſent ex hoc petōres ſignificati. Nā
vexari corporaliter hominem a ſeptē demonijs/
non eſt peccatum ſed pena: ac per hoc non fuiſſet
denotata mulier peccatrix/ ſed mulier afflicta a de
monijs. Quū itaq maria magdalena cui chriſtus
reſurgens primo apparuit/ ſit illa que vniuerſis vi



tio alia vrgebat: ſcilicet vt ſciatis quia filius homi
nis habet poteſtatem in terra hominibus dimi-
tendi peccata.
¶ Inſtruimur ergo ex hac per partes illuminatio
ne ceci/ recognoſcere etiam diuinam gratiam
quum poſt votum emiſſum ad ſanitatem cōſequē
dam/ paulatim ſani ſimus. Et ſimiliter quum ſa-
nitatem anime paulatim a deo conſequimur: ꝓce-
dentes de imperfecto ad minus imperfectum/ et
inde ad aliquam perfectionem/ ⁊ inde ad aliā ⁊c.
Huiuſmodi enim ſanandi modum ex ſpeciali gra-
tia dei procedere ex hoc domini facto inſtruimur:
⁊ non ſolum ea que ſtatim perfecta ſunt opera di-
uino eſſe tribuenda miraculo. Hec de tertio.

AD quartum Dicitur/ ꝙ
paulꝰ apo-
ſtolus ad illius temporis epiſco-
pos reſpexit: quando epiſcopatus
non erat honoris ſed oneris. non
habebat annexū beneficiū honorē
tpaliū: ſed erat tantum ſuperintendens ſpiri-
tualibus/ ⁊ temporalium per diaconos admini-
ſtrator. In impoſitione autem onerum ſufficit
eligere idoneum ad tale onus ſuſtinendum: ⁊ non
oportet digniorem alijs preferre: quoniam ratio
exigens conditionem comparatiuā (ſcilicet ꝙ ſit
alijs dignior) fundatur ſuper exhibitionem boni
debiti: onus autem non clauditur ſub genere bo-
norum: ſub quo clauduntur honores/ dignitates/
beneficia ⁊c.

¶ Sed hec reſponſio licet vera dicat/non tamen ſatiſfacit: quoniam apoſtolus ſcripſit epiſtolas ad inſtruenda non ſolum illa tempora/ſed omnia ſuccedentia. ¶ Similiter non ſatiſfacit reſponſio dicens quod locus ab authoritate negatiue parum aut nihil valet: ⁊ ſic per hoc quod paulus tacuit conditionem comparatiuam/ non poteſt deduci, ergo conditio camparatiua non requiritur. Deficit ſiquidem hec reſponſio in propoſita propter duo. Primo/quia titus plus quã legitimam excuſationeʒ habuiſſet erroris ſui/preficiendo. epiſcopus dignos ⁊ non adhibendo diligentiam vtrum ſit aliquis dignior. nam paulus apoſtolus ſcribit ei quod inſtituat epiſcopos ĩ creta: ⁊ dat ei regulam circa condiciones eligendorũ ad epiſcopatum. nullus certe culpare poſſet tituʒ preficientem epiſcopos iuxta regulam pauli preciſe/ac per hoc non curantem de comparatiuis/ potuiſſet enim ſemper dicere. feci iuxta regulam a te mihi traditam: tu in culpa es: ſi inſufficiẽter me inſtruxiſti. Secundo: quia ipſe paulus apoſtolus actuum. xx. ait ad epheſios in perſona omniũ quibus predicauerat mundus ſum a ſanguine omniũ non enim ſubterfugi quo minus annunciarem oẽ conſilium dei vobis. Quomodo nanqʒ omne conſilium dei annunciaſſet: ſi tradendo regulaʒ de eligendis epiſcopis/ tam neceſſariam conditionem tacuiſſet.

Dicendum Ergo videtur/q̃d propterea paulus apoſtolus hanc conditionem comparatiuam tacuit: quia per ſe loquẽ

do non



do non eſt neceſſaria. Dico autem per ſe: quia epiſcopatus dupliciter conſiderari poteſt. vel ſecundum id quod conuenit ei per ſe: vel ſecundum ſibi annexa. Et ſi quidem conſideretur ſecundum ſibi annexa (ſcilicet ſuperioritatem/ honorem/ dignitatem/beneficium eccleſiaſticum) ſic eſt in genere honorum. Et quoniam huiuſmodi annexa ſunt communia bona eccleſiaſtica/et debita membris eccleſie vt diſtribuantur illis: idcirco ſecundũ hec exigitur conditio comparatiua: vt ſcilicet dignioribus maiora dentur: ⁊ oppoſitum facere/eſt vitium acceptionis perſonarum. Et iuxta hoc intelligenda eſt doctrina dicentium/quod oportet in foro conſcientie eligere digniorem ad hoc: ⁊ non ſufficit eligere bonum ſeu dignum: quia vitium acceptionis perſonarum eſt exhibere bona debita ſic vt minus dignus preponatur magis digno.

¶ Si vero conſideretur epiſcopatus ſecundum id quod conuenit ſibi per ſe: ſic eſt in genere oneruʒ: vt patet ex actu ſibi proprio/ qui eſt paſcere oues ⁊ agnos chriſti: iuxta verbum domini ioannis vltimo. hoc enim oneroſum manifeſte eſt/⁊ pure oneroſum. Propter quod dominus voluit quod petrus ex amore quem haberet ad ipſum dominum ſubiret tale onus. Et paulus apoſtolus docet dicens. qui epiſcopatum deſiderat/bonũ opus deſiderat: non bonam dignitatem/non gradum/nõ beneficium/non honorem ⁊c. ſed opus tantum: ⁊ per hoc onus. vnde ⁊ merces operario debetur: iuxta illud math. xx. voca operarios/⁊ redde illis

Universidad de Deusto Biblioteca



mercedem. Nec obſtat puritati oneris: quod paſto
rale officium gradum poteſtatemq̧ ſuperiorem p
ſe ſupponit aut cōſtituit: quoniam huiuſmodi gra
dus ac poteſtas non concurrit vt bonum perſone
que aſſumitur ad paſtorale onus: quia non datur
ei vt bene ſibi ſit: ſed propter neceſſitatem aut vti-
litatem aliuz. Et vt vnico dicatur verbo / totum
paſtorale officium ordinatur per ſe ad bonum non
paſtoris / ſed eccleſie chriſti: ac per hoc in genere
non bonorum ſed onerum diſtribuendorum perſo
nis eccleſiaſticis / per ſe locantur.
¶ Conſiderando itaq̧ epiſcopatum per ſe / nulla
apparet ratio quod requiratur conditio compara
tiua. nam ex parte perſone que eligitur / ceſſat ra-
tio acceptionis perſonarum: quia non diſtribui-
tur commune bonum / ſed commune onus. vnde
non cadit acceptio perſonarum: niſi forte plus
grauando illum cui datur. Ex parte vero eccleſie
cui ſuperintendere debet / non eſt maius debitum
quam vt ſufficienter ei prouideatur: quia eccleſia
ipſa non habet ius niſi ad ſufficientem habenduz
paſtorem. Cuius ſignum eſt / qḋ non eſt locus que
rele ſi ſufficienter ei prouidetur. Et ad ſupererro-
gationis bonum ſpectat ſi pluſquam ſufficiens ei
detur paſtor. Et confirmatur ex ceteris prouiſioni
bus officialium que in mundo fiunt. nam vbiq̧ re-
cte rationi ſatiſfit: ſi ſufficienter ciuitatibus / oppi
dis / regnis / adminiſtrationibus ⁊c. prouidetur.
Et ad hanc ſententiam ducunt due prius inducte
rationes pro ſufficientia doctrine ab apoſtolo tra



dite: ambe enim multum cogunt.
¶ Et ſi contra hanc ſententiam applicetur illa ra
tio: ſcilicet quare eligis ex duobus ſufficientibus
minus dignum. in promptu eſt reſponſio / q: non
teneor eligere meliorem: ſed multis exiſtentibus
ſufficientibus locus eſt gratificationi. nec eſt acce-
ptio perſonarum preeligere minus dignum / ſuffi
cientem tamen: ſed libertas. Et ſi his adiunxeris
q̧ temporalia bona annexa paſtoralibus officijs /
per accidens concurrunt: videbis conſequenter q̧
omnibus conſideratis ſufficit etiam in foro cōſcīē
tie ad euitandum peccatum mortale / eligere ſuffi-
cientem: quoniam actus humanus iudicandus ex
ſuo genere eſt ſecundum id quod eſt per ſe. Quam
uis peccet poſtponens digniorem ſine rationabi-
li cauſa: eo quod preter rectam rationem tempo-
ralia annexa diſpenſat. Et ſpectat hoc peccatum
reductiue ad vitium acceptionis perſonarum. Di
co autem reductiue: quia non per ſe in hoc actu
fit diſpenſatio bonorum: ſed per viam concomi-
tantie.
¶ Qui autem in diſpenſatione paſtoralium officio-
rum ad bona dignitatis / honoris / prebende ⁊c.
diſpenſanda directe reſpiciunt: vitiuz per ſe incur
runt acceptionis perſonarum ſi digniorem abſq̧
rationabili cauſa poſtponunt: ⁊ mortale conſe-
quenter ex ſuo genere peccatum incurrunt. Hec
de quarto.

D Quintum de tertia chriſti tentatione/dicitur ꝙ diabolus eadem intentione qua duas precedentes tertiam exercuit tentationem: ſcilicet animo explorandi ſi ille homo erat filius dei. Sed non eodem modo ingeſſit tertiam quo ingeſſerat primam ⁊ ſecundam: nam illas aperte hoc continentes propoſuit: iſtā vero occulte ⁊ inſidioſe ad hoc tendentem. Cogitauit enim apud ſe callidus tentator per viam indirectam explorare ſi ieſus erat filius dei. Et duo propoſuit (alterum eſt ſe daturum ei omnia regna mundi: alterum vt cadens ipſum adoraret) non ea intentione vt putaret ieſum daturum conſenſum ad hec: ſed ꝙ reſpōdendo ad primam induceret ieſus aliquam autoritatē ſcripture/ex qua omnia regna mundi eſſe ipſius ieſu haberetur: ac per hoc non indigeret vt a tentatore ſibi darentur: ⁊ ſic tentator haberet intentam explorationem. Vel ſaltem reſpondendo ad ſecundam/increparet eum dicens. tu debes me adorare/non ego te: vel aliquid ſimile: ex quo haberet intētam explorationem. Sed dominus verſutias eius preuidens nihil de meſſia dixit: ſed tantum de adoratione dei ſolius. Hec de quinto. Villiaci in die ſancti viti. M.D.xxiiij.

Es de Juan de Zubiaur
por haverle Dado Pedro
de Saraz minaga



Explicint preclariſſime duodecim ientaculorum noui teſtamenti reuerendiſſimi domini Thome de Vio Caietani Cardinalis ſancti Sixti: lucubratiōes: quibus circiter ſexagintaquatuor difficiles noui teſtamenti ſententie ſubtiliſſime enarrantur: per dominum Joannem Danielis ſacre theologie baccalariū accuratius reuiſe ⁊ correcte. Lugduni in edibus Antonij du Ry Calchographi diligentiſſimi. Sumptibus honeſti viri Jacobi de Giunta Florentini. Incole vrbis Rome. Anno domini. M.D.xxvij. Idibus Aprilis Impreſſe.

[illegible]

**Laus vni et trino.**

## Regiſtrum

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk
Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr

Omnes ſunt quaterni preter Rr qui eſt duernus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



En 12 de otubre 1688 años



En [illegible] Marzo de 1688 años

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca